Digitized by Google

Digitized by Google

Assistentiæ Gen. N. 8.
164

CHRONICON VVINDESEMENSE ET MONTIS S. AGNETIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRONICON CANONICORVM REGVLARIVM ORDINIS S. AVGVSTINI

CAPITULI
WINDESEMENSIS

Auctore IOANNE BVSCHIO *Can. Reg.*

Accedit

CHRONICON MONTIS S. AGNETIS

Auctore THOMA à KEMPIS Can. Reg.
nunc primùm in lucem edita

Vnà cum VINDICIIS KEMPENSIBVS
HERIBERTI ROS-WEYDI SOC. IESV
pro libro *de Imitatione Chriſti.*

BIBL · DOM · PROF · ROM
IHS



ANTVERPIAE,
Apud Petrum & Ioannem Belleros.
ANNO CIƆ IƆC XXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Admodum R^do^.

IN CHRISTO PATRI

PAVLO SCHOOF

CANONICORVM
REGVLARIVM
S. AVGVSTINI
Capituli VVINDESEMENSIS Per vtramque Germaniam
GENERALI
NEC NON
MONASTERII RVBEÆ VALLIS
S. PAVLI IN ZONIA
PRIORI DIGNISSIMO.

QVæ Maiores olim veſtri, Admodũ R^de^. Domine, Capituli VVindeſimenſis Priores, bono publico præſtitere, æterno ſilentio ſepulta iacuiſſent; niſi ea Ioannes Buſchius è primis VVindeſem cultoribus à tenebris vindicaſſet. Is nunc typorum beneficio, ad decus Ordinis veſtri, ad vtilitatem multorum

prodire geſtiebat. Venit autem ad Reuerendam admodum Paternitatem veſtram eò fidentiùs Acta Capituli VVindeſimenſis relaturus, quòd eius celebrationem Michaël Ridder Rubeæ vallis Prior, prædeceſſor veſter, in vſum primus reuocauerit, quæ triginta & ampliùs annis intermiſſa fuerat. Tuus quoque in religionem veſtram zelus Paulo V. pridem innotuit, vt te viſitatorem Apoſtolicum Capituli VVindeſimenſis per vtramque Germaniam deſignarit.

Vt plurima, eaque illuſtria in Eccleſiam Catholicam merita Capituli VVindeſimenſis fuerint, cùm paſsim vbi religio collapſa fuerat, eius inſtitutum exambiretur; nec Rubeæ Valli, quę eius portio, ſua defuere lumina, ſeu ſanctitatem ſeu ſcriptionem ſpectes.

Sanctitatis eluxere ſpecimina in Ioanne, cui à Sapientia cognomen

erat

erat, qui ita ardentes ad Deum preces effundebat, vt immenſum ſæpè lumen circa caput eius fulgere viſum ſit. Ioannes Gielemannus puerulum geſtaſſe, à Ioanne Duyc, qui ei ſacris operanti miniſtrabat, conſpectus eſt. Tantâ quoque pietate rem diuinam faciebat Guiliel-mus Broeckius III. Prior, vt Cameracenſis Antiſtes ſæpius ſe Bruxellis tacitè ſubtraxerit, vt in Rubea Valle viri ſancti ſacrificio intereſſet, & à tam ſancto fonte pietatis fluenta in ſuam familiam deriuaret. VVinandus etiam coquus prophetiæ gratiâ dotatus legitur.

Eruditionem ſuam poſteris probarunt Arnoldus Buderick, initiator Monaſterii in Elzingen prope Aldenardam, qui ſtrictâ ſolutaque oratione valuit, odarum de laude Dei libros duodecim, in Pſalmum lxx tractatus tredecim aliaque opuſcula concinnauit. Ioannes ve-

rò Gielemannus tam ſedulus ſcriptor fuit, vt vltra viginti volumina ſuâ manu exararit. Nec ſuâ laude caruit Antonius Gheens, qui 4. tomos de vitis Sanctorum poſteritati reliquit. Fuere ſanè religioſi veſtri omnis antiquitatis Eccleſiaſticæ ſeduli conſeruatores, vt Rubea Vallis Belgicæ archiuum iure meritóque dici poſsit.

Spectabis, ſpero, benignâ fronte Buſchij Chronicon; cui Thomam à Kempis ſocium dedi, qui Chronicô Montis S. Agnetis, cui VVindeſemium propinquum eſt, in religioſorum ſuorum gratiam conſcripſit. Vtrumque nunc primùm lucem ſpectat; quod vt Ordini veſtro æternùm ſalutare ſit, Deum precor. Antuerpiæ 1. Septembris Anno M. DC. XXI.

Admodum Rdae. P. V.

in Chriſto ſeruus H. R.

Digitized by Google

ELOGIVM
IOANNIS TRITHEMII
in Catalogo Illuſtrium Vitorum
DE
IOANNE BVSCHIO.

1. *Arnoldus* (lege *Ioannes*) *de Buſco canonicus regulæ S. Auguſtini, monaſterij Windeſimenſis in diœceſi Traiectenſi, & aliquanto tempore Prior in Sulta Saxoniæ Hildemshemenſis dioeceſis, vir ſtudioſus in Scripturis ſanctis, moribus honeſtus, conuerſatione deuotus, Scripſit aperto ſermone non aliena opuſcula, quorum lectio deuotis fratribus & ſalutis ſuæ amatoribus* vtilis iudicatur. *E quibus tamen pauca in manus noſtras memini perueniſſe, Legi volumen illud quod ſcripſit*

2. De viris illuſtribus ordinis ſui & Monaſterii Windeſimenſis lib. 1.

De Origine quoque modernæ deuotionis & reformationis ordinis ſui lib. 1.

3. Epiſtolam prolixam de modo proficiendi in Religione.

Cætera, quæ ſcripſit, in manus noſtras non venerunt, Claruit ſub Frederico Imp. III. anno Domini M.CD. LXX. Et ante paucos annos mortuus eſt.

NOTATIO.

1, ARnoldus] Lapſus eſt memoria Trithemius. Ipſe enim ſe *Ioannem* inſcribit & in Chronico VVindeſimenſi lib. 1. cap. xxvii. & xlii. ita vocatur, Varii Arnoldi in Chronico VVindeſimenſi occurrunt, fors inde lapſus occaſio Trithemio fuit.

2. *De viris illuſtribus*] Eo quidem ordine Chronicon hoc ſcriptum erat. Sed quia ſequens liber originem Monaſterii VVindeſimenſis tractat, conſultum quidam duxerunt eum præmittere. Quod moneo, ſi fortè alicubi alter ad alterum ſe referat, ne quis turbetur quærendo.

3. *Epiſtolam*] Credo eam eſſe epiſtolam, quam poſt primum librum Chronici habes. quàm non ipſe compoſuit, ſed è Teutonico in Latinum conuertit.

IOHAN-

Digitized by Google

IOANNIS BVSCHII CANON. REG.

PROLOGVS.

In librum de origine modernæ deuotionis, & primò

De origine monaſterij in Windeſem ordinis Canonicorum regularium; & de origine Capituli noſtri generalis & eius conſummatione.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, authenticorum ſcriptores voluminum propter maiorũ dicendorum agnitionem, & oblatrantium calumniam, prologum aliquem ſeu præfationem, materiam vnde tractaturi ſunt in genere continentem, libris ſuis ſolent pręponere, & auctoritatem, ſi prælati non fuerint; qua id præſumunt, cauſamque ad hoc agendum ſe meritò permouentem pariter connectere. Nos igitur tanta mirabilia, antiqua Dei miracula in primitiua olim Ecclesia fieri conſueta per diui-

diuinam clementiam, nunc noſtris temporibus vidimus innouata, in patriæ noſtræ interna illuminatione, in animarum infinitarum ſancta conuerſatione, in multorum monaſteriorum ordinis noſtri noua conſtructione, & antiquorum monaſteriorum optima reformatione, in deuotarum congregationum vtriuſque ſexus centenarium numerum longè excedentium bona inſtitutione, & earum in vnum perfecta colligatione.

M. Gerardus Magnus.

P. Ioannes Prior in VVindeſem.

Cùm autem nulla inuenerimus ſcripturarum veſtigia, quibus in hominum memoria pro poſterorum notitia perennari poſſint præmiſſa, quæ tamen omnia ex vno fonte puriſsimo, & eiuſdem deuotionis riuulis *M. Gerardo Magno*, & eius diſcipulis, patribuſque illis contemporaneis noſcuntur proceſſiſſe, vnde poſt eius obitum ſtirps tanta ſuccreuit, quæ totum pænè orbem Almannicũ lumine nouæ gratię, & ſanctę conuerſationis illuminauit: De mandato igitur venerabilis Patris *Ioannis in Windeſem Prioris*, fratrumque noſtrorum, & Patrum deuotorum multiplici inſtantia in hoc ipſum requiſitus, ad gloriam ſummi Dei hæc omnia

omnia diſponentis, & ſuæ benedictæ genitricis virginis *Mariæ* Patronæ monaſterij noſtri in *Windeſem*, & aliorum plurimorum Capituli noſtri monaſteriorum, almique Patris noſtri *Auguſtini Ordinis noſtri Fundatoris* pro laude & gloria eiuſdem venerabilis noſtri generalis Capituli, ad ædificationem iſta perlegentium, aut aliquid ex his audientium: ego in virtutibus omnium nouiſſimus, licèt corde tepido, aggrediar conſcribere ea, quę coram poſitus oculis ipſe conſpexi, aut à meis maioribus frequentius audiui, aut à generali noſtro Capitulo determinata cognoui, & ea ſic ſcribere diuinitus ſum inſpiratus. Omnes enim fratres in *Windeſem* conuentuales, à fundationis ſuæ principio ipſe vidi & agnoui, demptis duntaxat quatuor, qui ante me ibidem in Chriſto dormierunt: & omnes, dempto vno quos ibi inueni, ad regna cæleſtia iam nunc, cùm hęc deſcribo, me dudum pręceſſerunt.

Diua Virgo VVindeſem. Monaſter. Patrona. S. Auguſt. Ordinis huius fundator.

Scriptoris fides.

Ordinem ergo narrationis iuxta pręmiſſa proſequendo, materia huius libri, initium eſt modernæ deuotionis per *M. Gerardum Magnum* primitus inchoatæ, ac per patres & fratres congre-

Gerardus Magnus Congregationis Clericorum inchoator.

Digitized by Google

gregationis clericorum in Dauentria, Dioeceſis Traiectenſis optimè continuatę, perque Patres monaſterij noſtri in Windeſem vſque hodie in eſſe conſeruatæ, & per Capitulum noſtrum generale, per totam hanc noſtram regionem extenſiùs dilatatæ. Primò hîc deſcribitur ſtatus, & prædicatio magiſtri *Gerardi Groot*, & congregationis pręfatæ; ſecundò ſtatus ſtructuræ, & profectus corporalis & ſpiritualis monaſterii noſtri in *Windeſem* cum cunctis ſuis fratribus laicis & familiaribus, & quæ patrum noſtrorum temporibus ibidem facta dinoſcuntur: tertiò initium, profectus, & conſummatio venerabilis noſtri *generalis Capituli de Windeſem* appellati; quomodo ab vna paupere ſatis domo, ab humilibus Chriſti pauperculis inchoatum, in octoginta monaſteria, aut de nouo fundata, aut ex antiquis reformata continuè ſuccreuit. Ego enim ætate iam pluſquàm ſexagenarius, in religione annos habens pluſquàm quadraginta, notus in Windeſem ante annos quinquaginta, ex hoc non modicè in Domino ſum gauiſus, quòd moderna deuotio & ſancta reformatio, quæ ante annos octoginta ſex à Chri-

VVindeſem octoginta Monaſteriorum caput & initium.

Aetas auctoris.

Chriſti pauperculis, mundo tunc deſpectis in magno feruore ſpiritus fuerat inchoata, nec in diuerſis ordinis noſtri monaſteriis in primis huius modernæ deuotionis congregationibus quinquagenarium numerum excedentibus, & in Tertiariis ſancti Franciſci ſexus vtriuſque centenarium numerum præferentibus, à præfatis patribus exortum habentibus, eò quod Patres domus Dauentrienſis congregationis, eas primitus inſtituerunt & rexerunt in bona vita, ſancta conuerſatione, & regulari obſeruantia vſque in præſentem diem iugiter perſeuerant. In ſingulis enim iſtis cœnobijs, & congregationibus ſemper Deus aliquos & aliquas clementer ſuſcitauit, quibus ſpiritum ſuum ſanctum benignus infudit, qui zelum Dei habentes, & à primo feruore ſuo non recedentes, vitam ſanctam, & regularem diſciplinam in ſe & in aliis diligentiſſimè continuauerunt & ſeruauerunt, noua quàm plurima veræ ſanctitatis opera frequentiùs adijciendo. In plurimis enim ordinis noſtri monaſterijs & deuotis congregationibus vita bona & religioſa vſque hodie non defecit, ſed ſemper profecit, & quemadmodum

Tertiarii S. Franciſci vnde exorti.

admodum in principio reformationis omnium, ita & nunc in certis locis ſemper proficit, ſicut ad oculum perſonaliter ipſe perſpexi & practicaui. Deo laus, Deo gratias, quòd primus feruor nouitiatus, & deuotio primi feruoris in tam multis locis & perſonis per annos pluſquàm octoginta continué perſeuerauit. In paucis tamen monaſteriis, & etiam congregationibus ſpiritum vidi tepeſcere, & carnem mundumque in certis perſonis prędominari, qui ad propria ſua commoda, carnis delicias, ſęculi vanitates, ſtatus altitudinem, hominum ſecularium complacentiam, & ad ſui ipſius magnam æſtimationem, etiā pluſquàm veritas ſe habet, inclinati, imitari iam geſtiunt quod contemnere meritò debuerunt. abundantia enim temporalium bonorum mentes deuotorum in timore Dei ſollicitè ſe non cuſtodientium rapit extra ſe ad egena huius mundi elementa, donec ex toto deficiant: de ſpiritualibus tędium habentes, & omnem ſuam delectationem in caducis rebus ponentes. Deuotio peperit diuitias, & ipſæ matrē ſuffocauerunt, quando ipſę diuitię & bonorum negligentia animum ab internis ſuis deiicien-

deijcientes, primariam deuotionem in vera humilitate, & paupertate conceptam & enutritam, penitus tandem extinguunt.

Hæc pauca pro laude bonorum vitam, mores, & ordinem à ſanctis patribus ſibi traditos debitè obſeruantium, & præ confuſione & rubore malorum negligentium & tepidorum hæc interire ſinentium dignum duxi interſerenda; ſi fortè ſit qui aduertat, & tam immane præcipitium in ſe & in alijs quibus id perſuadere poterit, ſtudeat præcauere, gratiam in præſenti, & gloriam in futuro ab omnium retributore Deo exinde perpetuò conſecuturus. A me autem in *VVindeſem* pro tunc ſimplici fratre, poſt aliquorum monaſteriorum reformationem, & prælaturarum tranſactionem iſta ſunt inchoata: ſed in *Sultenſi* prælatura ordinis & Capituli noſtri in *Saxonia, anno Domini milleſimo, quadringẽteſimo ſexageſimo quarto,* vtcumque completa. Et hic finis eſt huiuſmodi præfationis.

TITVLI CAPITVLORVM LIBRI SEQVENTIS.

CAPVT PRIMVM.

QVòd *Gerardus Magnus* diuinitus inſpiratus & factus diaconus auctoritate ordinariâ prædicauit. pag. 1
CAP. II. Quomodo vita communis omnium congregationum moderne deuotionis primarium ſuum ſumpſit exordium. 5.
CAP. III. De fratribus mendicantibus communem vitam modernorum deuotorum reprobare conantibus, ſed à M. *Gerardo Magno* publicè conuictis. 10
CAP. IV. De quodam fratre ordinis *Eremitarum Sancti Auguſtini* ſpecialem cum *M. Gerardo* facientе congreſſum, ſed ab eo pro hæretico iuridicè conuictum. 15
CAP. V. De tranſitu *M. Gerardi*, & de commiſſione eius ſuper monaſterio Canonicorum Regularium conſtruendo. 19
CAP. VI. Quòd locus in *VVindeſem* neceſſariorium præhabita prouiſione, auctoritate Domini Florentij Epiſcopi Traiectenſis, pro monaſterio Canonicorum Regularium eligitur conſtruendo. 25
CAP. VII. De laude loci in *VVindeſem* propter

Dei &

Dei & Angelorum preſentiam. 29
CAP. VIII. De laude & præſagio ipſius nominis monaſterij in *VVindeſem* 36
CAP. IX. De electione & primo aduentu ſex fratrum noſtrorum primitiuorum in *VVindeſem.* 39
CAP. X. De primis benefactoribus monaſterij noſtri in *VVindeſem.* 42
CAP. XI Prima fundatio & ædificatio eccleſiæ, altarium, & domorum in *VVindeſem*, & quomodo fratres ſex noſtri primitiui miſſi ſint in *Eymſteyn.* 47
CAP. XII. De interna animi præparatione, & debita fratrum noſtrorum primitiuorum inſtitutione, pro dignâ habitus & ſanctæ religionis ſuſceptione. 53
CAP. XIII. De eccleſiæ in *VVindeſem* conſecratione, & ſex fratrum primitiuorum eius inueſtitione & profeſſione. 56
CAP. XIV. De numeroſo populi ſexus vtriuſque in *VVindeſem* concurſu ad eccleſiæ dedicationem, & fratrum primitiuorum eius inueſtitionem & profeſſionem. 60
CAP. XV. De mutua Domini *Florentij*, fratrum in *VVindeſem* & aliorum patrum deuotorum cordium calefactione. & paulatiua regularis vitæ inchoatione. 63
CAP. XVI. De priuilegijs per *Epiſcopum Traiectenſem* fratribus noſtris conceſſis, & de electione fratris *VVerneri* in primum Priorem in *VVindeſem.* 67
CAP. XVII. Quomodo feruor diſciplinæ, & bona temporalia ſub *VVernero* Priore creuerunt,

uenerunt, & de inueſtitione & profeſſione *Ioannis Hueſden, & Henrici Balueren* 71

CAP. XVIII. Quod patre *VVernero* prioratum reſignante frater *Ioannes Vos de Hueſden* in locum eius fuit electus, & in Priorem confirmatus. 75

CAP. XIX. De ſancta conuerſatione ſua in prioratu, & etiam fratrum in *VVindeſem.* 80

CAP. XX. De ſedecim clericis ad ordinem in *VVindeſem* ſuſceptis, & de ſtatutorum congruentia. 83

CAP. XXI. De laude monaſterij in *VVindeſem* propter ſolemnes patres ibidem enutritos, & longa eorum in officijs ſuis duratione. 86

CAP. XXII. De regula *Sancti Auguſtini*, quam nullus ſine certis ſtatutis debitè poterit obſeruare, & quot ordines eam ſint profeſſi. 90

CAP. XXIII. De veſte linea per Ephod deſignata, quæ habitus eſt canonicorum regularium, & de eiuſdem habitus excellentia. 93

CAP. XXIIII. De ſtatutis Capituli generalis de *VVindeſem*, à quibus & quomodo primum ſunt compoſita. 97

CAP. XXV. De Ordinario, Calendario, & Manuali Capituli generalis de *VVindeſem*, & eorum auctoribus. 100

CAP. XXVI. Quòd tota Biblia, & patrum orthodoxorum volumina per *Patres de VVindeſem* ad morem ſuum antiquum ſimili modo ſunt

ſunt correcta. 103
CAP. XXVII. De alijs ſedecim notabilibus fratribus per *Ioannem Hueſden in VVindeſem* inueſtitis. 107
CAP. XXVIII. De tredecim conuerſis per *Ioannem Hueſden* ad ordinem ſuſceptis. 111
CAP. XXIX. De feruore, ſimplici obedientia, & humili conuerſatione Donatorum & laicorum in *VVindeſem*, & bona eorum prouiſione. 117
CAP. XXX. De ędificatione & conſecratione chori, & aliorum quatuor altarium, dormitorij quoque orientalis conſtructione, & occidentalis eleuatione. 121
CAP. XXXI. De benefactoribus monaſterij in *VVindeſem*, in pecunijs, prædijs, & redditibus tempore patris *Ioannis Hueſden*. 124
CAP. XXXII. De his quæ Pater *Ioannes Hueſden* in vita ſua in *VVindeſem* conſtruxit, & impendijs quæ ad conſtruendum præparauit, & de conſecratione cœmiteriorum; & fine vitæ ſuæ. 128
CAP. XXXIII. Quod *Gerardus Naeltvvyc* Prior factus poſt eum, prioratum reſignauit, & de vita & conuerſatione *VVilhelmi Vornken* poſt eum in priorem electi. 133
CAP. XXXIIII. De expulſione fratrum de *VVindeſem, Bethlehem, & Monte ſanctæ Agnetis*, propter obedientiam ſedis Apoſtolicæ & aliorum deuotorum & reditu eorum. 139
CAP. XXXV. De conſtructione domorum ad Auſtrum & occidentem circa ambitum monaſterij noſtri exteriorem, & ambitus illius, altaris

uenunt, & de inueſtitione & profeſſione *Ioannis Hueſden, & Henrici Balueren* 71

CAP. XVIII. Quod patre *VVernero* prioratum reſignante frater *Ioannes Vos de Hueſden* in locum eius fuit electus, & in Priorem confirmatus. 75

CAP. XIX. De ſancta conuerſatione ſua in prioratu, & etiam fratrum in *VVindeſem.* 80

CAP. XX. De ſedecim clericis ad ordinem in *VVindeſem* ſuſceptis, & de ſtatutorum congruentia. 83

CAP. XXI. De laude monaſterij in *VVindeſem* propter ſolemnes patres ibidem enutritos, & longa eorum in officijs ſuis duratione. 86

CAP. XXII. De regula *Sancti Auguſtini*, quam nullus ſine certis ſtatutis debitè poterit obſeruare, & quot ordines eam ſint profeſſi. 90

CAP. XXIII. De veſte linea per Ephod deſignata, quæ habitus eſt canonicorum regularium, & de eiuſdem habitus excellentia. 93

CAP. XXIIII. De ſtatutis Capituli generalis de *VVindeſem*, à quibus & quomodo primum ſunt compoſita. 97

CAP. XXV. De Ordinario, Calendario, & Manuali Capituli generalis de *VVindeſem*, & eorum auctoribus. 100

CAP. XXVI. Quòd tota Biblia, & patrum orthodoxorum volumina per *Patres de VVindeſem* ad morem ſuum antiquum ſimili modo ſunt

Digitized by Google

ſunt correcta. 103
CAP. XXVII. De alijs ſedecim notabilibus fratribus per *Ioannem Hueſden in VVindeſem* inueſtitis. 107
CAP. XXVIII. De tredecim conuerſis per *Ioannem Hueſden* ad ordinem ſuſceptis. 111
CAP. XXIX. De feruore, ſimplici obedientia, & humili conuerſatione Donatorum & laicorum in *VVindeſem*, & bona eorum prouiſione. 117
CAP. XXX. De ędificatione & conſecratione chori, & aliorum quatuor altarium, dormitorij quoque orientalis conſtructione, & occidentalis eleuatione. 121
CAP. XXXI. De benefactoribus monaſterij in *VVindeſem*, in pecunijs, prædijs, & redditibus tempore patris *Ioannis Hueſden*. 124
CAP. XXXII. De his quæ Pater *Ioannes Hueſden* in vita ſua in *VVindeſem* conſtruxit, & impendijs quæ ad conſtruendum præparauit, & de conſecratione cœmiteriorum; & fine vitæ ſuæ. 128
CAP. XXXIII. Quod *Gerardus Naeltvvyc* Prior factus poſt eum, prioratum reſignauit, & de vita & conuerſatione *VVilhelmi Vornken* poſt eum in priorem electi. 133
CAP. XXXIIII. De expulſione fratrum de *VVindeſem, Bethlehem, & Monte ſanctæ Agnetis*, propter obedientiam ſedis Apoſtolicæ & aliorum deuotorum & reditu eorum. 139
CAP. XXXV. De conſtructione domorum ad Auſtrum & occidentem circa ambitum monaſterij noſtri exteriorem, & ambitus illius,

altaris

Digitized by Google

CHRONICI CANONICORVM REGVLARIVM.

DE ORIGINE MONASTERII WINDESEMENSIS

LIBER. PRIMVS.

De origine modernæ deuotionis omnium deuotorum Presbyterorum, Clericorum & Sororum, ſeu Beginarum totius noſtræ patriæ regionis Almaniæ; & conſequenter, de origine, proceſſu, & conſummatione temporali & ſpirituali Monaſterij noſtri in *Windeſem*, ordinis Canonicorum regularium, Traiectenſis diœceſis: ac de origine & conſummatione Capituli noſtri generalis.

CAPVT I.

Quòd M. Gerardus Magnus, *diuinitus inſpiratus & factus diaconus auctoritate ordinariâ prædicauit.*

Diuina prouidentia ſeneſcentem mundum, iamiamque ad inferos deſcendentem, oculo pietatis & clementiæ ſuæ reſpiciens, in extremis pænè terræ finibus lumen valdè cælicum, mentium illuminatiuum accendere, & lucernam Christo Domino di-

no dignatus eſt parare, quòd corda tenebroſa, calle malæ conſuetudinis plurimùm obdatura, & multis peccatis valdè infrigidata, lumen ſanctæ fidei intus illuſtraret, caloreque charitatis verbi diuini vehementer accenderetur, venerabilem videlicet virum magiſtrũ *Gerardum Magnum* vulgariter dictũ *Groot*, oppidi *Dauentrienſis* incolam, *Traiectenſis* diœceſis diaconem, vitâ, ſcientiâ, ætate, & gratiâ, Deo & hominibus ſpectabilem, & valdè præclarum.

Gerardi Magni aliàs. Groot patria.

Hic zelo diuini amoris vehementer accenſus, in ſpirituali vitâ & ſancta conuerſatione benè exercitatus & probatus, *omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire deſiderans*, de internæ pacis & quietis ſuæ ſolitudine, vbi ſoli Deo cognitus vacabat, mundum hunc Oceanum ingreſſus, verbum Dei omnibus palàm prædicare cupiebat. Fecit ergo ſe in eccleſiâ *Traiectenſi* per gradus eccleſiaſticos inferiores in diaconem promoueri, vt ſanam doctrinam & Euangelicam veritatem abſque alicuius contradictione, ex officio publicè poſſet prædicare. Ad gradum verò ſacerdotij propter excellentiſſimam eius dignitatem, & profundiſſimam ſui ipſius humilitatem, numquam voluit promoueri; in humili magis ſtatu obſequium Deo gratum eligens exhibere, niſi in quantum animarum, verbo & exemplo ſuo, Chriſto lucrandarum, ſalus requirebat. Plurimorum autem animos in vicinorum ſuorũ reprehenſione præuidens perturbandos & humani generis inimicum ſalutaris doctrinæ prædicationem per eos poſſe impedire, niſi legitimâ & ordinariâ fuiſſet auctoritate debitè fulcitus, reuerendum in Chri-

2. Timoth. 1. v. 4.

Fit Diaconus.

Ad Sacerdotiũ propter eius dignitatẽ & ſui humilitatem promoueri noluit.

Digitized by Google

in Chriſto patrem Dominum *Florentium Traiectenſis eccleſiæ Antiſtitem*, virum prudentem, honeſtæ conuerſationis, prouectæ ætatis, & religionis amatorem, adijt, petitionis ſuæ intentionem, ſanctumque propoſitum ipſi inſinuaturus. A quo gratioſè ſuſceptus plenam litteratoriè obtinuit auctoritatem, verbum Dei ſanamque doctrinam per vniuerſam diœceſim ſuam publicè prædicandi: ita vt in ciuitatibus, oppidis & villis ſuis nullus curatus, ſeu alia cuiuſcumque dignitatis perſona ipſum à diuini verbi prædicatione vmquam amouere, nō admittere, aut aliquatenus præſumeret impedire, ſi Dei omnipotentis indignationem, ſuamque acrimoniam, iudiciariamque vindictam vellet euadere.

Florentius Traiectenſis eccleſiæ Antiſtes.

Gerardus à Florentio Epiſc. auctoritatē obtinet vbique in Epiſcopatu ſuo prædicandi.

Venerabilis ergo Pater magiſter *Gerardus Magnus* huiuſmodi auctoritate pontificali roboratus, verbū Dei, ſanctum Chriſti Euāgelium Canonicamque ſcripturam in diuerſis Eccleſijs præfatæ diœceſis publicè & priuatim vbique prædicare, & euangelizare non ceſſauit, vbique ponens euangelium non quæſtus cauſa, ſed ſincerè propter Chriſtum ſolum, & animarum ſalutem, *proprijs ſuis ſtipendijs militans Deo*. Aſſumpſit autem in principio Notarium & teſtes ſecum, ſi forſitan contradicentem ſeu impedire volentem quempiam pateretur, quatenus ſuum ſuper hoc Notarium in continenti poſſet requirere, & talem iuridicè, adſtatim accuſare, demumque conuictum dignum animaduerſione refellere: quemadmodum diuerſis in locis aliquando ſibi accidiſſe certâ relatione compertum habemus. Optimam habuit memoriam vt ſanctorum Patrum ſermones, quos ſemel tan-

Prædicat verbū Dei.

1. Corinth 9.

Notarium & teſtes adhibet cōtra calūniatores verbi Dei.

Felix eius memoria.

tium legiſſet, cùm id placuiſſet, memoriter retineret. Denique in Synodo *Traiectenſi* ſermonem beati Bernardi de Conuerſione S. Pauli, *Saule, Saule, quid me perſequeris?* de verbo ad verbum coram Clero vniuerſo publicè prædicauit. Multis igitur ciuitatibus, oppidis & villis, clericis & populis inſtanter euangelizatis, in *Traiecto* videlicet, *Dauentriâ, Zvvollis, Campis, Amerſfordiâ, Amſterdamis, Herlem, Goudâ, Leydis, Delft, Zutphaniâ,* cæteriſque ſimilibus, vbi animarum ſalutem ſuâ ex prædicatione ſperabat affuturam, multos auertit ab iniquitate. Omnis ergo populus in numero permaximo ad audiendum ſermones eius frequenter conuenit, ita vt in eccleſijs, ſeu etiã cœmiterijs ſe capere vix ſufficerent: zelo etenim conuerſionis omnium vehementer accenſus, vno die plures ſæpè ſermones ad eundem populum fecit, quos in ſecundam vel tertiam horam aliquando refertur protraxiſſe.

Quibus in locis verbũ Dei annunciauerit.

Commouit igitur ſuâ ex prædicatione feruentiſſimâ, ſanctâ vitâ & bonâ conuerſatione, omnem Clerum & populum, diuites & pauperes, ſenes & iuuenes, virgines & viduas; vtriuſque ſexus homines, etiam in matrimonio conſtitutos, eoſque ad agendam pœnitentiam, ad mundi contemptum, peccati odium, melioris vitæ deſiderium, extremi iudicij pauorem, æterni ignis infernalis horrorem, patriæ cœleſtis amorem, ad Dei beatificam viſionem, & angelorum perpetuam ſocietatem appetendam & acquirendam, verbis & exemplis, modis omnibus quibus potuit, inducere curauit. Plures ergo ſacerdotes, honeſti viri & fœminæ, diuerſis in locis,

Fructus multiplex verbi Dei.

Digitized by Google

cis, ad eius prædicationem corde compuncti, totiſque præcordiorum ſuorum affectictus, mundum relinquere, & mundanam conuerſationem deſerere, & Deó creatori ſuo, in verâ patientiâ, fide, ſpe, & charitate, & ęternorum amore fideliter deſeruire feruentiſſimè deſiderabant.

CAPVT II.

Quomodo vita communis omnium congregationum modernæ deuotionis, primarium ſuum ſumpſit exordium.

VEnerabilis Chriſti Leuita M. *Gerardus Magnus*, zelo fraternæ charitatis accenſus, vt ſibiipſi, cunctis per orbem deuotis presbyteris & clericis occaſionem daret, & normam rectè viuendi, ac verbum Dei in ſanctâ Eccleſiâ catholicè prædicandi, poſt canonicam Scripturam, omnibus Chriſtianis iure amplectendam, etiam ſanctorũ Patrum Orthodoxorum ſcripta, dicta, & opera, eorumque exemplaria vera, de diuerſis Monaſterijs & Collegijs vndecumque recollegit. *Dauentriæ* igitur cũ in diebus ſuis particulare ſtudium plurimorum ſuppoſitorum in pleno eſſet vigore, vbi iuuenes & adoleſcentes, maiores & minores, de diuerſis mundi partibus accumulatè confluentes, in ſuis fundamentalibus optimè imbuebantur: venerabilis Pater magiſter *Gerardus* plures huiuſmodi clericos ſcriptores meliores in vnum recollectos, libros ſanctorum Patrum, in formâ meliori (ſaluo pretio condigno) per eos exſcribi fecit & excopiari. Erat enim ciuis Dauentrienſis, ſubſtantiæ non

Gerardus SS. Patrum libros vndique collectos deſcribi curat

non mediocris, ſed pinguioris. Quibus aliquanto tempore neceſſaria victus & veſtitus, de pretio ſic acquiſito ſtudioſè conquirentibus pius tandem & deuotus pater Dominus *Florentius Radevvini Dauentrienſis Vicarius*, per magiſtrum *Gerardum* conuerſus vice quadam eidem magiſtro *Gerardo* propoſuit, dicens: Prædilecte magiſter, quid noceret, quòd ego, & clerici iſti ſcriptores bonæ iam voluntatis, ea, quæ ſeptimanatim habemus expendere, in vnum reponentes in communi pariter viueremus? Reſpondit magiſter *Gerardus*: *Communia, communia*? Iſti de ordine Mendicantium id nullatenus ſuſtinebunt; ſed totis ſuis viribus reſiſtere, & omnino ſe opponere tentabunt. Cui Dominus *Florentius*: Quid autem noceret ſi tamen inciperemus? Forſitan Deus nobis donaret quòd benè proficeremus. Tunc magiſter *Gerardus* paruper intra ſe deliberans, ait: In nomine Domini incipiatis. Ego ero defenſor veſter & protector fidelis aduerſus omnes qui contra vos inſurgere voſque in præmiſſis tentauerint impedire. Conſolatoriâ igitur huiuſmodi promiſſione eius ſuſceptâ, deuotus pater Dominus *Florentius* vnà cum dictis clericis ſcriptoribus bonæ voluntatis, pretium laborum manuum ſuarum de ſingularium ſcripturis ſeptimanatim exactum in burſam communem reponentes, communem vitam in Dei nomine hoc modo inchoauerunt; quam cum ingenti cordis lætitiâ & temporalium bonorum fœlici proſperitate tempore non modico deuotè continuauerunt.

D. Florentius Radewinus Vicarius Dauentriēſis.

Conſiderantes autem præfati clerici huiuſmo

Digitized by Google

iuſmodi communem vitam viam eſſe perfe-
ctionis, in Eccleſiâ primitiuâ ſub ſancti Spiri-
tus gubernatione ab Apoſtolis ſanctis inſtitu-
tam, quando cunctis in eamdem fidem Chri-
ſtianam concurrentibus erat *cor vnum, & anima* *Actor. 4. v. 32. 34.*
vna in Deo, nec quiſquam aliquid ſuum eſſe dicebat,
ſed erant illis omnia communia, nec quiſquam egens
erat inter illos; & in Euangelio cuncta relin-
quentibus, & Chriſtum imitantibus, *centu-* *Math. 19. v. 29.*
plum & vitam æternam à Chriſto repromiſſa;
cordis inſuper & corporis ſui quietem, & pa-
cem bonam in huiuſmodi ſuâ communi pro-
uiſione reperientes, benè deliberatâ & bonâ
ſuâ voluntate, de magiſtri *Gerardi* conſilio,
auxilio & fauore, communi omnium decre-
to propoſuerunt, concordauerunt & fir-
mauerunt deinceps in tali communi vitâ ſub
verâ Domini *Florentij* obedientiâ (quamuis
ſolemniter non promiſſâ) cunctis diebus vi- *Vita cōmunis exordium ſub obedientiâ D. Florentij.*
tæ ſuæ perpetuò remanere, victum & veſtitum,
ceteraque corporum ſuorum correquiſita de
labore manuum ſuarum in communi, præſer-
tim ſcripturarum, indefeſſè procurando. Dei
etenim charitate & proximi dilectione diuini-
tus inſpirati, affectuoſiùs ſe mutuò diligere, &
plures ſecum homines non ſolùm clericos, ſed
etiam laicos bonæ voluntatis, conditionis cu-
iuſcumque, ad amorem Dei, mundique con-
temptum, verbis & exemplis ſuis ſanctis ſedu-
liùs attrahere omnes in communi pariter ſta-
tuerunt.

Pater itaque deuotus Dominus *Florentius*
præfatus, cum ſuis presbyteris & clericis, in
vitâ communi pariter commorantibus, de

D. Florentius de cõſilio M. Gerardi, præſcribit ſuis formã & modum in communi viuendi.

conſilio magiſtri *Gerardi* formam & modum in communi viuendi; loca & tempora laborandi, vigilandi, dormiendi, orandi, legendi, & corpora reficiendi, aliorumque ſaluti aliquando inſiſtendi. Statui ſuo optimè conuenientia, ſalubriter & compendioſè componentes: cunctis per orbem religioſis, viriſque & feminis ſecularibus, Apoſtolicæ vitæ formam, & Euangelicæ perfectionis exemplar formale, & benè imitabile oculatâ fide ſe præbuerunt, vt omnium in ſe oculos, vitam eorum præ ſanctitate collaudantium, redderent attonitos. Huiuſmodi igitur occaſione omnes vbique congregationes deuotæ presbyterorum, clericorum & ſororum, primitiuum ſuſcepiſſe dignoſcuntur exordium, per orbem iam Almanicum plurimùm dilatatæ.

Hanc deuotorum exercitiorum in communi viuentium formam deuotam, Apoſtolicæ vitæ conſentaneam, primumque hunc modernæ deuotionis feruorem, deuotæ ſorores in domo magiſtri *Gerardi in Dauentriâ*, iuxta modum ſibi poſſibilem perfectè imitantes, etiam ipſæ de manuum ſuarum laboribus nendo, filando, & texendo vitæ & victus neceſſaria ſibi, & aliis non ceſſant procurare. Profundæ enim humilitatis, propriæ mortificationis, internæ deuotionis & veræ ſanctitatis, viuendi exemplar cunctis ſe præbent per orbem Beginis & ſororibus deuotis: vnde omnes per iſtam prouinciam deuotarum ſororum congregationes, & in *Depenuene*, *Bronopia*, *Ieruſalem*, & *Bethaniâ*

Beginæ & ſorores deuotæ communẽ vitã imitãtur.

Bethaniâ Sanctimoniales, ceteraque regulariſſarum Monaſteria, ſanctæ obſeruationis, diſciplinæ & feruoris originale ſumpſerunt exordium. Non enim à feruore ſpiritus, & bonis exercitijs inter operandum ceſſare conſueuerunt, *ſed horas beatæ Virginis, de ſancto Spiritu, de Æternâ Sapientiâ, ſeptem* P*ſalmos, & Vigilias*, ceteráque ſimilia maternâ linguâ, iuxta M. *Gerardi* translationem ſorores ſimul collaborantes, pariter deuotè legere, & ſine ſuperfluis confabulationibus deuotiùs orare, vſque hodie in vſum duxerunt.

Horæ B. Virginis, de ſancto Spiritu, de æterna Sapientia, ſeptẽ Pſalmi & Vigiliæ, huiúſque ſimilia à ſororibus maternâ linguâ recitātur.

Cumque in diuerſis ciuitatibus, oppidis & villis plures presbyteri, clerici, virgines & viduæ, viri & feminæ, patriæ cœleſtis amore; parentes, fratres, cognatos & amicos, clenodia, prædia, poſſeſſiones, & omnia quæ in hoc mundo habebant, libentiſſimè reliquêre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, pro ipſis egenis egeno facto, in verâ obedientiâ, caſtitate, & paupertate, more fratrum & ſororum deuotarum congregationum in *Dauentriâ* perpetuò deſeruire in toto corde concupiſcerent: Viri virtutum tunc temporis Deo pleni, M. *Gerardi Magni* diſcipuli, plurima ſeruorum & ancillarum Dei habitacula in locis diuerſis ædificare, & plures bonæ voluntatis homines, viros ſeorſum, & virgines ac viduas ſimiliter ſeorſum illic in vnum congregare ſollicitè ſtuduerunt. Harum deuotarum congregationum aliquas in Tertiam ſancti Franciſci regulam & ordinem vidimus tranſlatas, numerum centenarium præ ſuarum congregationum multitudine iam dudum excedẽtes, præter illas numeroſas presbyterorum, cle-

Plurima ſeruorum & ancillarum Dei habitacula ad inſtar Dauẽtrienſis ædificãtur.

ricorum, & ſororum deuotarum congregationes, more Patrum primitiuorum, ſine aliquâ certâ regulâ profeſſa, in verâ obedientiâ, humilitate, ſimplicitate, carentiâ proprij, & continentiâ, & in regulâ Chriſti, charitate fideliter Deo ſeruientes.

Huiuſmodi ergo fratres & ſorores deuotarum congregationum in cordis ſui humilitate, ac manuum ſuarum labore Deo creatori ſuo die ac nocte complacere deſiderantes, in ſtatu vtiq; ſunt ſalutis, cùm iuxta primitiuæ Eccleſiæ inſtitutionem ſine ſolemni profeſſione vitâ viuant Apoſtolicâ, primum bonum ab omnium retributore Deo ſine dubio percepturi, vitámque beatam cum omnibus ſanctis perpetuò poſſeſſuri, quemadmodum à Patribus noſtris primitiuis id ſæpiùs enarrari, & certis documentis ſimiliter approbari frequenter audiuimus.

CAPVT III.

De Fratribus Mendicantibus *communem vitam modernorum deuotorum reprobare conantibus, ſed à* M. Gerardo Magno *publicè conuictis.*

DEuotis igitur presbyteris & clericis in domo Domini *Florentij Dauentriæ* ſimul commanentibus, nec non & quibuſdam ſororibus in domo M. *Gerardi* ſine proprio in communi viuentibus, ac Deo creatori ſuo fideliter ſeruientibus. fratres quidam Ordinis Mendicantium, regulæ & profeſſionis ſuæ tranſgreſſores, vitam eorum ſanctam (præſertim quòd in communi

communi viuebant) publicè impugnare, & priuatim redarguere non ceſſabant, & quòd ab Eccleſiâ Dei in Clementinis dudum reprobata, & anathematizata fuiſſet, multis rationibus conati ſunt demonſtrare.

Vita communis D. Florentij & ſuorum impugnatur.

Quibus auditis, M. *Gerardus Magnus*, vir in Scripturis diuinis, in iuribus & in legibus, omnique mundanâ facultate eruditiſſimus, ambonem *Dauentriæ* conſcendens, ipſos palàm redarguit publicæ falſitatis, malè propalati erroris, & non ſanæ doctrinæ declamatores eos fuiſſe denuncians; Euangelicâ & Apoſtolicâ probans auctoritate vitam eorum & conuerſationem nuſquam ab Eccleſiâ Dei reprobatam, ſed ab initio Chriſtianitatis vſque in præſens ſemper ſeruatam & collaudatam, ac verè Euangelicam & Apoſtolicam: nec Clementinam, nec alia quęcumque iura Eccleſiaſtica vel diuina, horum laudabilem & Deo acceptam conuerſationem vmquam reprehendiſſe, vt ipſi falſò prædicauere, ſed valdè apertè & expreſſè ſemper collaudaſſe.

Contra Mendicãtes defenditur.

Per Clementinam enim, *Ad noſtrum, De hæreticis*, reprobantur *Beguardi*, qui pueri vel fratres liberi ſpiritus vocantur, eò quòd ſectam habeant ſingularem cum Octo articulis multùm erroneis, fidei & doctrinæ Chriſtianæ contrariis, ibidem ſpecificè expreſſis; vndè & à ſanctâ Eccleſiâ meritò ſunt cōdemnati: Presbyteri autem & clerici præfati neque *Beguardi*, neque *Lullardi* ſunt, aut vmquam fuerunt, nec aliquam in ſe ſectam omnino habuerunt, ſed ſemper ſacerdotaliter & clericaliter iuxta iuris diſpoſitionem vixerunt, & viuunt; non mendicando, ſed

ſed manibus laborando, prout modus ipſe viuendi auctoritate *Clementis* Papæ *ad Iacobum* in Decretis, à presbyteris & clericis ſeruandus apertè deſcribitur, cauſâ duodecimâ, quæſtione primâ, capitulo *Dilectiſſimis*.

Lib. 3. tit. 11. Per Clementinam verò, *Cum de quibuſdã, Extra. de religioſis domibus*, reprobatur ſtatus quarumdam mulierum, quæ quaſi in mentis inſaniam perductæ, de ſummâ Trinitate, ac de Diuinâ eſſentiâ diſputant & prædicant, & contra fidei articulos, & Eccleſiaſtica ſacramenta, opiniones fidei Catholicæ contrarias introducunt, & multos ſimplices ſuper his decipientes eos in errores diuerſos inducunt, aliáque plura periculum animarum parientia ſub quodam velamine ſanctitatis faciunt & committunt. Tales Beginas eſſe, & in vnum cohabitare prohibentur: quas & nos meritò perſequimur & deteſtamur, quoniam dignæ ſunt exterminatione. Iſtæ autem ſorores deuotæ ſunt, de quibus in eâdem Clementinâ finaliter ſubiungitur.

Sanè per prædicta prohibere nequaquam intendimus, quin ſi fuerint fideles, aliquæ mulieres quæ promiſſâ continentiâ vel etiam non promiſſâ honeſtè in ſuis conuerſantes hoſpitiis pœnitentiam agere voluerint, & virtutum Domino in humilitatis ſpiritu deſeruire; hoc eisdem liceat prout Dominus ipſis inſpirabit.

Sunt verba textus cap. Cum de quibuſdam.

Ioannes inſuper Papa *viceſimus* ſecundus, Clementinarum præfatarum primus publicator, in ſuâ quadam Extrauagante ad *Argentinæ* eccleſiæ *Epiſcopum* ſic ſcribit inter alia: *Lecta coram nobis & fratribus noſtris tuæ fraternitatis litteræ continebant eſſe in tuâ diœceſi, & in pluribus Almania*

nia partibus mulieres Beginas communiter nominatas, ſtatus laudabilis, in exceſſiuâ copiâ, quaſi ducentorum millium numerum excedentes, quæ nomen Domini non recipientes in vanum, humilem & honeſtum habitum (ſi tamen habitus dici debeat) deferunt, virtutum & exemplarium actionum odoramẽta parturiunt, carnalibuſq; ſpurcitiis dato repudio, integritatis ſponſo perpetuam continentiam ſeruantes, honeſtis Prælatorum *ſuorum exhortationibus obediunt & præceptis. Quarum aliquæ ſimul in eadem domo ad maiorem mutuæ caſtitatis obſeruantiam immorantur; nihilominus tamen vitâ, moribus, & conuerſatione præſtantes, ſeminare nituntur in benedictionibus quod cum fructu multiplici colligere valeant in ſupernis.*

Verùm ſicut in præfatis inſeruiſti litteris, ſunt nonnulli Prælati *& rectores eccleſiarum diuerſarum diœceſium, qui non decernentes inter bonam vitam & reprobam, ac frumenta non excutientes à paleis, occaſione* Conſtitutionis *nouæ poſitæ ſub titulo, De ſtatu Monachorum, in Clementinis, qui incipit,* Cùm de quibuſdam mulieribus, &c. *Tam mulieres ſuperſtitioſas quàm laudabiliter viuentes, eâdem ſententiâ ferientes, omnes indifferenter reprobant, & indiſcretâ animaduerſione condemnant.*

Nos igitur indignè ferentes inter huiuſmodi perſonas differentiam non haberi, volentes vt periculis animarum auctore Deo *aditus obſtruatur, auctoritate Apoſtolicâ decernimus & declaramus mulieres, illas quæ virtutum ſemitas incedentes, vitæ meritis vnguentorum diffundunt mores, nec non & recluſas probatæ vitæ & conuerſationis, memoratæ Conſtitutionis ſententiâ non contingi, nec eius cenſurâ debere percelli, cùm Apoſtolicis ſint proſequendæ fauoribus.*

Quapropter

Quapropter diſtinctiùs inhibemus, ne quis eas prætex Conſtitutionis eiuſdem impetat quomodolibet, aut moleſtet, ſed eas ſolitum deferre habitum, & ſicut priùs ſua tranquillitate viuere dimittat, vt virtutum Domino, qui iuſtus iudex potens eſt in illum diem vniuſcuiuſque ſeruare depoſitum, per vitæ munditiam militantes, mereantur conſequi felicitatis æternæ præmi, quod nunc inchoantibus repromittitur, ſed perſeuerantibus in conſummatione præſtatur. Nulli ergo hominum, &c.

Iſtius Extrauagantis *Ioannes Andreæ* etiam fecit mentionem ſub titulo, *De ſtatu Monachorum*.

Videmus ergo quòd nulla iura, nec ipſa Clementina prohibent presbyteros & clericos ſeu laicos, nec etiam feminas (ſeparatim tamē) more Apoſtolico, nullo errore implicatos, ſimul eſſe & viuere, atque in vnâ domo pariter commorari, cùm natura ad hoc inclinat. Eſt enim homo animal ſociale & politicum; lex ad hoc hortatur, quia meliùs eſt duos eſſe ſimul; Religio Chriſtiana illis præcipuè congaudet, quia omnes qui credebant, erant pariter, vtinam iſti Mēdicantes in proprium ſuum Ordinem reſpicerent, & fratribus ſuis pronunciarent omnes Ordinis ſui proprietarios in ſtatu eſſe damnationis, & non inſurgerent contra oues Chriſti ſimplices, ſimul viuentes, manibus laborantes, caſtitatem mutuò cuſtodientes, à ſæculi laqueis abſtinentes, Prælatis ſuis obedientes, conuiuia religioſorū ſolo nomine & habitu deteſtantes, à vagis & laſciuis fratribus regulam non ſeruantibus fugientes, ſoli conditoris deſiderio inhærentes, quas Dominus Deus in vitâ iſtâ ſanctâ cuſtodiat ſemper & defendat.

CAPVT

CAPVT IV.

De quodam fratre Ordinis Eremitarum S. Auguſtini *ſpecialem cum* M. Gerardo *faciente congreſſum, ſed ab eo pro hæretico iuridicè conuictum.*

SVrrexit prætereà nouus quidam de Ordine Mendicantium *frater Eremitarum S. Auguſtini*, Campenſis & Zwollēſis terminarius, nomine *Bartholomæus*, qui cum M. *Gerardo Groot* ſingulare certamen ingreſſus ſermonibus eius, & ſanæ doctrinæ contraria valde auſus eſt publicè prædicare. Omnium enim bonorum inuidus diabolus multum cernens populum ex M. *Gerardi* prædicatione ab iniquitate & vijs malis ad Deum viuum & verum toto corde conuerſum, frendens dentibus, & in ſe contabeſcens, ingentem falſæ doctrinæ zizaniam per familiariſſimum ſibi organum fratrem iam præfatum niſus eſt ſuperſeminare. De quibus zizanijs M. *Gerardus*, cùm primùm orirentur, ad Paſtorem ſcripſit in *Zwollis*, ſic inquiens inter alia: *Matt. 13.*

Domine Reynere *ſignifico vobis quod quidam frater* Bartholomæus *nomine, ordinis ſancti Auguſtini, nouus terminarius deputatus in Campis, tres aut quatuor fecit ibi ſermones ſecundùm modum liberorum ſpirituum procedentes; immo ſæpiùs nominat & exaltat liberos ſpiritus, & prædicat contra pœnitentiam, & vadit vltra omnia intelligibilia & imaginabilia, & vtitur verbis multùm profanis & erroribus, vt dicitur, & dicit quod non facit ea; & intrat tabernas, & captat amicitias maiorum, & neminem inculpat. Nihil pernicioſius quàm altiſsima prædicare,*

&

& viam ad illa non docere. Ianua hæreſis eſt, altiſſima Dei velle contemplari ſine purgatione præcedente, quæ ſecundùm Dionyſium abſcondi debet ab impuris. Dicit etiam iſte Bartholomæus: Bonus & perfectus vir Eremum intrare non debet, quia vita Eremitarum non eſt perfecta. Chriſtus enim non eſt conuerſatus in Eremo. Et quicquid Deus eſt per naturam, hoc nos efficimur per gratiam, & quòd paulatina debet eſſe pœnitentia, & quòd vita perfecti hominis fundari debet ſuper puro nihilo. Hæc & his ſimilia ipſum prædicare, mihi ſcriptum eſt; prænuncio ergo vobis hunc lupum venientem. Religioſi non habent priuilegium prædicandi, niſi quando voluerit curatus eos admittere: ſic quòd poteſt eos admittere vel nõ. Sic mihi videtur quod iuris Doctores dicũt. Si vultis eũ admittere, prædicet populo peccata, & viam regni cœleſtis Chriſtũ, exponat Euangelium ſecundùm Doctores, & dimittat incapacibilia & profana. Secretè enim libenter audirem cum Notario & teſtibus, vt caperemus eum in verbis ſuis erroneis, & ſic à prædicatione excluderetur, vt per eum diabolus non gloriaretur Hæc ille.

Citatur ad Curiam Traiectenſem.

Cúmque dictus frater *Bartholomæus de Dordraco* multa verba erronea, hæretica & profana, doctrinæ Euangelicæ & Apoſtolicæ contraria, publicè prædicare non ceſſaret, M. *Gerardus Magnus*, zelo Dei accenſus, ad Curiam Traiectenſem eum citari procurauit, ſuis ibidem obiectionibus in termino ſibi præfixo reſponſurus. Qui in dicto termino perſonaliter comparens, cuncta ſibi pænè impoſita & obiecta, de quibus etiam ſufficiens erat teſtimonium per iuramentum requiſitus, ſe vmquam prædicaſſe negauit. Vnde Domini Traiectenſis in

in ſpiritualibus vicarius de conſilio juriſperitorum decreuit, & pronunciauit quod dictus *frater Bartholomæus* propria in perſona in *Campis & Zvvollis* ambonem conſcendens, omnia & ſingula ſibi obiecta publicè reclamaret, dicens illa ſe non dixiſſe, vlteriorem horum inquiſitionem epiſcopo Traiectenſi *Domino Florentio* plenariè reſeruando.

Super quibus magiſter *Gerardus* valde malè contentus eidem Traiectenſi epiſcopo, principi cleri & populi, frequētibus epiſtolis huiuſcemodi negotium, fidem concernens catholicā, innoteſcere curauit. Quem inter cetera huiuſmodi animarū periculis ſuccurſurū expoſtulans exorauit, quatenus ipſe ſicut verus Chriſti Vicarius, ouium paſtor, bonus ſpeculator in augmentum fidei & Eccleſiæ defenſionem baculum paſtorale contra inimicorum inſidias erigere, & circa eam vigilare, atque ſtrictiorem in præmiſsis inquiſitionem facere, non obſtantibus precibus, pretio, vel inſtigationibus cuiuſcumque minimè poſtponat, vt indoctam illam vulpeculam, multiformi turpitudine deformem, beſtiam infamem, mendacem, criminoſum, apertumque fidei vaſtatorem, pſeudoprædicatorem, de hæreſi ſuſpectum, fratrem iſtum *Bartholomæum* ad prædicandum amplius non admitteret, ſed doloroſis Eccleſiæ viſceribus medelans, à ſua eum diœceſi omnino remoueret, ne fides humana à pſeudopropheta deuicta iaceret, ne laicorum inſania clerum bene viuentem depreſſum ſuperaret: ne quod contra cenſuram eccleſiaſticam & Eccleſiæ libertatem in iſto iam tentauerant, impunitum remaneret.

Poſt debitam igitur de mandato *Domini Traiectēſis* huius negotij in partibus examinationem,

orthodoxæ veritatem ex oppido Campenſi cum multo opprobrio publicè fuit eductus. Ex hoc ciues Campenſes, iuxta Magiſtri *Gerardi* Prophetiam, à DEO grauiſſimè ſunt percuſſi.

Magiſtro igitur *Gerardo* vitam in humanis agente, nullus de ordine mendicantium, nec quiſquam alius cuiuſcumque dignitatis vel officij, auſus fuit ampliùs contra ſanctam vitam, & conuerſationem presbyterorum & clericorum aut ſororum modernarum congregationem publicè prædicare, vel apertè dicere, niſi forſan in ſilentio more ſerpentum ſibilantium, vbi detegi non timebant, ipſam carpendo ſubſannarent.

CAPVT V.

De tranſitu M. Gerardi, *& de commiſsione eius ſuper Monaſterio Canonicorum Regularium conſtruendo.*

POſtquam vir venerabilis, Deo, & hominibus deuotis, valde dilectus, magiſter *Gerardus Magnus*, totam penè diœceſim Traiectenſem, parteſque circumuicinas feruētiſſimâ ſuâ prædicatione & aquâ ſapientiæ ſalutaris, verbis & exemplis, multis virtutum odoribus irrigauerat, illuminauerat & accēderat, ita vt quamplures in locis diuerſis presbyteri, clerici, laici, virgines, & viduæ, veſtigiis & doctrinis eius inhærentes, ad communem vitam & perfectionem cōuerſationis Apoſtolicæ totis præcordiorum ſuorum affectibus vehementiùs aſpirarent, contigit in omni circà regione, maximè in *Dauentria*, grauem peſtilentię regnare mortalitatem. Et quia medicæ artis

non habeamus contra inſurgentes defenſorem „
& propugnatorem. Iſti mendicantes peruerſis „
ſuis ſermonibus propellent nos è terra, vitamq; „
noſtram maximis laceſſere tentabunt iniuriis, „
cùm non ſit qui ora loquentium iniqua obſtruat „
& concludat. Quò enim omnes deuoti ſexus v- „
triuſque per tuam doctrinam à mundi vanitate „
ad melioris vitæ deſiderium conuerſi ab hac ho- „
ra, conſilium & auxilium quæſituri declinabunt? „
Ergone peribit tanta hominum deuotorum mul- „
titudo in hac ſubita patris & patroni noſtri de- „
ſtitutione? O pater venerande, & optime conſi- „
liator, quale datis in tanta neceſſitate conſilium?

His auditis homo Dei Spiritu ſancto inſpiratus tale illis flentibus & mœrentibus fertur de- „
diſſe reſponſum: Fratres mei dilectiſſimi, nolite „
timere, neque formidet cor veſtrum; vos bene *Conſolatur ſuos.*
permanebitis in vita iſta bona & ſancta conuer-
ſatione quã incepiſtis. Deus enim deperire non „
permittet paruum iſtud bonum deuotè in nomi „
ne ſuo inchoatum; ſed creſcere faciet, & valde „
augmentabit vſque in vberrimos & latiſſimos „
Eccleſiæ ſanctæ fructus, in ſalutem animarum „
plurimarum. Ego autem ibi melior ero vobis „
quàm hic, quia roſas vobis de cœlo in ſinus ve- „
ſtros tranſmittam. Verumtamen aliqui veſtrum „
ordinem ab Eccleſia approbatum debent aſſu- „
mere, ad quos omnes deuoti vtriuſque ſexus in „
cunctis ſuis neceſſitatibus ſecurum habere de- „
bent recurſum, conſilium & auxilium, defenſio- „
nis præſidium petentes recepturi, debent enim „
omnes vtriuſque ſexus deuotas perſonas in mo- „
naſteriis ſeu congregationibus communem & „
Apoſtolicam vitam ſeruantes, ac etiam bonæ vo- „

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

runt ſicut ad iſtos fratres veſtros ſemper habere ,,
oportebit. *Dixerunt ergo:* An ordinem *Ciſtercienſem* ,,
inter ceteros poſt Carthuſienſes tunc religioſio- ,,
rem, deberent aſſumere. Nec hunc, inquit, ordi- ,,
nem aſſumetis, nam ordo ſatis grauis eſt, non e- ,,
tiam cunctis his noſtris temporibus portabilis. ,,
Ordinem vero Canonicorum Regularium, laxiori ,,
regulæ inſeruiētem, omnibus paenè Deo in reli- ,, *Hortatur ſuos Ordinem Canonicorum Regularium aſſumere.*
gione ſeruire valentibus benè congruentem, in
loco quē Dominus elegerit quantociùs aſſumere
debetis, quia non multū à veſtra iam deuota con-
uerſatione videtur diſcrepare, niſi quòd in illo
profeſſi ſeruant ex promiſſione & voto, vos ſine ,,
voto ſeruatis, charitatem videlicet, & tria ordinis ,,
vota ſubſtantialia. Neminem enim vos presby- ,,
teri & clerici, nec ſorores veſtræ beginæ, in veſtrū ,,
conſortiū ſuſcipiatis, qui caſtitatē, carentiā pro- ,,
prij, & obedientiam, & ſuper omnia charitatem, ,,
quāuis ſolemniter id non promittat, ſeruare con- ,,
tēpſerit, & manibus laborare non acquieuerit. ,,

His dictis Dominum Florentium Radevvini in ,, *D. Florentius Radevvini à Gerardo Magno Rector præficitur.*
artibus magiſtrū, in Eccleſia Dauentrienſi vicariū,
virum illuminatum & deuotum, omnibus recto-
rem præfecit, & loco ſui, & patrem honorandum:
cuius ſanis conſilijs & doctrinis omnes acqui-
eſcere & obtemperare deberent, & vt mutuò ſe
diligerent, charitatemque fraternam ad omnes
vtriuſque ſexus deuotas perſonas ſemper & vbi-
que integram cuſtodirent, ſic Dominus eſſet cū
eis, & in cunctis ſuis actionibus omnem proſpe-
ritatem & animæ ſalutem conſequerentur.

Aduesperaſcente itaque die ſācti Bernardi glo- *Viſio.*
rioſos patronos ſuos *Auguſtinum & Bernardum* o-
ſtium domus ſuæ vidit introire, & animæ eius

Digitized by Google

in villa *VVindeſem, parochiæ Zvvollenſis, diæceſis Traiectenſis*, in allodio & bonis *Bertholdi ten Haue* Monaſterium primi ordinis Canonicorum Regularium in his partibus iam inchoandum, & in debita obſeruātia inſtituendum & reformandum, iuxta extremam Magiſtri *Gerardi* voluntatem, in refugium & ſolatium omnium huius prouinciæ deuotorum, fundare vellent & ædificare, pro eo quod ſitus loci iſtius omnino bonus & ſatis aptus videbatur, fundusq; montis in VVindeſem in Auſtrali eius plaga cum plurimis agris & pratis fructiferis per liberam poſſeſſorum ſuorum reſignationem monaſterio iam eſſent appropriata. *VVindeſem eligitur.*

CAPVT VII.

De laude loci in VVindeſem propter Dei & Angelorum præſentiam.

A Domino facta ſunt iſta, qui locum hunc in *VVindeſem* propter animarum multitudinem ibidem & in ramis eius ſaluandarum ab æterno prælegiſſe, rebuſque mirificis verorum futurorum præſagis ipſum ante præoſtendiſſe apertè recognoſcitur, videlicet, vt eſſet locus orationis & obſecrationis nomini ſuo, multiſque peccatorum ſuorum oneribus prægrauatis, ac de turbidi maris fallentis mundi huius naufragio animas ſuas in portum ſalutis æternę inducere cupientibus locus eſſet refugij, pacis & repauſationis, qui à peccatorum ſuorum ſqualoribus per internā cordis ſui ad Deum conuerſionem pellem ſuam Aethiopiſſeam commutare, & animarum ſuarum veſtimēta per virtutum ſpiritualium debitam

deſem, frequenter viſę ſunt & auditæ, laudes Deo concinnntes, proceſſiones peragentes, miriſque modis eccleſiæ Dei militantis ritum iubilumque præferentes. Simili modo in alijs etiam locis ordinis & capituli noſtri generalis, *Fontis* videlicet *Beatæ Mariæ*, *prope* Horn, & *montis Sanctæ Agnetis*, in *Nazarethque VVeſtphaliæ*, ante primam ipſorum fundationem, dealbatorum virorum apparatus nonnunquam cum multo lumine, ſonitu nolarum, tinnitu cimbalorum auditi & viſi referuntur, vulgaribus eorum incolis veritati teſtimonium perhibentibus, cultum diuinum & eccleſiaſticum prę ſignantes officium, ſacramentorumque miniſterium perpetuis ibidem temporibus à fidelibus peragenda.

Fons B. MARIAE prope Horn.
Mons S. Agnetis.
Nazareth VVeſtphaliæ.
Variæ de futuris viſiones.

Quantâ autem veneratione & reverentia locus iſte dignus ſit, Geneſis vigeſimo octauo, in figura ſcalæ, Iacob oſtenditur in viſione. *Iacob denique Patriarcha* vidit in *ſomnis ſcalam in terra poſitam, cuius cacumen cælos tangebat, angeloſque aſcendentes & deſcendentes per eam, & Dominum ſcalæ innixum. Qui euigilans ait: Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Pauenſque, Quam terribilis, ait, eſt locus iſte, non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cæli.* Si tantus Patriarcha locum illum terribilem, ſanctum, domum Dei, & portam cęli cenſuit appellandum, quem Dei & angelorum præſentia in ſomnis tantùm viſa illuſtrare cernebatur, quomodo non ſanctus, domus Dei, & porta cæli meritò appellabitur locus iſte in *VVindeſem*, quem ipſe Dei filius in aſſumpta humana natura corporali ſuâ præſentiâ, dignantiſſimâ charitate iugiter inhabitare dignatur? nonnę corpus

Geneſ. 28.

mus de Saluaruilla, Archidiaconus Brabantiæ in eccleſia Leodienſi.

CAPVT VI.

Quòd locus in VVindeſem, neceſſariorum præhabitâ prouiſione, auctoritate Domini Florentij Traiectenſis epiſcopi, pro Monaſterio Canonicorum Regularium eligitur conſtruendo.

DIuæ memoriæ Magiſtro *Gerardo Magno* iam defuncto, & in pace Dei quieſcente, deuotus pater Dominus *Florentius* rector primus & inſtitutor cõgregationis clericorum in Dauentria, omnium tunc deuotorum totius patriæ pater & patronus, vnà cum presbyteris domus ſuæ, aliiſq; viris prudentibus & deuotis per Magiſtrum *Gerardum* ad viam veritatis olim perductis, Domino videlicet *Ioanne Brinckerinc, Domino Henrico Clingebile de Huxania, Henrico VVilſem de Campis, Bertholdo ten Haue de Zvvollis, Alberto & Nicolao Dreyer* fratribus, & matre eorum *Aleide*, Domino *Lubberto ten Buſche*, & Domino *Gerardo de Zutphania*, ceteriſque ſimilibus frequentiſſimè cœpit pertractare, vbi, quando, & quali modo extremam magiſtri *Gerardi* voluntatem ſuper monaſterio ordinis canonicorum Regularium conſtruendo executioni debitè poſſent demandare.

D. Florentius primus rector & inſtitutor congregationis Clericorum in Dauentria.

Maturâ igitur ac longâ ſuper his deliberatione præhabitâ, & rebus hinc inde diligenter, multumque penſatis & ponderatis, cõmuni omnium conſilio, aſſenſu & voluntate firmatum eſt & decretum, huiuſmodi nouo Monaſterio quanto-

ſa claritas ſummæ maieſtatis ſuę à creatura mundi corporalibus oculis de luto plaſmatis videri non poſſit, rationabilibus tamen cœli creaturis, & internis fidei noſtræ oculis non negatur vſquequaque, qui omnipotentiam bonitatis eius cunctis creaturis prædominantem etiam in materiali templo noſtro, in venerabili Sacramento inter manus celebrantium, & in cordibus electorum ſuorum omnibus claritatibus excogitabilibus pluſquam millies clariorem eſſētialiter omnino & ſubſtantialiter credimus, confitemur, & adoramus eſſe præſentem.

Dei etenim filio in publicum noſtrum de cœlis per incarnationem deſcendente, facta eſt cum Angelo natiuitatem eius paſtoribus annunciante, *cœleſtis militiæ multitudo laudantium & dicentium: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Quantam igitur putamus Angelorum multitudinem quotidie in Eccleſia cum Deo creatore ſuo præſentem, cum in ſingulis altaribus inter manus ſacerdotum Chriſti ſub ſacramentalibus ſpeciebus panis & vini, ipſe corporaliter, præſentialiter & veraciter continetur? Quanto autem diuini ignis amore, huiuſmodi diuino ſplendore in ſummi Dei & Angelorum præſentia internis & externis circumfuſus ſacerdos deuotus aſtabit, tantis rebus & mirabilibus in veritate cognitis, creditis, & inſpectis? Deniq; pane refectus Angelorum, omnes Chriſti fideles in vniuerſo orbe terrarum, animaſque ſanctas fidelium defunctorum ad purum nondum purgatas, ad Dei & Angelorum cœleſte cōuiuium, omni ſuauitate & gratia plenum, feruētiſſimo inuitās deſiderio, omnium preces, & ſuas *Luca. 2.*

pro omnibus Deo præſentando, remiſſionem peccatorum, gratiam ſpiritus ampliorem per Chriſti merita pretioſa, in commemorationem charitatis & paſſionis eius, omniumque ſanctorum intercesſionem omnibus & ſingulis impetrare ab huiuſmodi diuino rediens alloquio, præſentiâ, & conſilio ſollicitè curabit.

Nonne locus iſte in *VVindeſem* vera videtur domus Dei, ianua paradiſi, & porta cœli, ſuper quem cœlum tam frequenter aperitur, & Chriſtus IESVS Deus noſter cum tanta Angelorum multitudine in eum quotidie deſcendens ibidem manet corporaliter vſque in ſæculi conſummationem? Quid ergo intrans eccleſiam poterit cogitare, niſi quod ipſe terra & ciuis, peccatorum nexibus irretitus, Domino maieſtatis & regi gloriæ in conſpectu Angelorum ſanctorum ſe debeat præſentare? Cùm enim homo Dei imago & filius eius dilectus propter nimiam charitatem, qua eum dilexit & diligit, ingenti deſiderio deſiderat eſſe cum eo in venerabili ſacramento. Et niſi magna noſtra neceſſitas, ingenſque vtilitas ipſum ad hoc vrgeret, talis ac tantus Dominus ſic ſe non inclinaret.

Si ergo pro peccatorum remiſſione, pro gratia diuina, pro regno cœleſti deprecaturi, ac pro debita gratiarum actione de beneficijs receptis & recipiendis, ſic pro laude diuina deuote illic perſoluenda, alacriter conuenimus, libentiſſimè audit nos, deſiderium noſtrum ſanctum ſalutare, nobis proficuum libenter impleturus. Sicut enim amicus cum amico, ita loqui poſſumus cum Deo; & omuem cordis noſtri

noſtri intentionem apertè reuelare, & omnium bonorum deſideriorum noſtrorum effectum ſalutarem, abſque omni dubio, opportuno tempore, omnino perficiendum fideliter expectare. Habemus etiam ibi interceſſores Angelos ſanctos qui id habent ex ſuæ naturæ ſubtilitate, vt quaſi *in momento, in ictu oculi*; in cœlo & in *VVindeſem*, & in omni loco orbis terrarum, in impetu ſpiritus ſui præſentiam ſuam poterunt exhibere, quocunque imperantis Dei voluntas, aut proprium cuiuſque arbitrium duxerit eos eſſe ferendos. *1. Cor. 15.*

Ecce quàm non immeritò locus iſte in VVindeſem loco illi Iacob Patriarchæ in Bethel ſit præferendus; nam palam eſt oſtenſum; cum ibi figura, hîc veritas, ibi ſignum, hîc ſignatum oſtenſa declarentur. *Ecce Angeli ſancti quomodo deſcendunt & aſcendunt ſuper filium hominis* in cœlo regnantis, & in terris ſuam præſentiam hominibus corporaliter exhibentis: *Millia enim millium miniſtrant ei, & decies millies centena millia vtrobique aſsiſtunt ei.* *Ioan. 1.* *Daniel. 1.*

CAPVT VIII.

De laude & præſagio ipſius nominis Monaſterij noſtri in Windeſem.

LOquamur pauca ſuper hoc nomine *VVindeſem*, non enim ſine grãdi myſterio primun & principale omnium Ordinis noſtri Monaſteriorum in hac regione noſtra reformatorum tal ſortitum eſt nomen, præſagium futurorum, vt i ſyllabarum diſcuſſione clariùs innoteſcet. Tre enim habet ſyllabas, Teutonicã, Latinam, & Hebraicam, quarum prima, id eſt; *VVin*, verbo imperatiui modi, quod eſt lucrare, correſpondet: ſecunda, id eſt, *de*, præpoſitio eſt in voce & ſignificatione ſua permanens: tertia, ſcilicet; *ſem*, proprium nomen eſt viri Noe primogeniti, & eſt ſenſus *VVin de ſem*, id eſt; Tu qui es de *Sem* lucrare, hoc eſt; Tu *Conuentus VVindeſemenſis* fac lucrum Chriſto. *Sem* enim *Noe* primogenitus pro ſe & ſua progenie glorioſam meruit benedictionem à patre ſuo ſancto Noe, qui enim in ſpiritu futura prędicens, ait; *Benedictus Dominus Deus Sem*. Ecce quomodo cæli & terræ creator, Deus eius appellatur, quod nuſquam ante eum de aliquo ſancto legitur. Dicitur autem; *Benedictus Dominus Deus Sem*, quia omnis Dei creatura Dominum Deum Sem meritò laudat & benedicit, qui tanta gratiarum multitudine ac donorum priuilegijs ipſum Sem, ſuamque progeniem dignatus eſt cumulare, vt omnes Patriarch[illegible] ges & viri[illegible] nis ſcri[illegible]

Nomen VVindeſem *ſyllabatim explicatur. Eius ſignificatio.*

Geneſ. 9. 26.

communiter legantur deſcendiſſe. Denique & ipſe *Ieſus Chriſtus* Deus noſter, beata *Virgo Maria*, & omnes Apoſtoli de eadem radice propagati natiuam duxerunt originem.

Vel ideo dicitur; Benedictus Dominus Deus Sem, videlicet, vt ipſe idem *Sem* cum vniuerſo generis ſui ſemine Dominum Deum ſuum, hîc & in ęternum laudare & benedicere præuiſus ſit ab æuo, & ſingulariter prædeſtinatus.

Monaſterium ergo in W*indeſem*, quod omnem viam vitæ noſtræ regularis & clauſtralis diſciplinę noſcitur adinueniſſe, quam plurimis alijs noſtri ordinis monaſterijs abſque inuidia tabeſcente magna cum charitate libenter communicauit. Rectè *VVindeſem* appellatur, & *Sem* filio *Noe* primogenito ſatis aptè comparatur, tamen quia Deus eorum, qui ibidem inhabitant iuxta litteralem benedictionis ſuæ intellectum, vocari, & eſſe in veritate non dedignatur, qui de Eccleſia militante loquitur per Prophetam: *Ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus*; tamen quia vniuerſus orbis terrarum, vbi fama nominis & conuerſationis eius fuit reſperſa, Dominum Deum benedicit, qui talem illi loco & incolis ſuis *gratiam* donauit, vt initium ſint, & firmamen*tum omnibus* Deum timentibus in hac noſtra *regione, &* obſeruantiam regularem ſeruare *cupiẽtibus, tum* quia ipſi fratres deuoti inco[illegible] *deſemenſes* Deo ſedulè militantes die a[illegible] termiſſione, ſanctâ ſuâ conuerſa[illegible] nentis deuotione & [illegible] mplatione D[illegible] bene- dic[illegible] inſtitu- ti[illegible] tiones in eius,

Ierem. 7. 23. Ezech. 37. 23.

eius, & ſanctorum Angelorum præſentia, vocis miniſterio more Angelico deuote decantare. Sicut igitur Patriarchæ & Prophetæ Chriſtus & Apoſtoli ſuum natale principium de *Sem filio Noe primogenito* habuiſſe dignoſcuntur, ita omnia penè ordinis noſtri monaſteria iam Deo per orbem Almanicum in reformatione militantia, primam ſuæ inſtitutionis reformationem de *Windeſemenſi* monaſterio noſcuntur recepiſſe, & per patres Capituli Generalis de *Windeſem* vſque in hodiernum diem regularem obſeruantiam ad ſe recipere, & in ea creſcere & proficere non minime gratulantur.

Videmus ergo quomodo primum totius huius noſtræ reformationis monaſterium tali nomine merito inſignitur vt *VVindeſem* vocitetur, cum in nomine tam præclaro fructus animarũ ſaluberrimus, Deo & hominibus gratiſſimus, totius operis clauſus ſit, & abſconſus. *VVindeſem*
" igitur, hoc eſt, *tu Conuentus in VVindeſem. Bene-*
" *dictionibus Sem dotatibus, lucrare Chriſto animas eius*
" *imagine inſignitas, & benedictus eris tu, & Dominus*
" *Deus tuus.*

Alia nominis VVindeſem interpretatio.

Alia ſyllabarum eius etymologia VVindeſem, id eſt *vinea Dei ſempiterni*; hæc interpretatio radicaliter & virtualiter in hoc nomine VVindeſem incluſa, non humanę adinuẽtionis, ſed diuinæ ordinatis exprimit ſacramentũ. Spiritualis enim vita, vinea Domini eſt, timore Dei & regulari diſciplinâ, tanquam macerijs & foſſatis, cõmunita.

Etymologia nominis VVindeſem.

Et iuxta literarum etymologiam, rei proprietatem & ſenſum litteralem VVindeſem interpretatur, *vrbs virtutum, in nomine Domini erecta*. Splendor eccleſiæ magnus: hanc litterarum eius interpre-

pretationem à principio fundationis ſuæ vſque in præſens non à plauſu verborum, ſed rerum ipſarum proprietate VVindeſemenſe monaſterium in effectu ſemper probatur ſeruaſſe, cùm ſit fons paradiſi de loco voluptatis egrediens, vrbs refugij cunctorum ordinis noſtri monaſteriorum, vniuerſarumq́; congregationum modernę deuotionis, & primi feruoris. Vrbs denique virtutum propter bonorum morum probitatē in nomine Domini erecta, id eſt, ad laudem eius, ſeu ad laudandum eum conſtituta, ſplendor Eccleſiæ magnus vſque ad Romana mœnia dilatata.

O VVindeſem vinea Dei ſempiterna, attende quomodo propter ſęculi perſecutionem in deuotos in vrbem confugij primò à Deo ſis fundata; attende quomodo nunc in filijs benedicta ſis & dilatata; attende, quomodo mater ſis honorificata ante cęteras dilecta & exaltata, ſtude vineā tuam conſeruare, nouellare, replantare, congregare & putare: nitere eam veris virtutum floribus redimire, fluctuſq́; ſalubres Deum & homines lętificantes ipſi fideliter cuſtodire, à quo es quod es, cui totum quod habes debes. Vinea enim Dei es ſempiterni, & ideò VVindeſem appellata.

CAPVT IX.

De electione, & primo aduentu ſex fratrum noſtrorum primitiuorum in Windeſem. 1386.

ANno Dominicæ incarnationis milleſimo trecētesimo octogeſimo ſexto, venerabilis ac Deo deuotus pater Dominus *Florētius Radevvini* Rector congregationis clericorū in *Dauētria*, vna cū alijs patribus primitiuis Magiſtri *Gerardi* magni diſcipulis prænominatis, habito iam loco ſatis

apto pro monaſterio ordinis Canonicorum Regularium conſtruendo habito etiam pleno ac litteratorio Domini Traiectenſis Epiſcopi aſſenſu, nec non & Archidiaconi banni loci eiuſdem, diligentiſſimè cœperunt perquirere vbi, & quænam eſſent perſonæ vtiles & idoneæ ad opus Dei tam arduum & ſalutiferum in ſtructuris pro huiuſmodi monaſterij commoditate competentibus aptè conſtruendis, in ſanctæ Religionis ſpiritualiſque vitæ fundamentis ad gloriam Dei, & animarum ſalutem debitè collocandis viriliter aggrediendum, efficaciter proſequendum, ac finaliter conſummandum.

Cumque inquiſitio magna fieret, & de diuerſis perſonis diuerſimodè ſentirent, conſenſu tandem omnium ad omnia præmiſſa debitè perficienda electi ſunt & deputati viri feruentes, virtuoſi & illuminati, ſpiritu ſapientiæ & intellectu illuſtrati, aſpectu quidem & amictu ſimplices & deuoti, ſed opere & veritate efficaces & expediti: videlicet Dominus *Henricus Clingibile de Huxaria* Sacerdos, *VVernerus Keynkamp de Lochem, Henricus VVilſen de Kampis, Ioannes de Kempis, Henricus VVilde de Buſcoducis*, & *Bertholdus ten Have de Zvvollis*, cuius fuerat monaſterij noſtri fundus. Ex his ſex primis in VVindeſem tranſmiſſis, *Dominus Henricus de Huxaria.* primus loci illius quaſi per annum, ante habitus aſſumptionem, conſtitutus eſt Pater & Rector, & *Henricus VVilſen de Kampis* vir prudens, & eloquens in temporalibus rebus expertiſſimus, ordinatus eſt in procuratorem.

Primi fratres miſſi in VVindeſem.

Hos igitur Dei famulos ex omnibus, quos Almanicus noſter cupiebat mundus, diuina diſponente

nente gratia præclectos, in Dei timore ac ſpiritualis diſciplinę rigore optimè inſtitutos, morum honeſtate, vitæ probitate, & conuerſationis ſanctitate laudabiles & præclaros, cum alijs quibuſdam fratribus & perſonis bonæ voluntatis, & ſancti propoſiti, miſerunt in *VVinſem*, vt opus ſanctum diu concupitum cum Dei & bonorum hominum adiutorio in Dei nomine inchoarent, diuinam miſericordiam indubiè eis affuturam fiducialiter promittentes. In hunc ergo montem diuinæ ſpeculationis in *VVindeſem* venientes, locum illum, vbi totum nunc ipſius monaſterij noſtri corpus cum cunctis ſuis domibus videmus conſtructum, ſalicibus quibuſdam circumplantatum ſine hominum habitaculis repererunt. Quamobrem neceſſitate compulſi, apud colonum agrorum ſuorum in domo & curte ſua ad auſtralem monaſterij noſtri plagam, vbi nunc *machalia* monaſterij ſunt conſtructa, patienter & humiliter aliquanto tempore ſe continuerunt, donec ſibi ipſis ab imbrium, ventorum, frigorum & calorum iniurijs caſulas & vmbracucula occurrerent præparare. Continuò namque tuguria & paruas domunculas de lignis communibus, luto & viminibus ſimplici modo compaginatas, ſtraminibus contectas circa domum ſutoris & carpentariorum nunc noſtrorum, pro prædictis fratribus, & in horto nunc huparum, pro matronis diuitibus & deuotis tunc noſtris ſororibus erigere, & componere ſummâ feſtinabant alacritate, in quibus corpora ſua reficere, pro nocturna quiete repauſare, cibos in die coquere & præparare, borationibuſque continuis & mercenarijs quamplurimis in quotidianis ne-

Habitant in vmbraculis & tuguriis.

ceſſitatibus ſeorſum vtrumque poterant prouidere.

Deuotus autem pater omnium Dominus *Florentius* cum his fratribus, alijſque viris prudentibus, ex tunc cœpit pertractare de congrua eccleſiæ ambitus & dormitorij, cæterorumque ædificiorum diſpoſitione, qualitate & quantitate iuxta ordinis noſtri exigentiam. Conſideratâ igitur montis in VVindeſem, quem, vt aiunt, aquæ fluuij perfluentis Yſelæ nunquam potuerunt operire, altitudinem, latitudinem & planitiem, eoque ſæpiùs hinc inde commenſurato, & aquatico perpendiculo etiam ſuper eum extenſo, communi tandem decreto certa loca & aptiora pro eccleſia & ſingulis domibus ædificandis deſignauerunt, & deſcripſerunt. Quibus ita præconceptis & archetypo more in animo prædiſpoſitis accelerabant hęc pręmiſſa debitę executioni demandare, & ſingula in effectu realiter producere, ipſumque monaſterium iam mente præconceptum humanis etiam oculis viſibiliter conſummatum exhibere.

Locus vbi Monaſterium conſtruendum deſignatur.

CAPVT X.

De optimis benefactoribus Monaſterij noſtri in VVindeſem.

EO tempore quo magiſter *Gerardus Magnus* venerabilis pater migrauit ad Dominum, duo ciues oppidi *Dauentrienſis* bonę voluntatis pręditi etiam in Chriſto obdormierunt. Qui Magiſtri Gerardi de Monaſterio ordinis Canonicorum Regularium conſtruendo voluntatem cogno-

Digitized by Google

cognoſcentes vnus videlicet *Henricus Bierman* de coniugis ſuæ deuotæ conſenſu ducenta ſcudata Franciȩ ad eius futuram contulit ȩdificationem, alter *Lambertus Stuerman*, cuius in peſtilentia tunc ægrotantis Magiſter *Gerardus* pulſum tangens infectus deceſſit, centum ſcudata Franciæ ad eius primordialem legauit inchoationem. Deuotus etiam ſacerdos in H*atten* patris *Gelriæ*, *Henricus Brilius* nomine: ſimiliter centum triginta ſex ſcudata Franciæ pro monaſterij ipſius conſummatione in VVindeſem eſt largitus. *Henricus Bierman.* *Lambertus Stuerman.* *Henricus Brilius.*

Honorabilis quoque vir Deo deuotus Henricus de VVilſem, vnus de ditioribus & melioribus oppidi Campenſis vnus de ſex primis in *VVindeſem* inueſtitis, in prima monaſterij noſtri fundatione pretioſam ſe exiſtimans *inueniſſe Margaritam*, abijt iuxta Domini conſilium, & vniuerſa vendens quæ habuit, ipſam comparauit, pretium eorumque vendidit ante pedes Domini Florentij fratrumque noſtrorum deponens. Agros igitur & prædia ſua omnia monaſterio in *VVindeſem* per Dominum terræ incorporari procurauit. Filij ergo Dei verus factus imitator omnia reliquit, pauper rebus, diues in Deum & in conſcientia, nudum Chriſtum, nudus eſt ſecutus. Et hæc in terris vera eius fuit gloria nihil in mundo habere omnino tanquam ſuum proprium, ſed ipſum ſummum bonum Deum ſuper omnia hic & in ȩternũ perpetuo poſſidere. *Henricus de VVilſem.* *Math. 13.*

Huius exemplo motæ plurimȩ de eius cognatione deuotæ perſonȩ, temporalibus rebus & diuitiis non minimè abundantes, regnum Dei non tantum bona volũtate, ſed etiam magnâ pecuniȩ quãtitate monaſterio noſtro condanatâ cõparare ſat-

pro omnibus Deo præſentando, remiſſionem peccatorum, gratiam ſpiritus ampliorem per Chriſti merita pretioſa, in commemorationem charitatis & paſſionis eius, omniumque ſanctorum interceſſionem omnibus & ſingulis impetrare ab huiuſmodi diuino rediens alloquio, præſentiâ, & conſilio ſollicitè curabit.

Nonne locus iſte in *VVindeſem* vera videtur domus Dei, ianua paradiſi, & porta cœli, ſuper quem cœlum tam frequenter aperitur, & Chriſtus IESVS Deus noſter cum tanta Angelorum multitudine in eum quotidie deſcendens ibidem manet corporaliter vſque in ſæculi conſummationem? Quid ergo intrans eccleſiam poterit cogitare, niſi quod ipſe terra & ciuis, peccatorum nexibus irretitus, Domino maieſtatis & regi gloriæ in conſpectu Angelorum ſanctorum ſe debeat præſentare? Cùm enim homo Dei imago & filius eius dilectus propter nimiam charitatem, qua eum dilexit & diligit, ingenti deſiderio deſiderat eſſe cum eo in venerabili ſacramento. Et niſi magna noſtra neceſſitas, ingenſque vtilitas ipſum ad hoc vrgeret, talis ac tantus Dominus ſic ſe non inclinaret.

Si ergo pro peccatorum remiſſione, pro gratia diuina, pro regno cœleſti deprecaturi, ac pro debita gratiarum actione de beneficijs receptis & recipiendis, ſic pro laude diuina deuote illic perſoluenda, alacriter conuenimus, libentiſſimè audit nos, deſiderium noſtrum ſanctum ſalutare, nobis proficuum libenter impleturus. Sicut enim amicus cum amico, ita loqui poſſumus cum Deo; & omuem cordis noſtri

Digitized by Google

noſtri intentionem apertè reuelare, & omnium bonorum deſideriorum noſtrorum effectum ſalutarem, abſque omni dubio, opportuno tempore, omnino perficiendum fideliter expectare. Habemus etiam ibi interceſſores Angelos ſanctos qui id habent ex ſuæ naturæ ſubtilitate, vt quaſi *in momento, in ictu oculi*; in cœlo & in *VVindeſem*, & in omni loco orbis terrarum, in impetu ſpiritus ſui præſentiam ſuam poterunt exhibere, quocunque imperantis Dei voluntas, aut proprium cuiuſque arbitrium duxerit eos eſſe ferendos. 1.Cor.15.

Ecce quàm non immeritò locus iſte in VVindeſem loco illi Iacob Patriarchæ in Bethel ſit præferendus; nam palam eſt oſtenſum; cum ibi figura, hìc veritas, ibi ſignum, hìc ſignatum oſtenſa declarentur. *Ecce Angeli ſancti quomodo deſcendunt & aſcendunt ſuper filium hominis* in cœlo regnantis, & in terris ſuam præſentiam hominibus corporaliter exhibentis. *Millia enim millium miniſtrant ei, & decies millies centena millia vtrobique aſsiſtunt ei.* Ioan. 1. Daniel.1.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

De laude & præſagio ipſius nominis Monaſterij noſtri in Windeſem.

LOquamur pauca ſuper hoc nomine *VVindeſem*, non enim ſine grãdi myſterio primum & principale omnium Ordinis noſtri Monaſteriorum in hac regione noſtra reformatorum tale ſortitum eſt nomen, præſagium futurorum, vt in ſyllabarum diſcuſſione clariùs innoteſcet. Tres enim habet ſyllabas, Teutonicã, Latinam, & Hebraicam, quarum prima, id eſt; *VVin*, verbo imperatiui modi, quod eſt lucrare, correſpondet: ſecunda, id eſt, *de*, præpoſitio eſt in voce & ſignificatione ſua permanens: tertia, ſcilicet; *ſem*, proprium nomen eſt viri Noe primogeniti, & eſt ſenſus *VVin de ſem*, id eſt; Tu qui es de *Sem* lucrare, hoc eſt; Tu *Conuentus VVindeſemenſis* fac lucrum Chriſto. *Sem* enim *Noe* primogenitus pro ſe & ſua progenie glorioſam meruit benedictionem à patre ſuo ſancto Noe, qui enim in ſpiritu futura prędicens, ait; *Benedictus Dominus Deus Sem*. Ecce quomodo cæli & terræ creator, Deus eius appellatur, quod nuſquam ante eum de aliquo ſancto legitur. Dicitur autem; *Benedictus Dominus Deus Sem*, quia omnis Dei creatura Dominum Deum Sem meritò laudat & benedicit, qui tanta gratiarum multitudine ac donorum priuilegijs ipſum Sem, ſuamque progeniem dignatus eſt accumulare, vt omnes Patriarchæ & Prophetæ, reges & viri iuſti veri Dei cultum habentes in diuinis ſcripturis nominatim expreſſi, de eius ſtirpe com-

Nomen VVindeſem *ſyllabatim explicatur. Eius ſignificatio.*

Geneſ. 9. 26.

communiter legantur deſcendiſſe. Denique & ipſe *Ieſus Chriſtus* Deus noſter, beata *Virgo Maria*, & omnes Apoſtoli de eadem radice propagati natiuam duxerunt originem.

Vel ideo dicitur; Benedictus Dominus Deus Sem, videlicet, vt ipſe idem *Sem* cum vniuerſo generis ſui ſemine Dominum Deum ſuum, hîc & in ęternum laudare & benedicere præuiſus ſit ab æuo, & ſingulariter prædeſtinatus.

Monaſterium ergo in *Windeſem*, quod omnem viam vitæ noſtræ regularis & clauſtralis diſciplinę noſcitur adinueniſſe, quam plurimis alijs noſtri ordinis monaſterijs abſque inuidia tabeſcente magna cum charitate libenter communicauit. Rectè *VVindeſem* appellatur, & *Sem* filio *Noe* primogenito ſatis aptè comparatur, tamen quia Deus eorum, qui ibidem inhabitant iuxta litteralem benedictionis ſuæ intellectum, vocari, & eſſe in veritate non dedignatur, qui de Eccleſia militante loquitur per Prophetam: *Ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus*; tamen quia vniuerſus orbis terrarum, vbi fama nominis & conuerſationis eius fuit reſperſa, Dominum Deum benedicit, qui talem illi loco & incolis ſuis gratiam donauit, vt initium ſint, & firmamentum omnibus Deum timentibus in hac noſtra regione, & obſeruantiam regularem ſeruare cupiētibus, tum quia ipſi fratres deuoti incolæ *VVindeſemenſes* Deo ſedulè militantes die ac nocte ſine intermiſſione, ſanctâ ſuâ conuerſatione, internâ mentis deuotione & frequenti cœleſtium contemplatione Dominum Deum ſuum non ceſſant benedicere, certiſque temporibus ab Eccleſia inſtitutis Deo laudes debitas, & gratiarum actiones in

Ierem.7.23. Ezech.27.23.

eius, & ſanctorum Angelorum præſentia, vocis miniſterio more Angelico deuote decantare. Sicut igitur Patriarchæ & Prophetæ Chriſtus & Apoſtoli ſuum natale principium de *Sem filio Noe primogenito* habuiſſe dignoſcuntur, ita omnia penè ordinis noſtri monaſteria iam Deo per orbem Almanicum in reformatione militantia, primam ſuæ inſtitutionis reformationem de W*indeſemenſi* monaſterio noſcuntur recepiſſe, & per patres Capituli Generalis de W*indeſem* vſque in hodiernum diem regularem obſeruantiam ad ſe recipere, & in ea creſcere & proficere non minime gratulantur.

Videmus ergo quomodo primum totius huius noſtræ reformationis monaſterium tali nomine merito inſignitur vt *VVindeſem* vocitetur, cum in nomine tam præclaro fructus animarũ ſaluberrimus, Deo & hominibus gratiſſimus, totius operis clauſus ſit, & abſconſus. *VVindeſem* igitur, hoc eſt, *tu Conuentus in VVindeſem. Benedictionibus Sem dotatibus, lucrare Chriſto animas eius imagine inſignitas, & benedictus eris tu, & Dominus Deus tuus.*

Alia nominis VVindeſem interpretatio.

Alia ſyllabarum eius etymologia VVindeſem, id eſt *vinea Dei ſempiterni*; hæc interpretatio radicaliter & virtualiter in hoc nomine VVindeſem incluſa, non humanę adinuẽtionis, ſed diuinæ ordinatis exprimit ſacramentũ. Spiritualis enim vita, vinea Domini eſt, timore Dei & regulari diſciplinâ, tanquam macerijs & foſſatis, cõmunita.

Etymologia nominis VV*indeſem.*

Et iuxta literarum etymologiam, rei proprietatem & ſenſum litteralem VVindeſem interpretatur, *vrbs virtutum, in nomine Domini erecta*. Splendor eccleſiæ magnus: hanc litterarum eius interpre-

pretationem à principio fundationis ſuæ vſque in præſens non à plauſu verborum, ſed rerum ipſarum proprietate VVindeſemenſe monaſterium in effectu ſemper probatur ſeruaſſe, cùm ſit fons paradiſi de loco voluptatis egrediens, vrbs refugij cunctorum ordinis noſtri monaſteriorum, vniuerſarumq; congregationum modernę deuotionis, & primi feruoris. Vrbs denique virtutum propter bonorum morum probitatē in nomine Domini erecta, id eſt, ad laudem eius, ſeu ad laudandum eum conſtituta, ſplendor Eccleſiæ magnus vſque ad Romana mœnia dilatata.

O VVindeſem vinea Dei ſempiterna, attende quomodo propter ſęculi perſecutionem in deuotos in vrbem confugij primò à Deo ſis fundata; attende quomodo nunc in filijs benedicta ſis & dilatata; attende, quomodo mater ſis honorificata ante cęteras dilecta & exaltata, ſtude vineā tuam conſeruare, nouellare, replantare, congregare & putare: nitere eam veris virtutum floribus redimire, fructuſq; ſalubres Deum & homines lętificantes ipſi fideliter cuſtodire, à quo es quod es, cui totum quod habes debes. Vinea enim Dei es ſempiterni, & ideò VVindeſem appellata.

CAPVT IX.

De electione, & primo aduentu ſex fratrum noſtrorum primitiuorum in Windeſem. 1386.

ANno Dominicæ incarnationis milleſimo trecētesimo octogeſimo ſexto, venerabilis ac Deo deuotus pater Dominus *Florētius Radevvini* Rector congregationis clericorū in *Dauētria*, vna cū alijs patribus primitiuis Magiſtri *Gerardi* magni diſcipulis prænominatis, habito iam loco ſatis

apto pro monaſterio ordinis Canonicorum Regularium conſtruendo habito etiam pleno ac litteratorio Domini Traiectenſis Epiſcopi aſſenſu, nec non & Archidiaconi banni loci eiuſdem, diligentiſſimè cœperunt perquirere vbi, & quænam eſſent perſonæ vtiles & idoneæ ad opus Dei tam arduum & ſalutiferum in ſtructuris pro huiuſmodi monaſterij commoditate competentibus aptè conſtruendis, in ſanctæ Religionis ſpiritualiſque vitæ fundamentis ad gloriam Dei, & animarum ſalutem debitè collocandis viriliter aggrediendum, efficaciter proſequendum, ac finaliter conſummandum.

Cumque inquiſitio magna fieret, & de diuerſis perſonis diuerſimodè ſentirent, conſenſu tandem omnium ad omnia præmiſſa debitè perficienda electi ſunt & deputati viri ferentes, virtuoſi & illuminati, ſpiritu ſapientiæ & intellectu illuſtrati, aſpectu quidem & amictu ſimplices & deuoti, ſed opere & veritate efficaces & expediti: videlicet Dominus *Henricus Clingibile de Huxaria* Sacerdos, *VVernerus Keynkamp de Lochem, Henricus VVilſen de Kampis, Ioannes de Kempis, Henricus VVilde de Buſcoducis*, & *Bertholdus ten Have de Zvvollis*, cuius fuerat monaſterij noſtri fundus. Ex his ſex primis in VVindeſem tranſmiſſis, *Dominus Henricus de Huxaria.* primus loci illius quaſi per annum, ante habitus aſſumptionem, conſtitutus eſt Pater & Rector, & *Henricus VVilſen de Kampis* vir prudens, & eloquens in temporalibus rebus expertiſſimus, ordinatus eſt in procuratorem.

Primi fratres miſſi in VVindeſem.

Hos igitur Dei famulos ex omnibus, quos Almanicus noſter cupiebat mundus, diuina diſponente

Digitized by Google

nente gratia præelectos, in Dei timore ac ſpiritualis diſciplinę rigore optimè inſtitutos, morum honeſtate, vitæ probitate, & conuerſationis ſanctitate laudabiles & præclaros, cum alijs quibuſdam fratribus & perſonis bonæ voluntatis, & ſancti propoſiti, miſerunt in *VVinſem*, vt opus ſanctum diu concupitum cum Dei & bonorum hominum adiutorio in Dei nomine inchoarent, diuinam miſericordiam indubiè eis affuturam fiducialiter promittentes. In hunc ergo montem diuinæ ſpeculationis in *VVindeſem* venientes, locum illum, vbi totum nunc ipſius monaſterij noſtri corpus cum cunctis ſuis domibus videmus conſtructum, ſalicibus quibuſdam circumplantatum ſine hominum habitaculis repererunt. Quamobrem neceſſitate compulſi, apud colonum agrorum ſuorum in domo & curte ſua ad auſtralem monaſterij noſtri plagam, vbi nunc *machalia* monaſterij ſunt conſtructa, patienter & humiliter aliquanto tempore ſe continuerunt, donec ſibi ipſis ab imbrium, ventorum, frigorum & calorum iniurijs caſulas & vmbracucula occurrerent præparare. Continuò namque tuguria & paruas domunculas de lignis communibus, luto & viminibus ſimplici modo compaginatas, ſtraminibus contectas circa domum ſutoris & carpentariorum nunc noſtrorum, pro prædictis fratribus, & in horto nunc huparum, pro matronis diuitibus & deuotis tunc noſtris ſororibus erigere, & componere ſummâ feſtinabant alacritate, in quibus corpora ſua reficere, pro nocturna quiete repauſare, cibos in die coquere & præparare, borationibuſque continuis & mercenarijs quamplurimis in quotidianis ne- *Habitant in vmbraculis & tuguriis.*

 ceſſi-

ceſſitatibus ſeorſum vtrumque poterant prouidere.

Deuotus autem pater omnium Dominus *Florentius* cum his fratribus, alijſque viris prudentibus, ex tunc cœpit pertractare de congrua eccleſiæ ambitus & dormitorij, cæterorumque ædificiorum diſpoſitione, qualitate & quantitate iuxta ordinis noſtri exigentiam. Conſideratâ igitur montis in VVindeſem, quem, vt aiunt, aquæ fluuij perfluentis Yſelæ nunquam potuerunt operire, altitudinem, latitudinem & planitiem, eoque ſæpiùs hinc inde commenſurato, & aquatico perpendiculo etiam ſuper eum extenſo, communi tandem decreto certa loca & aptiora pro eccleſia & ſingulis domibus ædificandis deſignauerunt, & deſcripſerunt. Quibus ita preconceptis & archetypo more in animo prædiſpoſitis accelerabant hec premiſſa debite executioni demandare, & ſingula in effectu realiter producere, ipſumque monaſterium iam mente præconceptum humanis etiam oculis viſibiliter conſummatum exhibere.

Locus vbi Monaſterium conſtruendum deſignatur.

CAPVT X.

De optimis benefactoribus Monaſterij noſtri in VVindeſem.

EO tempore quo magiſter *Gerardus Magnus* venerabilis pater migrauit ad Dominum, duo ciues oppidi *Dauentrienſis* bone voluntatis prediuites etiam in Chriſto obdormierunt. Qui Magiſtri Gerardi de Monaſterio ordinis Canonicorum Regularium conſtruendo voluntatem cogno-

cognoſcentes vnus videlicet *Henricus Bierman* de coniugis ſuæ deuotæ conſenſu ducenta ſcudata Franciȩ ad eius futuram contulit ȩdificationem, alter *Lambertus Stuerman*, cuius in peſtilentia tunc ægrotantis Magiſter *Gerardus* pulſum tangens infectus deceſſit, centum ſcudata Franciæ ad eius primordialem legauit inchoationem. Deuotus etiam ſacerdos in *Hatten* patris *Gelriæ*, *Henricus Brilius* nomine: ſimiliter centum triginta ſex ſcudata Franciæ pro monaſterij ipſius conſummatione in VVindeſem eſt largitus.

Henricus Bierman. *Lambertus Stuerman.* *Henricus Brilius.*

Honorabilis quoque vir Deo deuotus Henricus de VVilſem, vnus de ditioribus & melioribus oppidi Campenſis vnus de ſex primis in *VVindeſem* inueſtitis, in prima monaſterij noſtri fundatione pretioſam ſe exiſtimans *inueniſſe Margaritam*, abijt iuxta Domini conſilium, & vniuerſa vendens quæ habuit, ipſam comparauit, pretium eorumque vendidit ante pedes Domini Florentij fratrumque noſtrorum deponens. Agros igitur & prædia ſua omnia monaſterio in *VVindeſem* per Dominum terræ incorporari procurauit. Filij ergo Dei verus factus imitator omnia reliquit, pauper rebus, diues in Deum & in conſcientia, nudum Chriſtum, nudus eſt ſecutus. Et hæc in terris vera eius fuit gloria nihil in mundo habere omnino tanquam ſuum proprium, ſed ipſum ſummum bonum Deum ſuper omnia hic & in ȩternũ perpetuo poſſidere.

Henricus de VVilſem. *Math. 13.*

Huius exemplo motæ plurimȩ de eius cognatione deuotæ perſonȩ, temporalibus rebus & diuitiis non minimè abundantes, regnum Dei non tantum bona volũtate, ſed etiam magnâ pecuniȩ quãtitate monaſterio noſtro condanatâ cõparare

ſat-

ſatagerunt. Frater enim eius carnalis Magiſter *Iacobus de Campis*, Canonicus Eccleſiæ ſancti Ioannis Traiectenſis, ſatis diues & in bonis immobilibus ab eo indiuiſus, quadam vice ſexcentas pene Franciæ coronas pro ſe & fratre ſuo primùm, ac deinde in fine vitæ ſuæ ante mortem omnia quæ habuit, monaſterio noſtro legauit. Qui cum eodem fratre ſuo in medio Eccleſiæ noſtrę tumulatus, ſub maiori ſarcophago, ante chori ianuam pariter requieſcunt.

Iacobus de Campis.

Matrona etiam deuota *Sophia Herikens* eius cognata, in prima monaſterij noſtri erectione vltra mille florenos Rhenenſes pro animę ſuę ſuorumque ſalute nobis piè erogauit, in eadem noſtra Eccleſia ſub quarto ſarcophago condita requieſcens.

Sophiæ Herikens donatio.

Aleydis quoque Scutken prædiues eius conſanguinea, matrona Deo deuota, ſe & ſua omnia noſtro contulit monaſterio, vſque in finem vitæ ſuę *Martha* noſtra permanens, in inferiori ambitu ad murum eccleſiæ ſepulta.

Aleydis Scutken.

Aleydis inſuper dicta *Dreyers*, matrona valde religioſa & deuota, ſororum deuotarum in *Zvvollis*, in domo dicta puellarum, prima inceptrix, mater & gubernatrix cum filijs ſuis *Alberto* & *Nicolao* multam pecuniæ ſummam cum agris plurimis in initio noſtri cœnobij promptiſſimè nobis dedit, vt vna de fundatoribus monaſterij noſtri appellari & eſſe promeruerit. Longo quoque tempore vnà cum matronis præfatis & alijs ſimiliter deuotis virginibus, videlicet *Gertrude Kateneters* fūdatrice domus ſororum ſui nominis in *Zvvollis*, ac *Bertrude* ſorore deuotiſſima præfatę domus puellarum in Zwollis, in initio monaſterij noſtri

Aleydis Dreyers.

Gertrudis Kateneters. Bertrudis.

ſtri vt ſeniores, & vitæ probatiſſimæ domus noſtræ ſorores,in coquina, braxatorio, piſtrino & lotorio, ſeorſum tamen ſolæ miniſtrauerunt & comederunt, donec copiam virorum laicorum in V Vindeſem poterant prouidere. Hæ omnes quamuis *Zvvollis* poſtmodum habitabant, in V Vindeſem ſunt ſepultæ.

Tanta igitur ex parte fratris noſtri H*enrici de* VV*ilſem*, & amicorum eius temporalia bona monaſterio noſtro prouenerunt, vt integrum ex eis monaſterium à fundamentis ædificari&dotari valuiſſet, prout hoc ipſum à noſtris ſenioribus, pręcipuè,ab A*rnoldo Kalker* venerabili Suppriore, frequenter intelleximus.

Magna liberalitas fratris Henrici de VVilſem,& amicorum.

Magnus ille pater familias Dominus *Florentius* Rector primus cōgregationis clericorum in Dauentria omnium deuotorum ſui temporis pater & patronus, *primus monaſterij noſtri in* VV*indeſem incheator*, ſollicitator & promotor, fratres domus ſuæ ſępius in V Vindeſem ad cohabitandum,collaborandum,& conſolandum deſtinauit,frequēter etiam per ſe ipſe venit pro dulci fratrum conſolatione, & eorum in tam boni operis perſeuerantia, pia confortatione. Omnes enim eius erant diſcipuli,& in ſancto propoſito ab ipſo inſtituti, atque de ipſius conſilio, auxilio & fauore totius monaſterij noſtri & ſtructuræ eius pendebat effectus.Tanta quippe charitas & feruor primę deuotionis erat inter patres,presbyteros& clericos domus ſuæ, & inter patres noſtros primitiuos, vt non ſolùm cor vnum & animam vnam haberent in Domino, verumetiam bona eorum temporalia per omnia erant illis communia & indiuiſa,vnde quidquid de hæreditatibus ſeu

D.Florentius Monaſterij in VVindeſem inchoator & promotor.

Vita communis in VVindeſem.

Digitized by Google

ſeu laboribus fratrum ſuorum, adde eleemoſynis Chriſti fidelium vndecunque acquirere poterant & obtinere, id fratribus noſtris in Windeſem libētiſſimæ impartiebant & cum gaudio conferebant. Nam de bonis *Ioannis Keſſel* coci tunc eorum in ſæculo valde locupletis, patres noſtri ſæpe non modice ſunt conſolati. Ornamentum etiam ipſius ſacerdotale ſatis pretioſum nobis donatum vendiderunt propter primę inſtitutionis ſimplicitatem & humilitatem, ſimplicia magis ornamenta illius pretio comparantes.

Ioannes Keſſel.

Hanc primi feruoris veram dilectionem dicta domus clericorũ non ſolum ad fratres de VVindeſem, verumetiam ad omnes patres, fratres, & ſorores monaſteriorum, & cõgregationum modernæ reformationis, deuotionis, & feruoris, inuiolatam conſeruabat, omni tempore pii patris Domini *Florentij*, ſuorũque contemporaneorum vſque in præſens. De bonis enim *Ioannis Keſſel* præfati dederunt monaſterio *Fontis beatæ Mariæ prope Arnhem* in prima ſui fundatione vltra mille trecentos florenos, ipſumque locum à Domino terræ, *Duce Gelriæ VVilhelmo* & eius poſſeſſoribus primum impetrauerunt & impetrari procurauerunt, anniſque plurimis domum illam incoluerunt & rexerunt, donec ordinem noſtrum de conſilio Domini *Florentij* per patres noſtros de *VVindeſem* ſuſceperunt, qui ex tunc, & deinceps multo tempore patres & gubernatores ac priores eorum in ordine permanſerunt, quouſq; de propriis ſuis fratribus ſibi de prælatis poſſent prouidere, Similiter per omnia domus Dauentrienſis congregationis fecit in Hoern, & *Amſterdammis*, & aliis

Fons B. MARIAE prope Arnhem.

& aliis in locis quamplurimis, charitatem inconuulſam & aſſiſtentiam fideliſſimam omnibus conſeruando. Vnde non immerito tantus fructus animarum per totam prouinciam ſurrexit & pullulauit.

Capvt. XI.

Prima fundatio, & ædificatio Eccleſiæ, altarium, & domorum in VVindeſem, & quomodo fratres ſex noſtri primitiui miſſi ſunt in Eymſteyn.

ANno incarnationis Dominicæ milleſimo trecẽteſimo octogeſimo ſeptimo, tempore 1387.
quadrageſimæ Dominus *Florentius*, fratres ſui & patres noſtri primitiui, Eccleſiæ noſtrę fundamenta, ambitum noſtrum occidentalem circa Eccleſiam cum tribus domibus per circuitum eius cõtiguis, refectorium quoque tunc eorum, quod nunc capella *beatæ Virginis* eſt, & braxatorium cum piſtrino, quod & coquina tunc erat, erigere cœperunt, & ædificare omnia de coctis lapidibus, & tecto arundineo præterquam eccleſiam & ambitum circa eam, refectorium & braxatorium quæ panneis lapidibus cæmento contexerunt. Et huic ingenti operi pluſquam trium aut quatuor millium florenorũ, tam fortiſſimè inſtituerunt fratre Henrico *VVilſen* prouiſore, & matronis pręfatis pecunia & corporibus inſtanter cooperantibus, vt ante finem anni hęc omnia pene complerent.

Monaſterium in VVindeſem ædificatur.

Henricus VVilſem prouiſor.

In ipſa autem eccleſia aſſeribus vulgariter

gariter dictis *VVagenſcot* in rotundum teſtudinata tria poſuerunt altaria, primum in medio contra chori nunc ianuam, & alia duo extra cancellos ad latera, vbi laici & familiares noſtri tunc ſtare conſueuerunt, & altare quartum in dono tunc capituli, quæ nunc eſt cella procuratoris. Chorus fratrum tunc erat inter primum illud altare & cancellos, in quo officium diuinum peregerunt. Mulieres autem & extranei in abſida ad occidentem eccleſiæ tunc *appodiata* diuina audierunt.

Eccleſia igitur, & cæteris ædificijs iam pene conſummatis Dominus *Florentius* & patres antefati Dominum *Florentium Traiectenſem Epiſcopum* cum reuerētia adeuntes, humiliter ſupplicarunt, quatenus locum in *Windeſem* pro Monaſterio Canonicorum Regularium aptè iam diſpoſitum, & in ædificijs ferme conſummatum, ordinariâ ſuâ auctoritate confirmare, & per ſuum ſuffraganeum conſecrare dignaretur. Qui celeriori eorū profectui quamplurimum congauiſus, ingenti cordis lætitia Dominum benedixit. Deinde vt vir prudēs, an ipſum monaſterium pro tali ordine, & ſuis perſonis in obſeruantia regulari cum familia competenti conuicturis, redditus & prouentus ſufficientes haberet, diligenter inquiſiuit. Quibus examinatis Dominus *Traiectenſis* de pręlatorum ſuorum conſilio prudenter reſpondit: Hęc bona veſtra temporalia pro tanti nominis monaſterio nequaquam ſufficiunt, nec ſuper his duntaxat ipſum ſinemus conſecrari.

Erat tunc temporis deuotiſſima in Zvvollis matrona *Alcydis Dreyers* nomine cum duobus filijs ſuis *Alberto* & *Nicolao* quorum ſupra fecimus men-

Aleydis Dreyers.

mentionem, quæ Domini Traiectenſis auditâ reſponſione, videlicet quod ſine maiori eius in temporalibus prouiſione locum in *VVindeſem* conſecrari non permitteret, ſtatim vnà cum filijs ad ipſum Dominum Epiſcopum accedens, omnia ſua bona hæreditaria in *Herdenberge* ducentorum florenorum in valore, in manus Epiſcopi Domini feudi ipſorum bonorum ad perpetuam monaſterij vtilitatem, & vſum liberè & ſponte reſignauit. Qua reſignatione *antiſtes* libenter acceptâ, hæc ipſa bona cum omnibus agris & bonis hęreditariis *Bertoldi ten* Haue, & *Henrici de Wilſen* ſuperius deſcriptis, bona ſpiritualia conſtituit, & eſſe fecit, nulli temporali iuriſdictioni de cætero ſubiicienda, ipſaque bona pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, ſibique ſubiectis ab omnibus oneribus, exactionibus, & ſeruitiis, quibus ſæcularia bona ſolent onerari, perpetuo liberauit, quitauit, & exonerauit.

in VVindeſemenſe Cænobium munificentia.

Exemptio bonorum VVindeſemenſis Monaſterij.

His rite peractis, ac ſigilli ſui munimine corroboratis pium ſuum benignus dedit aſſenſum, plenamque contulit auctoritatem vt per ſuum ſuffraganeum conſecraretur, & in ordinem Canonicorum Regularium erigeretur, quodque presbyteri & clerici, & aliæ aptæ perſonæ ibidem ad habitum & ad profeſſionem perpetuari poſſent & profiteri, quotquot de eius redditibus & ceteris prouentibus in futurum potuerunt enutriri. Adiecit id *antiſtes* bonum ſuum fore conſilium, vt videlicet bona temporalia dicto monaſterio in futurum acquirenda, non vnius tantum principis, ſed in duorum aut trium Dominorum diſtrictu

temporali procurare &comparare laborarent, ne bellis & guerris inſurgentibus à vita ſua ſancta, egeſtate prægrauati temporalibus deficientibus, mendicare, vel ab inuicem diſcedere cogerentur.

Optimo igitur à præſule ſuo ad nutum accepto conſilio, & de conſecrandi, inueſtiendique indeptâ licentiâ, patres noſtri cum gaudio, & multa gratiarum actione ad propria repedare feſtinauerunt.

Eymſteyn.

Conſecrationis eccleſiæ & inueſtitionis tempore in proximo tunc inſtante, decretum eſt à Patribus primos in VV*indeſem* inueſtiendos in E*ymſteyn* eſſe tranſmittendos, ad illorum ceremonialia occulta fide peruidenda; licet enim à deuoto patre Domino *Florentio in Dauentria* rectore, in vita bona, ſpirituali, & ſancta conuerſatione ad plenum fuerant inſtituti, ceremonialia tamen obſeruantiæ regularis, & Ordinis inſtituta nunquam prius agnouerāt, nec in eis vnquam exercitati fuerant, quæ niſi propria experientia & exercitatione cōtinuâ ad liquidum nequeunt apprehendi.

Sex fratres primitiui mittuntur in Eymſteyn.

Sex ergo fratres noſtri primitiui celerius iter in *Eymſteyn* arripientes, cùm mediterraneas aquas fuiſſent ingreſſi, tum ſubitò denſis ſurgentibus vndique ventis, horrida tempeſtas cœlum commouit & vndas, vt aliis in cœlum præ timore clamantibus, ali s præ pauore exanimis penè effectis, naufragij periculum, mortiſque diſcrimen cuncti ſibi cernerent è proximo imminere. Tunc vnus ex ipſis *Henricus VVilſen* nomine, vir prudens & magnanimus puſillanimitatem omnium

nium modeſtè redarguit, dicens: Fratres mei dilectiſſimi, ſitis boni animi, nihil nobis eſt timendum, ſalui & incolumes ad deſtinatum nobis locum indubiè perueniemus. Qui ſtatim in voce, & ſenſu verborum eius animæquiores effecti, ſpiritum quietiorem continuò receperunt, & Dominum Deum omnium in ſe ſperantium protectorem deuotè inuocantes, ſedatâ poſt paululum tempeſtate, ad portum ſalutis omnes ſani peruenerunt. Quibus ad terram egreſſis Dominus *Henricus de Huxaria* ſenior inter eos *Henricum VVilſen* interrogauit, an etiam in tanto maris periculo timuiſſet: qui reſpondens, Vtique. Sed videns vos omnes animo penè deficientes virum indui, firmiter credens Patrum noſtrorum decreta à Deo ipſis inſpirata, nullâ arte inimici vnquam poſſe impediri.

Monaſterium in *Eymſteyn* ingreſſi à præpoſito fratre *Simone*, & cunctis ſuis fratribus obuijs manibus deuotè ſunt ſuſcepti, omnibus diebus quibus ſecum permanſerunt, plenâ charitate pertractati. Cumque poſt fraternæ charitatis mutuæ amoroſáque colloquia ſententiam Patrum, qui ſe miſerant, piumque intentionis ſuæ deſiderium ipſis enarraſſent, non minimè in Domino gauiſi, ipſos fratres noſtros ad omnia ſua conuentualia in choro, capitulo, clauſtro, & refectorio gratioſè admittentes ſingula eorum cæremonialia, & ordinis inſtituta, quantum ipſis in reformatione adhuc nouellis inde conſtabat. Et ſicut à Patribus in Viridi valle, vnde originem traxerũt, ipſi didicerunt, liben-

Simon præpoſitus in Eymſteyn.

Cæremonialia & inſtituta Ordinis addiſcunt.

ter ad oculum demonſtrabant. Fratres ergo noſtri, zelo diuini amoris accenſi, ex paruis magna & de exiguis eximia ſcientes elicere, regulari obſeruatione, nihil vnquam ſubtrahere, ſed gratia diuina illuſtrati, plurima non paucis vtilia prudentiſſime conati ſunt addiſcere.

Aliquanto autem tempore ibidem in his peracto, & regularibus obſeruantiæ cęremonialibus in ſtatitionibus, ſeſſionibus, miniſteriis, inclinationibus, moribus, cantibus & ritibus diligenter conſpectis, opereque perfectis cum multa præpoſiti, & fratrum illorum gratia in pace dimiſſi, ad ſuos in VV*indeſem* in termino eis præfixo, votiuis ſucceſſibus alacres & ſani redierunt. Qui à Domino *Florentio* & à ceteris in VV*indeſem* cum gaudio ſuſcepti, narrabant illis quanta charitate à prępoſito & ſuis fratribus pertractati fuiſſent, & informati, & quanta maris pericula, Domino ſe iuuante, tandem euaſiſſent. Quibus auditis omnes in commune Deum collaudabant, qui talem charitatem ſuis temporibus hominibus inſpirauerat, & proſperum feciſſet iter eorum Deus ſalutarium noſtrorum.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XII.

De interna animi præparatinoe, & debita fratrum noſtrorum primitiuorum inſtitutione, pro digna habitus & ſanctæ religionis ſuſceptione.

FEruentiſſimus Chriſti Sacerdos Dominus *Florentius* rector congregationis clericorum in Dauentria, *Dominus Ioannes de Gronde*, ceterique presbyteri,& fratres domus ſuæ ſingularem, magnamque ex illa die operam impenderunt, vt fratres noſtros primitiuos, per quos Ordo Canonicorum Regularium à primæua ſui inſtitutione in hac noſtra regione dudum miſerabiliter prolapſus, in priſtinum regularis obſeruantiæ ſtatum, & ſpiritualis vitæ diſciplinam reformari, reuiuiſcere, ac reflorere ſperabant, debite inſtituerent,& verę religionis fundamentum in eorum cordibus,& actibus,& moribus formiſſimè complantarent.

Inceperunt ergo, vbi incipiendum eſt, animas ſanctas Deo pręſentare, videlicet à puritate & cordis munditia, quod mundum eſſe non poteſt niſi peccatorum ſordes, execrationes,& fœditates per veram cordis contritionem, oris confeſſionem,& operis ſatisfactionem ab eo expurgatæ & eiectę ipſum mundum redderent & præclarum, vt æternus amor, animarum ſponſus amator puritatis Deus, ibidem nihil inueniat quod oculos diuinę ſuæ maieſtatis offendat. Cor enim à mūdo, ab omnibus malis & à cūctis rebus creatis abſtractum & purgatum; atque ad Deum *Interna animi præparatio.*

Digitized by Google

ſummum bonum,& ad vera bona amāda & appetenda conuerſum, dignum Spiritui ſancto habitaculum per ſancta deſideria, deuota ſuſpiria & ſpiritualia exercitia ſolet præparare quę infirmę adhuc animæ, & de peccatorum luto recenter abſtractæ non poſſunt eſſe potiora quàm Dei beneficia ſibi in creatione & redemptione exhibita, & in glorificatione repromiſſa ſedulè cogitando, animum ſuum in illius amorem trāſformare & qualificare, ac ſeipſum & omnia ſua per manus ſanctorum ſuorum ſingulis diebus Deo offerre, illique ſe præſentem ſemper exhibere,& in beneplacentiſſimam eius voluntatem ſe omnino reſignare. Qui quotidie ita nititur proficere,& de virtute in virtutem ſemper tranſire, à carnalibus, ſecularibus, & vanis affectibus exutus & purgatus, in mundo tanquam in cœlo, & inter ſanctos & electos Dei quotidie conuerſatur, quaſi Deus & ſancti eius, & ipſe, ſoli ſint in mundo, ſeu in cœlo empyreo. Et licet exteriora corporalibus oculis ipſo rerum vſu frequenter aſpiciat, mens tamen eius vel memoria minimè iſtis inhęrens, internis duntaxat cœleſtibus, & diuinis rebus, deuotiſque exercitijs continuè occupatur.

Huiuſmodi ergo anima Deo ſic deuota, plurimum in ſancta eccleſia fructum affert animarū, quia Spiritus ſancti gratia illuminata & accenſa, ſanctæ cōuerſationis & ſanę doctrinæ exemplar viuidum & formale ſedulò trahit ex ſeipſa.

O quam feruenter & quam frequenter Patres iſti præfati, Spiritu ſancto pleni, fraterna charitate feruidi, fratres noſtros primitiuos ad meliora prouocabant, dicentes: O fratres amātiſſimi vos

elegit

elegit Deus, vt vera ſitis in mundo luminaria, & poſiti ſuper cãdelabrum omnibus in domo Dei, in ſancta eccleſia, & in veſtro Ordine cõſtitutis, vt tãquam lucernæ in loco obſcuro luceatis, qui opera veſtra bona conſpicientes vos imitentur, Deum & patrẽ veſtrũ, qui in cœlis eſt, glorificãtes.

Non ergo vobis conuenit poſthac pueriles & priores nobis ſimiles habere cogitationes, ſed magis viriles, ſanctas & feruentes, Deoq; placẽtes aſſumere meditationes; non enim vobis ſolis de cetero laborabitis, ſed deinceps exemplar, forma & regula eritis, & quaſi ſignum ad ſagittam omnibus vitã Apoſtolicã & Ordinis ſui inſtituta ſeruare cupientibus, ſicut *Aod* ille dux Iſrael, ambidextri eritis, tẽporalia & ſpiritualia vobis & aliis ſollicitè prouidentes. Ad quę ſalubriter, fructuoſeque perficienda, quanta vitę ſinceritas, proprię conſcientiæ puritas, & fraterna charitas, animiq; in Deũ firmiter ſtabiliti magnanimitas requiratur, vos ipſi perpendite. Deum ergo pro gratia continuò, ſedulè inuocare, & Spiritum ſanctum Paracletum oportet vos induere, vt recta ſapere, ſana docere, iuſta conſcribere, & ſuper omnia piè & ſanctè poſſitis viuere. *Iudicum. 3.*

Habitus enim ſanctę religionis quem per Dei gratiam in breui aſſumetis, ſanctam veſtram futuram vobis oſtendit conuerſationem; in veſtibus albis, internam mentis veſtræ puritatem; in cappa nigra, mũdi & omnium quę in mundo sũt mortem & contẽptum vobis demonſtrans. Huiuſcemodi autẽ documentis sãctis, fratres noſtri primitiui, ad sãcti habitus ſuſceptionem, & mentiũ ſuarum mutationem ſe quotidie pręparabant, quẽadmodũ pater ille venerabilis *Alnoldus Huls* de *Arnoldus Huls.*

prope *Northorn*, pro aliorum reſormatione monaſteriorum primùm emiſſus, hæc & his ſimilia à deuoto fratre noſtro *Gerlaco Petri* ſe audiſſe in *VVindeſem* frequenter enarrauit. Habitus etiam ſanctæ Religionis deuota ſuſceptio, cum firmo propoſito in ipſa religione & obſeruantia regulari perpetuò perſeuerandi, omnem tollit peccatorum rubiginem, ſicut in nuper baptizatis, iuxta Patrum Orthodoxorum traditionem & ſententiam.

Gerlacus Petri.

Suſceptio habitus in Religione tollit peccata.

CAPVT XIII.

De eccleſiæ in Windeſem *conſecratione, & ſex fratrum primitiuorum eius inueſtitione & profeſſione.*

1387. ANno Dominicæ incarnationis milleſimo trecenteſimo, octogeſimo ſeptimo, in craſtino ſancti Galli confeſſoris, decimo ſexto Kalendas Nouembris, reuerendus pater Dominus *Hubertus Ippuſenſis* Epiſcopus reuerendi Domini *Florentij de VVeuelichaue* Traiectenſis Epiſcopi ſuffraganeus, & in pontificalibus vicarius; paramentis ſuis pontificalibus decenter adornatus, Eccleſiam & ſummum tunc altare in *VVindeſem*, in honorem beatæ & glorioſæ ſemper Virginis Dei genitricis *Mariæ*, & ſancti *Auguſtini* Epiſcopi deuotè conſecrauit, beatam Virginem *Mariam* principalem monaſterij, & eccleſiæ noſtræ in *VVindeſem* conſtituens eſſe patronam, ſicut beatus *Auguſtinus* Ordinis noſtri verus conſtat eſſe inſtitutor & patronus. Duo etiam in Eccleſia conſecrauit altaria, vnum in honorem ſanctorum

D. Hubertus ſuffraganeus.

Dedicatio templi & altarium in VVindeſem
S. MARIA *Monaſterij & Eccleſiæ VVindeſemenſis*

rum *Ioannis Baptiſtæ* & *Ioannis* *Euangeliſtæ*; & aliud in honorem ſanctarum virginum *Agnetis & Catharinæ*, quartumque in domo tunc capituli, quæ nunc eſt cella procuratoris, in honorem ſanctorum quatuor eccleſiæ doctorum, *Gregorij*, *Ambroſij*, *Hieronymi* & *Bernardi*. Ambitum etiam noſtrum occidentalem per circuitum, abſque eius viridario, nec non & cœmeterium ad occidentalem eccleſię noſtræ plagam pro vulgaribus ſepeliendis, eodem die ſimiliter conſecrauit. Benedictione igitur omnium & conſecratione iam peractis, idem Dominus ſuffraganeus ad Miſſarum ſolemnia ſe preparauit. Quo ſacerdotalibus induto, & ad altare ſummum cum miniſtris procedente, deuotus pater Dominus *Radevvini* & alij patres deuoti tunc præſentes, ſex fratres noſtros primitiuos tunc inueſtiendos eidem ſuffraganeo ante ſummum altare pręſtolanti debita cum reuerentia præſentarunt, nouis ſanctæ religionis veſtibus iuxta Ordinis exigentiam apud ſingulos decenter compoſitis, quorum iſta ſunt nomina, *Dominus* Henricus *Clingebile de* Huxaria, ſacerdos; *VVernerus* Keynkamp, *de Stochem*, *Ioannes de Kempis*, Henricus *VVilde de Buſcoducis*, Henricus *VVilſen de Campis*, & *Bertoldus ten* Haue *de Zvvollis*. Quibus adductis, & ad gradum ſanctuarij proſtratis præfatus ſuffraganeus, adhibitis ſolemnitatibus ad id conſuetis, Dominum *Henricum de* Huxaria primum omnium habitum exuens ſæcularem, adſtatim eum induit habitu Canonicorum regularium, dicens, vt veterem hominem exueret cum actibus ſuis, & nouum qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis reindueret.

patronâ.

S. Auguſtinus Ordinis Canonicorum Regularium inſtitutor.

Ambitus & Cœmeterium conſecratur,

Henricus Clingebile de Huxaria, primus habitum Canonicorum Regularium induit.

dueret. Qui ſolemnem ſtatim coram altari eidem ſuffraganeo,& ceteris aſtantibus,altâ voce legit &perfecit profeſſionē ſuam in hunc modū:

Forma profeſſionis.

„ *Ego frater Henricus Clingebile de Huxaria presbyter,*
„ *promitto Deo auxiliante perpetuam continentiam,pau-*
„ *pertatem abſque proprio,& obedientiam prælato canoni-*
„ *cè inſtituendo , & ſuis ſucceſſoribus ſecundum regulam*
„ *beati Auguſtini, & ſecundum conſtitutiones iſtius loci*
„ *per Capitulum ordinandas.*

Profeſſione eius iam peracta idem ſuffraganeus auctoritate Domini *Florentij* Epiſcopi Traiectenſis dicto fratri *Henrico* tunc profeſſo regimen commiſit, & curam animarum, officiumque rectoris dicti monaſterij in *Windeſem* tam diu & quouſque fratres eius conuentuales de prælato canonicè eligendo oportunè, ſibi poſſent prouidere. Qui huiuſmodi mandato ad ſe recepto, ſtatim ſurgens eidem ſuffraganeo, & miniſtris cooperantibus, reliquos quinque fratres noſtros primitiuos ibidem ante altare, habitum exuens antiquum, ſingulos ſecundum ordinem iam prefatum, *religionis ſanctæ habitu* continuò reueſtiuit. Deinde ſigillatim ſinguli profeſſionem facientes clarâ voce ante altare eam in hunc modum pronunciauerunt, dicentes:

Sanctæ religionis habitu veſtiuntur & ſinguli profitentur.

„ *Ego frater* VV*ernerus* Keyn*kamp presbyter, promitto*
„ *Deo auxiliante perpetuam continentiam , paupertatem*
„ *abſque proprio , & obedientiam prælato canonicè inſti-*
„ *tuendo, & ſuis ſucceſſoribus ſecundum regulam beati*
„ *Auguſtini, & ſecundum conſtitutiones iſtius loci per Ca-*
„ *pitulum ordinandas. Ego frater Ioannes* Kempe *diaco-*
„ *nus,promitto,* &c. *Ego frater* Henricus *VVilde diaconus promitto,* &c. Ego *frater* Henricus Wil*ſen, promitto,* &c. Singuli autem profeſſionem ſuam membranis

branis deſcriptam per omnia ſicut primi ex integro pronuntiauerunt, quas breuitatis cauſa per ſingulos non expreſſimus.

Inſtinctu denique Spiritus ſancti credimus eſſe factum, quod fratres noſtri primitiui non Epiſcopo Traiectẽſi, aut eius vicem gerenti Suffraganeo, ſed prelato ſuo futuro canonicè eligendo ſolemnem præſtarent obediẽtiam, poſt ipſius confirmationem à ſingulis viuæ vocis oraculo in capitulo reiterandam, quatenus non alicui alienæ poteſtati, nec quantum de iure communi tenerentur, ſed tantum proprio & immediato ſuo prælato ſe redderent obligatos, magnum & perutile poſteris ſuis relinquentes exemplum, vt à nimijs principũ huius ſeculi familiaritatibus, preſentijs, obligationibus, curijs, & promiſſis, quantum cum Deo poſſunt, omnino ſubtrahant ſe & abſtineãt, & proprijs ſuis prælatis & conuentibus, ſuoque generali Capitulo integrè & humiliter ſe vniant & ſubmittant, ſi animarum ſuarum & monaſteriorum temporalem, & ſpiritualem prouectum conſequi concupiſcunt, quoniam per nimiam principum familiaritatem, amicitiam, & acceſſum, rigor Ordinis, morum diſciplina, & interna mentis deuotio paulatim diſſoluitur, & ſecularis conuerſatio, internorum negligentia, & ſeruitium ſeculare etiamſi non aduertitur, pedetentim introducitur, vnde continuò non paruum periculum ſequitur animarum, & regularis obſeruantiæ pernicioſa iactura.

Nimia Principum familiaritate & amicitia Regularis obſeruãtia paulatim diſſoluitur.

CAP.

CAPVT XIV.

De numeroſo populi ſexus vtriuſque in VVindeſem concurſu ad eccleſiæ dedicationem, & fratrum primitiuorum eius inueſtitionem & profeſſionem.

Magnus populi concurſus ad Eccleſiæ VVindeſemenſis dedicationem.

CElebris autem fama dedicationis eccleſię & inueſtitionis fratrum in VV*indeſem* primitiuorum per vniuerſam regionem vndique reſperſa, plurimos vtriuſque ſexus homines deuotos ad hunc diem feſtum celerius adduxit. Quibus non modicam conſcientiarum ſuarum præſtabat conſolationem, quod votiuis eius ſucceſſibus principaliter intereſſe diuinitus eis fuiſſet indultum. Ingenti etiam cordis letitiâ & exultatione tripudiabant, quod tam glorioſum & cunctis acceptabile monaſterium, ſalus præſentium, præſidium futurorum, omnium conſilium & auxilium eorum in æuum requirentium, primam ſui in fratribus confirmationem, & loci dedicationem oculorum ſuorum corporalium luminibus non ſine largo lachrymarum profluuio conſpicere mererentur.

Plures etiam de cognatione & amicitia præclari viri fratris *Henrici de* VV*ilſen* carnali affectu attrahente conuenerant, grauiter ferentes talem virum, morum honeſtate, ingenij ſagacitate, animi virilitate, verborum auctoritate, diuitiarum & amicorum copioſitate multis merito præferendum, cuncta viſibilia iam paruipédentem, & cum ſimplicibus, minus expertis & pauperculis clericis, patriæ cæleſtis amore, humilem habitum ſanctę religionis cum cordis lætitia ſuſcipientem

cipientem, ac inter eos non primum, ſed infimum penè locum iam tenentem. Iudiciariâ enim in ſæculo functus poteſtate iudicium ſanguinis exercere ſeu intereſſe & conſentire coactus, ad ordines ſacros non poterat promoueri. Campenſis verò ciuitas ingenitâ eius prouidentiâ, & coram terræ principibus & primoribus facundâ eloquentiâ diu decorata talem virum valde deplorabat amiſſum. Parentela quoque eius multo imbre lachrymarum, quaſi ſibi & mundo iam mortuum ad inueſtiendum tanquam tumulo ſepeliendum flens & eiulans ſequebatur euntem. O quantus luctus & planctus omnium, quantaque præcipuè lamenta deuotarum matronarum, & cognatarum tunc in noſtra erant eccleſia, quoniam caput, & conſolatorem omnium amicorum ſuorum iam quaſi amiſſum, & mortuum reputabant. Aliqualem tamen conſolationem in hoc receperunt quod ipſe ſæculi magnitudinem non ſolùm abſque triſtitia, ſed etiam cum ingenti cordis ſui lætitia deponere cernebatur, & idcirco proſpera & ſpiritum perſeuerantię ipſi precabantur.

Pontificali igitur benedictione ſuſceptâ & Miſſâ finitâ, omnes tunc præſentes gaudio magno ſunt repleti, vnanimi laudum præconio cum infinita gratiarum actione omnium largitorem bonorum Deum corde & voce ſimul collaudantes, qui locum in *VVindeſem* iam primum monaſterium digne appellatum, ita hodie exaltare, magnificare dignatus eſt & ſtabilire, vt ex hoc & in æuum laus eius non recedat de ore & corde cunctorum Deum timen-

timentium, cuius memoria erit in benedictione: nomenque eius, & præſentia ab huius magnifici germinis progenie in generatione & generationem requiretur vſque in ſempiternum. Omnes etiam in commune in Domino ſunt gauiſi, quod nouum totius patriæ lumen, cunctis deuotis hominibus in *VVindeſem* iam exortum, nouoſque Angelicę conuerſationis & habitus viros in terris conſpicere meruerunt.

Anniuerſaria dies dedicationis templi.

Hunc ergo diem Dominus *Hubertus Suffraganeus* omnibus incolis in *Windeſem* demorantibus celeberrimum eſſe ſtatuit, ac per reuoluta tempora in proximam poſt Galli Dominicam ſingulis annis anniuerſariâ piâ dedicatione celebrandum. Acta ſunt hæc ſub præſule Traiectenſi Domino *Florentio* ipſo die ſancti *Florentij Epiſcopi* per deuotum patrem Dominum *Florentium Radevvini* primum rectorem clericorum congregationis Dauentrienſis. Dauid regis vaticinium in florigeris ipſis nominibus aptè figurantes, tanquam nihil futurum ſit in *VVindeſem*, quod non germinet & floreat in vitam æternam, cum hi qui ad æternam vitam non ſunt prædeſtinati, finaliter in *VVindeſemenſi* monaſterio perſeuerare non deſint.

CAPVT

CAPVT XV.

De mutua Domini Florentij, *fratrum in* Windeſem, *& aliorum fratrum deuotorum cordium calefactione, & paulatiua regularis vitæ inchoatione.*

DEuotiſſimus pater Dominus *Florentius* rector præfatus, alijque Patres deuoti in VV*indeſem* tunc præſentes, quietis opportunitate ab hoſpitum tumultu iam indeptâ lætum valde diem, & cœlis gratiam eis irrogantibus, ſpirituali gaudio plenum cum fratribus noſtris primitiuis nouis albis veſtibus indutis, iucundiſſimè peregerunt, fratres noſtros in Domino, & in ſancto propoſito cum multa charitate confortantes. Magna etenim gratitudine animi ſui Spiritu ſancto pariter inflammati ad memoriam reuocarunt, quàm miſericorditer & quam mirabiliter Deus omnipotens, vt æternam ſuam gloriam in cordibus plurimorum dilataret, & perpetuam animarum ſanctarum ſalutem copioſè operari iterum inchoaret, præſens opus ſanctum conſtructionis monaſterij, conſecrationis eccleſiæ, inueſtitionis & profeſſionis fratrum in VV*indeſem* primitiuorum in manibus eorum proſperauerat, accelerari fecerat, & iam penè conſummauerat, ita vt ipſi intra ſe præ admiratione bonitatis diuinæ ſuauiter accenſi in iubilo cordis & vocis tripudio meritò exclamarent, *Quoniā bonus Dominus, quoniā in ſeculum miſericordia eius,* Pſalm. 106. Thren. 3. 25.

eius, & bonus eſt Dominus in ſe ſperantibus, animabus ſanctis illum in veritate quærentibus, & ſi qua ſunt ſimilia aurea & ardentia verba amantium, ardentium & admirantium affectum deuotiùs exprimentia, quia fecerat cum eis *Dominus magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.* Luc. 1. 49. Denique iam certâ edocti fuerant experientiâ, quod roſas à beatæ memoriæ *Magiſtro Gerardo Magno* ſibi promiſſas in ſinus ſuos recepiſſent, vberiores ab eo roſas in proximo eis tranſmittendas, fideli deuotione præſtolantes poſtmodum recepturi, cum præſentium munerum exhibitio certa ſit expectatio futurorum, quando videlicet populus Deo ſeruiens in diuerſis regionibus & prouincijs merito & numero augeretur.

Huiuſmodi igitur collationibus pro primi feruoris & ſanctæ deuotionis innouatione, plenaque in Deum confidentia mutuo prælibatis, pius pater Dominus *Florentius* præfatus, de cuius conſilio tunc cuncti pariter pendebant, & fratres noſtri primitiui, ceterique patres deuoti in *VVindeſem* præſentes, quibus per omnia cor vnum & anima vna erat in Deo, in nullo penitus præterquam in habitu qualemcunque differētiam præferentes, ſollicitè intra ſe pertractare cœperunt, quomodo deinceps fratres noſtri religiosè, regulariter, & exemplariter, viuere, clauſtralemque diſciplinam de cetero melius poſſent ſeruare. Placuit autem omnibus, vt frater *Henricus de Huxaria*, rector monaſterij remaneret, ſicut in mandatis à Domino Traiectenſi ſuſceperat, & frater *Henricus VVilſen* procuratoris officium exerceret. Concluſerunt etiam quod Horas ſuas canonicas propter perſonarum paucitatem, laborum

Henricus de Huxaria Rector in VVindeſem, Henricus VVilſen procurator.

borum magnitudinem, & correctorum librorum carentiam in choro ſuo nouo, ſtatutis temporibus, pariter legendo ad tempus perſoluerẽt, Miſſis, veſperis, & completorio, præſertim feſtis diebus exceptis, cum antè poſt completorium in laudem beatę Virginis quotidie decantandis, donec de perſonis idoneis, & libris cantualibus Ordini ſuo congruentibus melius eſſent prouiſi, quemadmodum per Dei gratiam non longe poſtea multiplicatis ſuppoſitis ad laudem Dei glorioſe perfecerunt. Silentium in iure expreſſum in Oratorio, videlicet, dormitorio & refectorio, & poſt completoriũ vſque poſt Primas diei ſequentis ſilentium profundum & cum hoſpitibus, niſi de licentia ſeruare pro primo ſtatuerunt. Cellas pro ſcriptura, repauſatione nocturna, ac mentium recollectione, ſuaui Sancti Spiritus, Angelorumque præſentia, & conſcientię propriæ ſerenitate ibidem clarius relucentibus, experimentali pręguſtatione, fratres noſtri ſuperius in domo tunc orientali, nunc autem media ſinguli receperunt, rectore & procuratore propter aduentantium, & externorum negotiorum frequentiam, ac maiorem monaſterij cuſtodiam in cellis obſeratis inferius commanentibus.

Silentium vbi & quo tempore.

Labori communi, operique manuum ſuarum fideliter inſiſterent, atque ad monaſterij opera quæ commodè per ſe poterant explere, ſeculares & mercenarios nullatenus admitterent, eo quod pauperes adhuc eſſent, & valde multis indigerent. Nihil autem operi diuino ſuo tempore deuotè peragendo vnquam pręponerent. Ad refectorium per nolę ſonitum

Labor communis.

ſub ſilentio conuenientes, benedicite, & gratias omnium religioſorum more decantarent, & refectorij lectionem ſine omni ſtrepitu operum & verborum attente auſcultarent. Inclinationes, ſtationes, ſeſſiones, proſtrationes & cetera Ordinis cæremonialia, maxime capitulum culparum omni ſextâ feriâ ſuper negligentijs contra bonos mores, & Ordinis diſciplinam commiſſis diligenter obſeruarent, alias omnis eorum obſeruantia tota ſimul periret, & ſic Ordinis diſſolutio ſtatim ſubſequeretur.

Lectio ad menſam.

Capitulum.

Interiorem cordium ſuorum puritatem, mentis deuotionem & animum cœlo, cæleſtibuſque ſemper intentum diuinæ maieſtatis obtutibus vbique præſentis & cuncta cernentis continuè præſentarent, exteriorem vero inter homines conuerſationem vitæ honeſtate, morum grauitate & ordinis diſciplina ita amabilem & imitabilem temperarent, vt tamen ad omnes homines huius præcipuè modernę deuotionis ſexus vtriuſque, veram & inuiolabilem charitatem ſeruarent, & iuxta magiſtri *Gerardi Magni*, & patrum primitiuorum extremam voluntatem, primariamque inſtitutionis ſuæ intentionem omnium deuotorum præſidij, auxilij, & fauoris veros & indubitatos cognoſcerent ſe eſſe debitores.

Mutuâ vero & charitatiuâ huiuſmodi completâ collatione, aliiſque rebus neceſſariis debite prædiſpoſitis, *Dominus Florentius*, & alij patres, & fratres ibidem pręſentes, in amplexus fratrum noſtrorum proruentes, gratiæ Dei illos commiſerunt, eiſque proſpera imprecantes, vt creſcerent *in mille millia*, & ſemen eorum plurima monacho-

Alludit ad Gverbaenes. 24. v. 60.

nachorum cœnobia & regna cœleſtia animabus ſanctis adimpleret, & portas inimicorum hoc modo poſſideret, in ſua propria redierunt. Fratres ergo noſtri præfati omnibus & ſingulis præmiſſis formaliter exequendis, ac debitè executioni mandandis ſtrenuè inuigilare & infatigabiliter inſudare die ac nocte non ceſſauerunt.

CAPVT XVI.

De priuilegiis per Epiſcopum Traiectenſem *fratribus noſtris conceßis, & de electione fratris* Werneri in primum Priorem *in* Windeſem.

FRatribus noſtris primitiuis huiuſmodi regulari inſtitutioni quotidie viriliter inſiſtentibus, pius pater Dominus *Florentius* rector præfatus, monaſterium noſtrum adhuc tunc tenerum & nouellum auctoritate ordinariâ corroborari deſiderans & plene confirmari, de conſilio fratrum noſtrorum, quibuſdam ex ipſis coaſſumptis, Reuerendum in Chriſto patrem Dominum *Florentium*, Traiectenſem Epiſcopum iam tertiò adire tentauit, confirmationem monaſterij in VV*indeſem*, & omnium præmiſſorum in eo opere iam factorum cum clauſulis oportunis, humiliter & inſtanter poſtulando. Qui eorum iuſtis huiuſmodi petitionibus pie inclinatus, de conſilio prælatorum ſuorum, & aliorum virorum diſcretorum benignum ſuum præbuit aſſenſum, ipſam monaſterij in *VVindeſem* fundationem, eccleſiæ conſecrationem, collegij regularium Canonico- *Confirmatio fundationis monaſterij in VVindeſem à Florentio Epiſcopo.*

zed by Google

noſſicorum inſtitutionem, ac monaſterij dotationem gratas ac ratas habens, auctoritate ſuâ ordinariâ in Dei nomine confirmauit, decernens locum ipſum eccleſiaſticâ libertate & immunitate gaudere, ipſumque locum cum omnibus perſonis inibi ſub Ordine regulari diuino cultui mancipatis & mancipandis, cum eorum familiaribus & bonis omnibus habitis, & habendis, ſub ſua ſpeciali & Traiectenſis ſedis protectione perpetuo ſuſcepit.

Immunitas & libertas Eccleſiæ VVindeſemenſis.

Inſuper plenariam eis conceſſit facultatem laudabiles & rationabiles, iurique conſonas conſtitutiones condere, ordinare, conſtituere, & ſcripto mandare, loco, tempori, & perſonis ſecundum Deum, & rectæ rationis iudicium conuenientes pro dicti Ordinis, & religionis regulari diſciplina debite conſeruanda, vt fratres præſentes & futuri, religioſius inibi vnanimiter & concorditer ſecundum ſuam regulam Domino valeant famulari. Certas etiam in litera ſua deſuper data conſtitutiones iuxta patrum deſideria exprimere curauit. Primo quod prælatus in *VVindeſem* Prioris nomine debeat appellari, & eius electio canonica libera conuentui ſemper remanet, cuius confirmatio, quia nondum generale Capitulũ habuerunt, ad Epiſcopum Traiectenſem pertineret. Item quod Prior omnem poteſtatem & auctoritatem in ſuos haberet ſubditos qualem alij eiuſdẽ Ordinis prælati habere cognoſcuntur, & quod de conſilio fratrum ſuorum Supriorem poſſet conſtituere, qui in eius abſentia plenã ſuam haberet poteſtatem, & omni anno eligerent procuratorem aut nouum, aut eundem, ſi vtilis ad id fuerit, qui in in hebdomada poſt

Conſtitutionũ mutandarum pro tempore & loco poteſtas libera.

Prior in VVindeſem.

A quo confirmatur.

Poteſtas eius & auctoritas.

Conſtitutiones variæ.

poſt octauas paſchæ computationem faceret fidelem, & eandem redderet computationem de receptis & expoſitis, cuius officium ſolum per vnum annum duraret. Computatione factâ ſiue Prior pręſens fuerit, ſiue non, dum habuerint ſuppriorem, ſemper de nouo eligent procuratorem, ſiue eundem, ſiue alium.

Exemptio.

Item quod ſynodos viſitare non teneantur niſi ex nomine ſpecialiter vocati, & quod coram nullo iudice à nemine impetantur, nec coram ſuo diœceſano, aut coram venerabili Traiectenſi Capitulo.

Sepultura libera.

Item quod fratres & perſonæ quæ diem ibidem clauſerunt extremum, liberam habeant in VV*indeſem* ſepulturam, iure parochiali in præmiſſis ſemper ſaluo. Item plenam dedit Priori auctoritatem per ſe, vel ſuos ſubditos, eccleſiæ ſacramenta fratribus & familiaribus, & continuis commenſalibus vtriuſque ſexus miniſtrandi, quotiens oportunum fuerit. Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo, octogeſimo ſeptimo, die tertiâ decimâ menſis Decembris.

Poteſtas adminiſtrandi ſuis eccleſiæ ſacramenta per ſe vel ſuos.

1387.

Diſciplinæ ſtrictiori inſiſtunt.

Hac ergo fulti auctoritate fratres noſtri, omni ſcrupulo conſcientiæ remoto prænarratas conſtitutiones regulę ſuæ additas, maiori deinceps diligentia obſeruauerunt, & non ſolum ad præmiſſa, ſed etiam ad arctiora Ordinis noſtri inſtituta non coacti, ſed ſponte, & bonâ ſuâ voluntate ſemper ſe anhelare, opere & ſermone, aliiſque documentis ſucceſſiue demonſtrauerunt.

1388.

Anno deinde Domini milleſimo trecenteſimo octogeſimo octauo, poſt feſtum ſancti

Galli confeſſoris fratres noſtri in vnum auctoritate ordinariâ congregati de conſilio Domini *Florentij*, & aliorum patrum deuotorum ſolemnitatibus ad id conſuetis prehabitis vnanimiter & concorditer elegerunt in *VVindeſem* Priorem fratrem *VVernerum Keynkamp de Lochem* presbyterum vnum ex ipſis, virum bonum & diſcretum, vita, ſcientia, & ętate, quantum humana permittit fragilitas, ſatis idoneum; quem licet plurimum renitentem, eo quod eſſet ſcrupuloſus, ad cõſilium tamen Domini *Florentij* tandem conſentientem, ad Dominum *Traiectenſem* pro ſuâ confirmatione tranſmiſerunt. Epiſcopus ergo *Traiectenſis* Dominus *Florentius* decretum electionis examinans, ipſumque Canonicè electum conſiderans, ordine iuris ſeruato, proclamationibus conſuetis diligenter factis & productis, cum neminem reperiret opponentem ſeu contradicentem, dictum *patrem VVernerum* in Priorem monaſterij noſtri in *VVindeſem* auctoritate ordinariâ confirmauit, & dictum monaſterium, omnes fratres eius, laicos, familiares, & inhabitantes eidem in animam ſuam commiſit regendos, manuali obedientiâ primum ſibi, vt aſſolet, debitâ & conſuetâ repromiſſâ. Confirmatione huiuſmodi literatorij acceptâ cum gaudio reuerſus, ſtatim à patribus in ſedem ſuam fuit inthronizatus, ſingulorum obedientiâ in domo Capituli viuæ vocis oraculo continuò ſuſceptâ. Quo facto idem Prior & conuentus, fratrem *Henricum VVilde* virum probum & zeloſum primo feruore tunc ardentem in primum in *VVindeſem* ſuppriorem pariter elegerunt. Sicque diem illum totum in gaudio peragentes ob prouectum

VVernerus Keynkamp primus in VVindeſem Prior eligitur.

Confirmatio ab Ordinario.

Henricus VVilde Supprior.

ctum monaſterij manifeſtum in Spiritu ſancto duxerunt feſtiuum.

CAPVT XVII.

Quomodo feruor diſciplinæ & bona temporalia ſub VVernero Priore *creuerunt, & de inueſtitione & profeſſione* Ioannis Hueſden & Henrici Balueren.

VEnerabilis pater *VVernerus* Prior factus in *Windeſem* creditum ſibi monaſterium in omni pace & diſciplina fideliſſimè gubernauit, primumque fundamẽtum totius religionis, paupertatem videlicet, continentiam, humilitatem & ſimplicem obedientiam iam pridem ibidem inchoatas ſummo ſtudio conſeruauit. Omnem enim mortificatæ vitæ, & ſanctæ conuerſationis diſciplinã quam in domo Domini *Florentij*, & fratrũ ſuorum viderat & exercuerat, ipſe nõ minimè, ſed multum augere, & quotidie in eis proficere laborabat. Exercitia quippe exteriora & interiora, humiliationes, fraternas correptiones, ſummam ſenſuum ſuorum cuſtodiam, mores humiles, internas deuotiones, & iaculatorias orationes ſuo tempore in *VVindeſem* conſeruare totis viribus ſatagebat, vt in domo Domini *Florentij* hæc ipſa didicerat; immo quia altiorem in eccleſia militante gradum conſcenderant, fortiora etiam virtutum exercitia intus & extra, diuinâ fauente gratiâ, continuò ſuperaddere fratres curabant.

Omnes religioſos & patres ac fratres omnium

deuotarum congregationum in vera charitate benignè ſuſcipere, & eis ſicut propriis ſuis fratribus, ſecundum monaſterij facultatem large ſolebat prouidere, frequenter fratrum memoriæ id recommendauit, vt nunquam obliuiſcerentur quod de illis exiſſent, & ſine ipſis non fuiſſent, qui etiam propria monaſterij noſtri in *VVindeſem* fundamenta iecisſent, ideoque cor vnum & animam vnam in Deo in æuum cum ipſis retinere deberent.

Henricus Vos de Hueſden. Henricus Balueren.

Anno autem primo inueſtitionis fratrum nondum finito, duo deuoti clerici *Ioannes Vos de* H*ueſden*, & H*enricus Balueren* de prope Dauentriam *Magiſtri Gerardi Magni* diſcipuli, à venerabili patre Domino *Florentio Radevvini* miſſi ſunt in *VVindeſem*, deſiderio feruenti ad Ordinem noſtrum aſpirantes. Qui bona conuerſatione, & charis moribus fratribus noſtris optime complacentes non longo pòſt tempore ad Ordinem ſunt admiſſi. Venerabilis enim pater *Henricus de* H*uxaria*, *primus rector in VVindeſem* ad nouitiatus habitum ipſos ſuſcipiens in die beatæ *Mariæ Magdalenæ* proximè tunc ſequenti, de voluntate tunc conuentus eos inueſtiuit, quos deinde frater W*ernerus primus in VVindeſem* Prior ad profeſſionem ſuſcepit. Quibus dedit in mandatis vt ſicut ipſi in primo, ita iſti nunc ſequenti loco, ad hoc in VV*indeſem* ſunt ſuſcepti, vt mandatorum *Magiſtri Gerardi Magni*, & aliorum patrum præcedentium, de charitate communi cum cunctis deuotis iugiter ſeruanda, eorumque mutua & fideli aſſiſtentia numquam obliuiſcerentur, ſi ſaluti animæ ſuæ cuperent prouidere, quod vſque in finem vitæ ſuæ fideliſſime

ſerua-

ſeruauerunt.

Quamuis autem deuotus iſte pater *VVernerus* animarũ profectibus & ſpiritualibus fratrum ſuorum exercitiis continuò inuigilaret, temporalem tamen monaſterij noſtri profectum agere ſuo tempore non neglexit. Ædificia eum quæ patris *Henrici de Huxaria* temporibus nondum fuerant conſummata, ipſe quantocius perficere ſatagebat; fratribuſque & laicis iuxta monaſterij facultatem ſingulis neceſſaria libenter miniſtrauit.

Cum monaſterium noſtrum molendinum pro frumentis conterendis non haberet, nouum molendinum ædificare tentabat. Quod audiens Dominus dictus de VV*oerſt* plurimum reſtitit, dicens ventum in *zallandia* ad ſe pertinere, & neminem ſine eius cōſenſu & voluntate ibidem molendinum debere conſtruere, vnde factum eſt vt res iſta ad *Traiectenſem Epiſcopum Dominum Florentium* deferretur. Qui vt hoc audiuit, vehementer indignatus reſpondit, neminem viuentium in vento illo dominationis noſtræ ius aliquod competere nouimus, niſi nobis duntaxat & eccleſiæ noſtræ *Traiectenſi*. Adſtatim ergo largam dedit licentiam in VV*indeſem* Conuentui pro ſe & ſuis ſucceſſoribus in litera patenti ſigillata. bonum molendinum in loco ſibi conuenienti licite ædificandi, & abſque alicuius contradictione eo libere vtendi, & perpetuo poſſidendi, ſub anno gratiæ milleſimo trecenteſimo nonageſimo primo, de nono menſis Octobris. 1391.

Hac ergo fulti auctoritate, molendinum nouum in loco vbi nunc conſiſtit de bonis *Sophiæ* *Molendinum conſtituitur.*

E 5 Herikens

Digitized by Google

Herikens continuo conſtruxerunt, terræ illius petiam à *Rodolpho Rutenberch* certâ pecuniâ ad hoc comparantes; ſub certis pactis & conditionibus, videlicet quod ad viginti à molendino virgas domos aut arbores erigere ſeu plantare non deberent, nec ipſe, nec ſui hæredes, aut agrorum illorum poſſeſſores.

Goſvvini Tyacen donatio.

Diſcretus etiam & prudens ciuis Zvvollenſis *Goſvvinus Tyacen* octo iugera terræ cum dimidio dedit monaſterio ſimpliciter & purè propter Deum in animæ ſuæ, & progenitorum ſuorum ſalutem, hæreditario iure à parentibus ad ſe deuoluta, realiter & legaliter reſignans ea coram notario & teſtibus, cum ſtramine de terra ſuſcepto & priori tributo legitime abrenuntiando, præſentibus in *VVindeſem* viris diſcretis Domino *Ioanne VVael in Zvvollis Priore*, magiſtro *Florentio Radevvini*, *Henrico Vapponis de Gouda* presbyteris, & *Arnoldo Biſcop* laico, teſtibus ad præmiſſa rogatis. Plura etiam alia bona in *Herdenberghe* cum agris, hortis, paſcuis, aquis, viminibus, viis & aliis prouentibus, ſuis temporibus monaſterio noſtro ſunt donata.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XVII.

Quod patre VVernero *prioratum reſignante frater* Ioannes Vos de Hueſden *in loco eius fuit electus, & in Priorem confirmatus.*

POſtquam igitur Deo & hominibus dilectus pater VV*ernerus*, vir bonus, humilis, prudēs, feruidus,& deuotus ac valde ſcrupuloſus monaſterium noſtrum in VV*indeſem* in vera humilitate,morum probitate, veſtimentorum ſimplicitate, & omnium vtenſilium ac ædificiorum ſuorum abiectâ curioſitate per annos tres & paulo plus, laudabiliter & ſtrenuè rexiſſet, certis de cauſis ad id ipſum mouentibus,maxime propter ſuam ſcrupuloſitatem, multâ cum inſtantia,Dominum F*lorentium* rectorem clericorum in Dauentria, & fratres domus ſuæ rogauit ab huiuſmodi prioratus onere humiliter ſupportari, præſertim cum præ oculis viderent fratrem, cuius laus à *Magiſtro Gerardo Magno* prophetiæ ſpiritu pleno, tanto laudata eſt præconio, cuius vita & conuerſatio, prudentia & magnanimitas, profundâ licet humilitate & verecundiâ adumbratæ per omnia correſpondent. Dominus igitur *Florentius*, & *conuentus in* VV*indeſem* in eius reſignationem tandem conſenſerunt. Cunctis igitur qui intereſſe debuerant in domum Capituli conuocatis,officium prioratus, libere, ſponte, bonâ & bene deliberatâ voluntate in manus ſui conuentus reſignauit. Eo autem,& longo poſt

D.VVernerus reſignat prioratum.

go poſt tempore Dominus *Florentius*, & alij presbyteri domus ſuæ, à nullis tractatibus communibus aut priuatis fratrum noſtrorum in *Windeſem* excludi conſueuerunt, ſed ad omnia eorum conſilia & monaſterij negotia, tanquam in propriis ſuis domibus libenter ſunt ſuſcepti. Communi vero omnium decreto certus deinde dies eſt conſtitutus, quo ad noui Prioris electionem eſſent proceſſuri.

1391. Anno igitur Domini milleſimo treceenteſimo, nonageſimo primo, circa feſtum ſancti *Andreæ Apoſtoli*, fratres noſtri in *VVindeſem* numerum adimplentes poſt Miſſarum ſolemnia in domo Capituli congregati, per viam ſcrutinij vnanimiter & concorditer elegerunt in Priorem monaſterij noſtri in *VVindeſem* fratrem *Ioannem de Hueſden*, moribus probum & modeſtum, ſumme verecundum, vitâ, ætate, & ſcientiâ ſatis idoneum. Quo audito factum eſt gaudium magnum in cordibus omnium deuotorum, laudantium Deum & dicentium: Benedictus Deus qui talem per hunc *Almanicum* orbem vtriuſque ſexus deuotariis in *Windeſem* prouidit Priorem, per quem moderna deuotio, primi noſtri feruoris incrementum non paruum ſuſcipere, & omnes deuoti conſilium, auxilium & præſidium indubitanter conſequi præſumuntur. Solus ipſe humilis frater *Ioannes de* Hueſden hæc audiens in lachrymas reſolutus, inutilem, inſcium & inſufficiẽtem ad huiuſmodi Prioratus officium ſe proclamans, totoque onere humeris ſuis importabili ſenimis grauari quæritans, omni qua potuit inſtantia, ab huiuſmodi pondere regiminis ſe petiit exonerari, ſicut totus erat natura verecundus, & humilis

Ioannes de Hueſden eligitur in Priorem.

humilis corde. Quem patres omnes & fratres noſtri charitiuis ſermonibus & verbis multum conſolatoriis confortare ſatagebant, à Deo dicẽtes huiuſmodi exiſſe ſermonem vnanimi omnium voce in electione expreſſum, cui non obedire voluntati Dei videretur reſiſtere. Dominus *Florentius* mœſtum eius animum mœroreque confectum in Domino confortans, ait: Pręſens negotium pro Dei honore & animarum ſalute duntaxat agitur, & ideo manus apponeret, & Deum mirabilia operantem ſuo in tempore ipſe gaudens aſpiceret, ac nullatenus impediret. Patrum tandẽ & fratrum ſuorũ informationibus & precibus deuictus diuinæ voluntati ſe ſubiecit, electioni de ſe factæ conſentiens, & fratrum ſuorum deuotis orationibus humiliter ſe cõmittens. *Infr. c. 39.* De quo *Ioannes de Remmen* cæcus quidem corpore, ſed non mente; primus in mõte ſanctæ Agnetis clericorum & laicorum inſtitutor & rector ait, *Teſtimonium de Ioanne Hueſden.*

" Illi de *VVindeſem* optime fecerunt, quod virum
" illum prudentem & bonum, iuuenem licet ætate, moribus tamen & animo cauum, ſibi in Prio-
" rem elegerunt, vberiores exinde animarum fru-
" ctus prænoſticans eſſe profuturos.

Cumque ad aures Domini *Florentij* Epiſcopi Traiectenſis huiuſmodi rumor de electione noui Prioris in *VVindeſem* peruenisſet, indignè tulit, dicens, Priorem à ſe iam dudum confirmatũm in officio dignitatis ſuę debere permanſiſſe, niſi in certis caſibus iure expreſſis conuictus fuiſſet exceſſiſſe, in quibus patrem *VVernerum* minime accuſatum merito arbitratus, nec ipſum reſignare debuiſſe, nec alium in eius locum electum fuiſſe iure proclamauit.

Quibus

Quibus cognitis, fratres noſtri offenſum eum preſumentes, quoſdam de ſuis amicis viros nobiles ad ipſum direxerunt, qui perutiles & neceſſarias *Epiſcopo* redderent rationes, quod ſæpe non ſolum in tribus caſibus iure expreſſis, verumetiam pluribus aliis caſibus ſimplices monaſteriorum prælatos in temporalibus & ſpiritualibus minus expertos, ſeu ſenio feſſos, & his ſimilibus ad dictamen conuentus, & patrum conuocatorum, ab huiuſmodi officio poſſe, immò debere abſolui & deponi, ne poteſtate ſibi traditâ abutentes, in elationem animi & contumaciam erecti, diſciplinâ clauſtrali exemptos ſe putantes, monaſteria ſibi commiſſa à tramite regulari ad Ordinis diſſolutionem, votorum tranſgreſſionem, & fratrum diſcordiam per ſuam negligentiam, omnium bonorum nouercam, exemplo ſuo declinare permittant in animarum ſuarum grande periculum, & monaſterij totius damnum exitiale.

Huiuſmodi ergo veris informationibus Dominus *Florentius Epiſcopus* bene informatus mutauit ſententiam, & primi in *Windeſem* reſignationem, ac ſubſequentis de nouo ratificans electionem, iuri & rationi ea eſſe conſona ac rebus præſentibus oportuna, verbis ſuis & ſcriptis publicè declarauit. Vnde factum eſt vt Dominus *Florentius* Rector, & fratres noſtri, fratrem *Ioannem Vos de Hueſden* nouiter electum Priorem vnà cum fratre *VVernero* prædeceſſore ſuo & Domino *Henrico de Gouda Zvvollis Beginarum* confeſſore, magnæ ſanctitatis & deuotionis viro ad Dominum Traiectenſem in caſtro ſuo *Volleṇhoe* pro tunc reſidentem, in carpento tranſmitte-

Henricus de Gouda Zvvollis Beginarum Confeſſor.
Vollenhoe caſtrum.

mitterent, conſenſum ſuum ſuper eius confirmatione humiliter deprecantes, ſimulque electionis ſuæ decretum eâ quâ decuit, reuerentiá eidem præſentantes. Viſo autem electionis ſuę decreto, eoque diligenter examinato, repperit omnia circa electionem præmiſſa rite & legitime fuiſſe peracta. Cumque in proclamationis terminis ab ipſo conſtitutis nullus veniret contradictor, attenta perſonæ electæ idoneitate, ipſum in Priorem in VV*indeſem* auctoritate ſua confirmauit, omnem in temporalibus & ſpiritualibus rebus, ac perſonis monaſterij curam ſibi committens & animam ſuam ſibi recommendans, vt moris eſt prælatis. Ad monaſterium poſthæc reuerſi; dictus pater *Ioannes Hueſden* cum gaudio eſt ſuſceptus, & in ſedem ſuam inthronizatus. *Confirmatur ab Epiſcopo Traiectenſi.*

Prioris igitur functus officio talem ſe exhibuit, vt ab omnibus amaretur, vt fratribus ſuis, & cunctis aduentantibus exemplar eſſet ſanctitatis, & forma viuendi, famaque bonitatis eius vbique diffunderetur, & plures viri, clerici, & laici deuoti propter animarum ſuarum ſalutem, in multo ſępe numero in VV*indeſem* aduolarent.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XIX.

De ſanctâ conuerſatione ſua in Prioratu, & etiam fratrum in Windeſem.

PRior ergo factus in *Windeſem*, vt ſedium patrum ſuorum dignus haberetur, regiam viam monaſticæ inſtitutionis & obſeruantiæ regularis in ſeipſo, & ſibi ſubiectis per omne tempus vitę ſuæ apprimè cuſtodiuit. Denique fratribus dilectis & cunctis religioſis ac deuotis vtriuſque ſexus perſonis, per noſtrum orbem Almanicum ſeipſum veræ religionis & ſanctitatis imitabile, viuum & formalę præbuit exemplum, quia prioratus indeptus officium tanta illud bonorum morum & virtutum perfectione decorauit, vt alterum nobis *Bernardum*, alterumque M*alachiam beatum* ſanctis ſuis moribus repræſentare videretur. Nam ſicut beatus *Bernardus Malachiam* Hyberni*enſem Epiſcopum*, & Dominus Godefridus quartus *abbas Clarauallenſis* ipſum beatum *Bernardum* commendat *abbatem*; primum & maximum omnium, quod *Ioannes* noſter nobis exhibuit, ipſe fuit. Qui ſincera animi ſui deuotione, nobilium morum maturitate & ſua ſancta conuerſatione verum illuſtrium patrum pręfatorum ſe fuiſſe diſcipulum, & ſanctitatis imitatorem nobis eius vitam cernentibus præclarè demonſtrauit. Cuncta enim moralia quæ de prædictis patribus ex libris ſanctis ſenſibus noſtris haurire potuimus, hæc in patre noſtro

Ioannis inculpata vita & virtutibus egregiis ornata.

ſtro deuoto fratre *Ioanne de Hueſden* apertè refulgere oculatâ fide perſpeximus. Nullum quippe corporis ſui membrum ſine certa rationis neceſſitate ſeu euidenti vtilitate vnquam mouere videbatur. Tanta interioris hominis eius erat pulchritudo, vt etiam euidentibus quibuſdam indiciis interdum foras erumperet, & abundantiâ gratię & puritatis internæ homo ſuus exterior copioſè perfuſus videretur.

Moribus erat modeſtus, inceſſu diſciplinatus, verbis circumſpectus & opere timoratus, prouidus in conſiliis, & efficax in negotiis, inter honores & opprobria humilis & verecundus: humilitatem in cunctis pręferés, redolens pietatem, exhibens gratiam, exigens reuerentiam, aſpectu & auditu ædificans intuentes, plenus ſapientiâ & gratiâ coram Deo & hominibus. *Indoles virtutum eius.*

Hic talis ac tantus pater noſter nouellam hanc nuper inchoatæ deuotionis plantationem diuinam à Deo ſibi creditam, inter huius mundi & humani generis inimici crebras ac procelloſas tempeſtates, in omni charitate, pace, & religione, ſtrennuè, vtiliter, ac piè gubernauit, breuique tempore in tantum profecit, vt cuncta monaſterij in *VVindeſem* retrohabita regularis obſeruantia, licet competens fuerit & feruida, vſque ad hæc tamen primi regiminis ſui tempora valde permodica, & niſi veræ reformationis initia & ſcintillæ ipſius fuiſſe à nonnullis viris religioſis putarentur. Tanta charitas, tantus feruor, tanta diſciplina, tantáque deuotio tunc erat in VV*indeſem* vt *Feruor religionis in VVindeſem.*

etiam feruentiſſimos domus Domini *Florentij in Dauentria* patres & fratres olim, magiſtros & pedagogos ſuos, religioſiſſimâ ſuâ conuerſatione, & vitâ ſanctiſſimâ non parum antecedere viderentur. Deuotis enim exercitiis interioris feruoris & exterioris exercitationis in domo Domini *Florentij* prægustatis, plurima virtutum inſignia, & ſanctę religionis incrementa diebus ſingulis ſuperaddere ſollicitè curauerunt. Et quamuis pauci adhuc numero in religione haberentur, non paruum tamen ſanctæ religionis fructum in ipſo primordialis inchoationis ſuo tempore noſcuntur perfeciſſe.

Octo animæ in VVindeſem quid præſtiterint.

Octo enim iſti fratres noſtri primitiui, octo ſunt illæ animę quæ pro totius monaſticæ inſtitutionis & regularis obſeruantiæ huius occeani orbis, à tramite veræ religionis prolapſæ, congrua reparatione, & debita in ſtatum priſtinum reſtitutione, manu dexterâ Dei obſtetricante, in arcam monaſterij noſtri in VV*indeſem* primò introierunt, per quos deinceps omnis regularis obſeruantiæ diſciplina, omniſque temporum horum morum bonorum emendatio, & ſpiritualis ſtructura in monaſteriis Ordinis noſtri, diuerſarumque religionum primum & fontale reformationis ſuæ ſumpſerunt exordium.

D. Florentius ſpiritualis Monaſterij VVindeſemenſis promotor.

Feruens autem & omnium deuotorum tunc pater Dominus *Florentius* cum ſuis in Dauentria fratribus ſpiritualem monaſterij noſtri profectum maximè ſitiens promouere, plures diuerſarum religionum clericos & laicos *Dauentriæ* frequentantes & commanentes ad ſe trahere ſatagebat, atque ad religionis ingreſſum aſpirantes, continuis exhortationibus animare, quos apud

ſe

ſe primùm prætentatos, & veris virtutum initijs ac deuotis exercitiis bene qualificatos & compoſitos, cum literis tandem teſtimonialibus miſit in VV*indeſem*: ſancti eorum propoſiti, bonæ voluntatis, & vitę probitatis fidem indubiam facientes.

Nullus enim à fundatione monaſterij noſtri per ſedecim, & eo amplius annos ad canonicorum religionem ſuſceptus eſt in VV*indeſem*, qui non primò apud patres iſtos deuotos exercitatus fuerat & probatus, ac fidelis inuentus: duobus è *Traiecto* adoleſcentibus H*enrico VValuis* & *VVilhelmo Vornken* demptis duntaxat & exceptis.

Nunc ergo de patribus & fratribus monaſterij noſtri in *VVindeſem* poſt iſtos octo primos, notabilibus domus noſtrę, & Capituli columnis conſequenter videamus.

CAPVT XX.

De ſedecim clericis ad Ordinem in Windeſem ſuſceptis, & de ſtatutorum congruentia.

ANno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſecundo, ac deinceps ſub patre 1392.
deuoto fratre *Ioanne de* H*ueſden* plures bonæ voluntatis clerici & laici diuinitus inſpirati, celebri fama ſanctę conuerſationis, & angelicæ vitæ fratrum noſtrorum in VV*indeſem* vndique attracti, per contemptum mundanorum & pœnitentiam peccatorum, ob ſpem ſalutis animæ, patriæque cœleſtis amorem, ac per ingreſſum ſanctæ religionis, & ſancti habitus ſuſceptionem, Deo crea-

tori ſuo cunctis diebus vitæ ſuę fideliter deſeruire cupientes, à Domino *Florentio* iam præfato per certa temporum interualla, annorúmque curricula pro ſancta religione noſtra attētanda miſſi ſunt in *VVindeſem*.

Quorum primi omnium, poſt octo primitiuos, viri virtutum, omni laude proſequendi, & Monaſterij noſtri gloriâ inueſtiti ſunt in
1392. W*indeſem* anno ſupradicto frater *Arnoldus* K*alker* & *frater Ioannes Broethuſen* de Z*uzato*; deinde anno ſequenti frater *Gerardus Delſt* de *Naeltvvic* & frater G*oſvvinus Tyacen*: anno hinc ſequenti frater *Petrus de Gouda* & frater I*oannes Ottonis* ſiue H*enrici de zuzato*, & frater H*enricus* W*eſap*: poſt hos anno ſequenti frater H*enricus Mande de Dordraco* & frater *Reynerus de Arnhem*, deinde frater H*enricus VValuis* ; & *VVilhelmus Vornken*, ambo de *Traiecto*. poſt hos frater *Nicolaus Bertholdi de Sconouia*, artium magiſter Pariſienſis. Dehinc frater *Ioannes ten* W*ater* in artibus ſeu legibus magiſter Colonienſis, & frater *Gerlacus Petri de* Dauentria. Poſtremò frater H*enricus de Loder de prope* O*ſnaburgis*, & frater A*nſelmus de* B*reda*. Omnes iſti patres prænominati per venerabilem patrem I*oannem de Hueſden*, iuxta pręfatum Ordinem inueſtiti ſunt in *VVindeſem*, probationiſque ſuo tempore iam peracto, ſolemnem ei in facie eccleſiæ fecere profeſſionem, in hæc verba.

Forma profeſſionis in VVindeſem.

„ *Ego frater* N. *clericus promitto Deo auxiliante per-*
„ *petuam continentiam, carentiam proprij & obedientiam*
„ *tibi pater Prior, & ſucceſſoribus tuis canonicè inſtituen-*
„ *dis ſecundum regulam beati Auguſtini, & ſecundum*

conſti-

Digitized by Google

conſtitutiones iſtius loci iam conſtitutas, & poſteà conſti- „
tuendas. „

Sedecim viri iſti, magnâ virtutum perfectione differenter decorati, præfatis octo patribus noſtris primitiuis in vera charitate, cordium vnitate, habitus conformitate morum ęqualitate & zelo regularis obſeruantiæ per profeſſionis ſuæ vota, & nomina in Chriſti militia conſignata, in vnum colligati, calefacti & conglutinati viceſimum quartum myſticæ ſignificationis numerum per viginti quatuor ſeniores, in Apocalypſi deſignatum, factis, dictis & exemplis, ſcriptis ſuis approbatis expreſſè adimpleuerunt in ſemetipſis, quemadmodum in ſequentibus apertius declarabitur.

Plantatio Dei bona valde noſtræ nouæ inſtitutionis, quam pater noſter cæleſtis in W*indeſem* plantauerat, in numeroſam valde perſonarum & locorum in breui ſuccreuit multitudinem, quibus per media ſeniorum noſtrorum præfatorum duodenarium numerum adimplentium in prælatos, Priores, aut rectores diuerſorum Ordinis & Capituli noſtri monaſteriorum canonicè electi, aut à patribus inſtituti. Qui zelo iuſtitiæ & decoræ domus Dei, fraternæque charitatis amore ſuccenſi, omnem regularis vitæ diſciplinam, Ordinis rigorem, & inſtitutionis noſtræ perfectionem primùm in ſemetipſis agere & exercere, experimentalique cognitione ſtuduerunt adimplere, priuſquam aliis ea imponere, aut poſteris in ſcriptis præſumpſerunt relinquere. Non enim talia ediderunt inſtituta quæ nimis

eſſent grauia, ceteris importabilia, vtentium moribus non approbata, moderno tempori, patriæ, & imbecillitati naturæ nunc humanæ non conuenientia, ſed magis talia quæ propriis humeris impoſita, deuoteque ſuſcepta ipſi perſonaliter longo iam tempore die, noctúque hilariter & & ſuauiter indefeſſè portauerunt, & aliis fore portabilia opere & veritate demonſtrauerunt. Ex interna enim mentis ſententia, & propria experiētia diſcere potius & docere, quàm ex lectione curioſâ vel auditione obliuioſâ qualiacumque in medium proferre, producere, ac ſcribere maluerunt.

Statutorū in VVindeſem congruentia.

CAPVT XXI.

De laude monaſterij in Windeſem *propter ſolemnes patres ibidem enutritos, & longâ eorum in officijs ſuis duratione.*

Laus monaſterii in VVindeſem.

ACcedit ad laudem & magnificentiam nominis Dei, & præclari monaſterij noſtri in *VVindeſem*, quòd fundus ille meritò sāctus appellandus, in tam paruo numero, in tam breui tēporis ſpatio tot patres inſignes, regularis vitę inſtitutores diuerſorum nouorum monaſteriorum inceptores, & antiquorum cœnobiorum in diuerſis mundi climatibus reformatores, ex ſe producere, educare promeruit & promouere. Patres enim præfati vera eccleſiæ Dei, ordiniſque noſtri & Capituli fuere luminaria ante Deum, in Angelorum & hominum conſpectum ardentia & lucen-

lucentia, corda hominum Deum timentium exemplis & doctrinis intrinſecus ardentia, à mundi imitatoribus propter habitus ſimplicitatem, vitæ nouitatem & morum grauitatem in ſimilitudinem improperij, tanquam peripſema huius ſeculi, & prauorum purgamenta reputati, ſed tamen à religioſis & cunctis bonis hominibus plurimùm honorati, valde dilecti, omnique honore & reuerentiâ merito digni ſunt æſtimati. *1. Corinth. 4.*

Nec minorem eidem gloriam contulit & honorem, ipſumque in laude & ingenti authoritate vſque ad hæc noſtra tempora per annos pluſquam ſeptuaginta mirè conſeruauit, quòd pręlati & capita eius principaliora, Priores, videlicet, Suppriores, & Procuratores ſatis longo tempore in ſuis officijs permanſerunt: in bonis temporalibus, & etiam ſpiritualibus vtiliter & fideliter dicta officia adminiſtrantes. Denique patres illi venerabiles, frater *Ioannes de Hueſden*, triginta tribus annis Prioris, frater *Arnoldus Kalker* totidem penè annis Supprioris, & frater *Gerardus Delſt de Naeltvvic* etiam totidem penè annis procuratoris, ſimul functi officiis. in quibus dictum noſtrum monaſterium à pura pœna, paupertate & aliquali ſpiritualis vitæ inchoatione, in religionis ſanctæ ſtatum perfectum, & rerum temporalium, ſpiritualiumque bonorum bonas competentium aptaſque religioni noſtræ ſtructuras cum decenti numero religioſarum ſatis perſonarum, fratrum conuerſorum & laicorum laudabiliter &glorioſè prouexerunt, & in eſſe conſeruauerunt. *Superiorum in VV indeſem continuatio.*

Quibus decedentibus, & vniuerſæ terræ viam ſucceſſiuè ingreſſis animabus eorum, vt

Digitized by Google

firmiter credimus iam cælo receptis, alij tres viri virtutum in locum ipſorum ſurrexerunt, patres venerabiles, *F. VVilhelmus Vornken* primò in alijs Capituli noſtri monaſteriis pluſquam decem & octo, & in VV*indeſem* viginti nouem annis Prioris, frater I*acobus* VV*ael* viginti ſex annis Supprioris, & frater *Gerardus Goch* paulò minus viginti annis Procuratoris ſimul vnà pariter functi ſunt officijs. Qui per omnia eodem reformationis ſpiritu, ſimili zelo iuſtitiæ, eademque ſententia præfatorum patrum veſtigiis fideliter inhærentes, omnem Ordinis noſtri rigorem, & cuncta regularis vitæ inſtituta à patribus præcedentibus viſa & audita, ſeu in ſcriptis derelicta temporibus ſuis non tepeſcere, ſed in ſe, & in ſuis fratribus, ſibique ſubiectis vſque in hęc noſtra tempora indeclinabiliter & indeſeſſè ad vnguem conſeruare oculatâ fide perſpeximus.

VVilhelmus Vornken Prior III. in VVindeſem.

Duo igitur iſti Priores *Ioannes Vos* & *VVilhelmus Vornken* ſexaginta duos annos Prioris, & iſti duo Suppriores *Arnoldus* Kal*ker*, & *Iacobus VVael*, pluſquam quinquaginta octo annos Supprioris: iſti quoque duo Procuratores *Gerardus Delft* & *Gerardus Goch*, annos quinquaginta duos Procuratoris in VV*indeſem* functi ſunt officiis, ideoque noſtrum monaſterium in ſuo primo permanſit feruore, auctoritate & reuerentiâ præ cunctis aliis Capituli noſtri monaſteriis, vt palam datur cernere.

Quidam etiam minores officiales ſatis diu in ſuis officijs permanſerunt ad monaſterij noſtri gloriam. Nam frater noſter VV*ilhelmus Doesborch* pluſquam triginta tribus annis nūc fuit librarius; frater *Hermanus Xanctis* viginti tribus annis infirmarius,

firmarius, & frater *Nicolaus Luter* conuerſus pluſquã triginta tribus annis hoſpitularius. Sic factũ eſt ſimiliter de talibus aliis officiis quibuſdam.

A prima igitur monaſterii noſtri fundatione vſque in præſens, per annos pluſquam ſeptuaginta ſex, ſemper de propriis noſtris fratribus conuentualibus, non de alienis Capituli noſtri monaſteriis Priores habuimus, quod in nullo alio Capituli noſtri monaſterio vnquam comperimus. Id ergo continuando, non ſolum in noſtro, ſed etiam in cunctis aliis Capituli noſtri monaſteriis bonam obſeruantiam & regularem diſciplinam ineſſe conſeruabimus, quæ per alieni nobis paſtoris impoſitionem non minimè, & in nobis, & in ceteris Capituli noſtri cœnobijs periclitaretur & deficeret ſucceſſiuè.

Superiorum in officiis continuatio eſt obſeruantiæ regularis diſciplinæ conſeruatio.

Sex itaque patres iſti, patres principales cum noſtris ſenioribus dictum noſtrum in VV*indeſem* monaſterium à prima ſui fundatione vſque in præſens, in honore & gloria, in temporalium & ſpiritualium bonorum felici incremento & regularis vitæ diſciplina, ſagaci prouidentia ſollicitè ſeruauerunt, primuſque feruor deuotionis, charitas, humilitas, obedientia, patientia, veſtimentorum ſimplicitas, ſermonum maturitas, morum bonorum grauitas, animorum paupertas, cordiſque & corporis ſumma continentia, horum patrum temporibus ſana ſemper & inconuulſa plurimis in exemplum imitationis & ſanctitatis in eo permanſerunt.

CAPVT

CAPVT XXII.

De regula ſancti Auguſtini, quam nullus ſine certis ſtatutis debitè poterit obſeruare, & quot Ordines eam ſint profeſſi.

CErnens deuotus Dei famulus pater noſter *Ioannes de Hueſden* vnà cum fratribus noſtris prænominatis opus ſanctæ reformationis,& renouationis monaſteriorum Ordinis noſtri & perſonarum ſexus vtriuſque in manibus ſuis bene proſperari, & non modica per ſingulos dies profectus ſui ſuſcipere incremẽta, Domino Deo noſtro benedictionis ſuæ gratiam in eos diſtillante, cordáque plurimorum ad religionis ingreſſum miſericorditer commouente, terræque principibus, patriæque nobilibus, oppidanis & villanis pro nouis monaſterijs apud ſe fundandis, & in regulari obſeruantia per eos inſtituendis,frequenter ſe pulſantibus, cœperunt inter ſe ſæpè præmeditari,altius pręruminare,mutuiſque colloquijs profundè pertractare,qualem ſibi formam regularis inſtitutionis,qualéſque religioſi, Ordini, & deuotioni modernæ aptas vellent aſſumere conſtitutiones ſibi, ſuiſque fratribus & ſucceſſoribus ſalubres & portabiles.

Tria Regulæ S. Auguſtini ſubſtantialia.

Longâ proinde ac maturâ præhabitâ ſuper his deliberatione textum regulæ almi patris noſtri *Auguſtini* in manibus habentes, ipſámque diligenter inueſtigantes, tria animaduerterunt in ea Ordinis ſubſtãtialia; *paupertatem, caſtitatem* & *obedientiam*:

Digitized by Google

dientiam:Dei quoque charitatem & proximi, maximè commendata, & penè ſola obſeruari mandata, quæ omnium ordinum & religionum primordialia ſunt inſtituta & vera fundamenta, ſine quibus debitè ſeruatis, nullis religioſis qualemcunque regulam profeſſis neque hîc, neque in futuro ſalus vnquam poterit eſſe animarum. Horum trium ſubſtantialium notorij prȩuaricatores, regulæ ſunt ſuȩ tranſgreſſores, & ita perſeuerantes, non in ſtatu gratiȩ, ſed in ſtatu damnationis æternæ viuere iudicantur, & ex hac vita ſic decedentes, non in cœmeterio, ſed in ſterquilinio, ſecundum eccleſiæ determinationem, extra ſunt ſubtrahendi, qui videlicet in morte & peculio ſunt inuenti, nec pro eis oblatio fiat in ſignum perditionis animarum ſuarum: vt in Capitulo, *Cùm ad monaſterium*, extra libro tertio decretalium, manifeſtè declaratur. Qui ab altaris communione hoc modo remouetur, à Chriſti fidelium communione etiam ſeparatur per excommunicationem quam incurrit; & etiam à communione regni cæleſtis. Aduertamus delicti magnitudinem ex pœnæ magnitudine, quia non eſt hæc pœna panis & aquæ, cibi corporalis, ſed eſt priuatio panis vitæ & gloriæ cibi ſpiritualis. Nec dicitur pœnam incurriſſe purgatorij, pro qua fieri ſolet oblatio, ſed pœnam gehennalis incendij, pro qua non fit ſatisfactio.

Nec æſtimet abbas ſeu prȩlatus quòd cum aliquo monacho ſuper proprietate habenda poſſit diſpenſare, quia paupertas eſt annexa regulæ, ſicut caſtitas, vt contra eam nec ſummus Pontifex poſſit licentiam indulgere; quia caſtitas, & abdica-

Pontifex non poteſt diſpenſare in tribus votis ſubſtantialibus.

abdicatio proprietatis, & voluntatis fundamentum ſunt, & ſubſtantialia religionis, & eſt mandatum Eccleſiæ, & non ſolius Papæ, vt patet extra, de ſtatū monachorum, & canonicorum regularium. Proprietarius decedens inter fratres non accipiat ſepulturam, quia anima eius in inferno inter diabolos accepit ſepulturam.

Redeamus nunc ad propoſitum: cùm plurimi religioſi Ordinum diuerſorum ſolemnem faciāt profeſſionem ſecundum regulam beati Auguſtini, ſola tamen ſtatutorum diuerſitas differentiam facit Ordinum ſingulorum, ſtatum, habitum, mores, ritus & cæremonialia huiuſmodi Ordinum ſingulorum ſpecialiter exprimentium. Denique nulla religio, nullaque cuiuſcunque Ordinis & conuentus perſona regulam beati Auguſtini ad plenum poterit obſeruare ſine certis conſtitutionibus, loca & tempora orandi, vigilandi, dormiendi, reficiendi, tacendi, loquendi, actus & officia cunctorum officialium ſingillatim exprimentibus.

Statutorum diuerſitas facit Ordinis differentiam.

Regula S. Auguſtini ſine conſtitutionibus ad plenum obſeruari non poteſt.

Duodecim autem Ordinum diuerſorum religioſos in diuerſis mundi partibus vidimus ſecundum regulam beati Auguſtini expreſſè profeſſos, *habitu tamen, moribus, cæremonialibus, & ſtatutis* apertè diſtinctos, *Canonicos videlicet regulares, Præmonſtratenſes, Auguſtinienſes, Ioannitas, Dominos Tentonicos, Prædicatores, Cruciferos, ſeruos Mariæ ſiue ſpectantes, beatæ Mariæ Magdalenæ de pœnitentia,* Ambroſianos, Hieronymitas, & fratres ſororeſque Ordinis ſanctæ Brigittæ, qui non immerito plurimum in Domino gloriantur, quod ſub tali patre, talique Eccleſiæ ſanctæ Doctore beato Auguſtino Ipponenſi Epiſcopo Deo creatori ſuo militare merue-

Diuerſi Ordines ſub Regula S. Auguſtini militantes.

Digitized by Google

meruerunt. Per hanc enim diuerſorum Ordinum mirabilem, notabilemque differentiam, magnum, admirabilemque eccleſiæ Dei ornatum, & *regina à dextris Dei aſſiſtentis* mirificam pulchritudinis varietatem ſubtiliter expreſſam conſideramus. Et licet duodecim tantum Ordinis regulæ beati Auguſtini profeſſores legimus & audiuimus, quos quia oculatâ fide non perſpeximus, hic interſerere ſuperſedemus. *Pſalm.44.*

CAPVT XXIII.

De veſte linea per Ephod deſignata, quæ habitus eſt Canonicorum regularium, & de eiuſdem habitus excellentia.

Habitus Canonicorum Regularium.

HAbitus Canonicorum regularium eſt veſtis linea, ſiue toga linea, quam Romani roketum Romanum, Germani ſubtile, ſarracium, ſiue ſcorlicium appellant; Habitus iſte in diuerſis mundi climatibus diuerſimodè formatúr; quidam enim roketum Romanum ſine ſubtile deferunt, in lateribus integrum vſque ad calceos penè porrectum, cum manicis integris vſque ad manus, ſiue ad cubitum extenſis. Alij hanc lineam veſtem portant in forma longi latique ſcapularis ſine manicis in lateribus apertam, aut circa tibias ad latitudinem palmæ manus,

Digitized by Google

manus, more Carthuſiẽſium conſutam, aliquando cum rugis, aliquando ſine rugis & plicis, quã ſarracium vocant. Tertij hanc lineam veſtem deferunt in forma parui & breuis ſcapularis de collo dependentis quam ſcorlitium nuncupant.

Quamuis autem habitus iſte in diuerſis mundi prouinciis in Ordine noſtro diuerſimodè formetur, vnus tamen eſt tantùm Ordo Canonicorum Regularium per totúm mundum, cuius habitus eſt linea veſtis variè licet formatus, quem habitum nullus in Ordine profeſſus temere poteſt deponere, quin ipſo facto ſententiam incurrat excommunicationis. Cappa autem Canonicorum Regularium nigra quam ſuper ſubtile induimus, habitus noſter non eſt propriè loquendo, ſed tantum toga pluuialis, quæ etiam per diuerſas prouincias in forma variatur, iuxta morem patriæ, & varias Ordinis conſtitutiones, in diuinis, & foris, certis temporibus deferenda.

Linea veſtis eſt habitus Regularis.

Cappa nigra pluuialis.

Maximam igitur huius noſtræ lineæ veſtis excellentiæ dignitatem ſanctis viris & prophetis, totique mundo, plurimiſque præclaris de cauſis palam pręoſtenſis vtcumque videamus. Eſt enim habitus à Deo inſtitutus, à Spiritu ſancto in ſcripturis diuinis multipliciter commendatus, & ab eccleſia Dei miris modis authorizatus. Quod à Deo ſit inſtitutus, & à Spiritu ſancto collaudatus, *ſecundus Pentateucon* liber, *iudicum quoque*, regum & Prophetarum apertè demonſtrant. Dominus enim præcepit Sacerdotibus Leuitici generis veſtimenta ſancta fieri ſacerdotalia, tunicas lineas, Ephod, & Theraphin, &c.

Habitus Regularis excellentia.

Exod. 25. v. 7. *Iudic.* 8. v. 27. 17. 5. 18. v. 14. 17. 18. 20. *Leuit.* 10. v. 5. 16. v. 4.

Ephod,

Ephod, quod ſuperhumerale dicitur, duplex erat ſecundùm beatum Hieronymum ad Marcellam; Vnum ſummi Sacerdotis & Pontificis de auro, hyacintho purpura, cocco & biſſo retorta, opere textili vario factum, pallium videlicet ſacerdotale, quo tota Sacerdotalis ambitio tegebatur. Aliud eſt Ephod lineum ſimplex toto candore puriſſimum, non illa varietate diſtinctum, vt ſummus Sacerdos portare ſolebat, quo filii Aaron ex Dei præcepto veſtiebantur. Puer Samuel ante faciem Dei miniſtrans accinctus erat Ephod lineo. Dauid totis viribus ſaltans ante Dominum, cùm arca Domini reduceretur in Hieruſalem, accinctus erat Ephod lineo. Abyathar Sacerdos ad Dauid venit in Ceyla, Ephod ſecum habens deſcenderat. Sacerdotes Ephod induti diuinum conſulebant oraculum, quibus Deus vera reſponſa, & prophetias regibus, populis & prophetis indubiè ſuperuenturas apertè prædixit, vt in libris regum patet & Prophetarum. In Daniele vir vnus veſtitus lineis legitur auro obrizo renes accinctus, & Michas in libro Iudicum Sacerdotem Leuitici generis cum Ephod & Theraphim legitur habuiſſe.

1. Reg. 2. v. 18.

2. Reg. 6. v. 14.

1. Reg. 23. v. 6.

Daniel. 12. v. 6. 7.

Iudicum 17. & 18.

Patet igitur quantæ dignitatis, ſanctitatis & excellētiæ hæc linea veſtis Ephod, tunica ſancta Sacerdotalis in lege, & in Prophetarum libris eſſe deſcribatur, cum Sacerdotes & viri ſancti eâ induti tam chari Deo habiti ſunt, & accepti, vt ſtatim ad primam eorum petitionem eos exaudiret, & indubitata futuræ veritatis reſponſa ipſis reuelaret, imitandaq; myſteria prophetis oſtēderet. Hęc linea veſtis ſancta & Sacerdotalis, qua

filii

filij Aaron, qui omnes erant Sacerdotes, in officiis diuinis indui conſueuerant, Ephod nuncupatur, quæ verus eſt iam habitus omnium Canonicorum regularium.

Tempore quoque gratię noui teſtamenti hæc linea veſtis pręcellentis eſt gloriæ & dignitatis, Apoſtolicâ authoritate in vſum eccleſiaſticę pręlationis ſummorum Pontificum, Cardinalium & Epiſcoporum in gloriam & decorem ab antiquo aſſumpta. Dominus enim Apoſtolicus in diuinis & Miſſarum celebrationibus, Cardinaliumque & Epiſcoporum concilijs veſtem iſtam lineam, quam roketum Romanum appellant, ſuper omnia veſtimenta ſua rubea, aurea ſeu ſerica per humum defluentia deferre conſueuit, niſi ad papatum de regulis ſanctorum Benedicti aut Franciſci quis fuerit aſſumptus; tunc enim veſtem Ordini ſuo congruam ſolitus eſt deferre.

Omnes etiam Cardinales, & Apoſtolicæ Sedis Legati, Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi & Pontifices in Domini Papę pręſentia cum huiuſmodi roketo Romano, quod nos ſubtile vocamus, variis colorum veſtibus de ſubtus induti, ſolent apparere, atque in ſuis eccleſiis, propriis habitationibus, ac per orbem diœceſibus, præſertim in diuinis officiis & rebus eccleſiaſticis, de iure & conſuetudine eccleſiæ Romanę huiuſmodi roketis induti incedere. Plures etiam vidimus locorum Ordinarios, Archiepiſcopum, Primatem, & cęteros diocœſanos in eccleſijs, monaſteriis, caſtris, & domiciliis ſuę diœceſis roketum Romanum, ſiue ſubtile quod idem eſt, ſupra cętera veſtimenta ſua, cuncto populo inſpectan-

ſpectante, publicè deferre, in eo celebrare, diuinis intereſſe, & ad menſam manducare.

Hæc pauca pro laude & gloria & commendatione Ephod, veſtis videlicet noſtræ lineæ breuiter explicauimus, nunc ad narrationis ordinem reuertentes, qualibus inſtitutis patres noſtri primi ſe adſtrinxerunt, in medium producamus.

CAPVT XXIV.

De ſtatutis Capituli generalis de Windeſem, *à quibus & quomodo primùm ſunt compoſita.*

EX quo regula almi patris noſtri Auguſtini Dei & proximi charitatem, & tria Ordinis ſubſtantialia; paupertatem, caſtitatem, & obedientiam, penè ſolum videtur commendare, idcirco patres noſtri primitiui certas ſibi conſtitutiones fore aſſumendas neceſſarium æſtimabant propter morum conformitatem, cęremonialium parilitatem, & regularis vitæ conſeruationem. Certos igitur magis expertos, & idoneos monaſterij noſtri fratres ad hæc premiſſa citius effectui mancipanda, contiuuò deputauerunt; videlicet, *Henricum VVilde, Ioannem Kempis, Arnoldum Kalker, Henricum VVilſen, Ioannem Broechuys*, & *Gerardum Delft* de *Naeltvvic*. Qui Spiritu ſancto intus informati, fraternę charitatis & ſalutis amore repleti, regulariſque vitæ zelo calefacti & accenſi, ſummam ex tunc impenderunt operam, vt Ordini noſtro aptas & modernæ deuotioni cō-

gruas inuenirent conſtitutiones, quibus & præſentibus bona daretur forma rectè regulariterque viuendi, & vitam æternam promerendi, & futuris in Ordine fratribus & ſororibus planum & bene tritum præberent iter, eandem veræ perfectionis formam regulariter inſequendi, & ipſa æternæ vitæ præmia cuncta relinquentibus Chriſto repromiſſa in veritate conſequendi, & ea cum ſanctis omnibus ſine fine poſſidendi.

Collegerunt ergo perantiqua de diuerſis Ordinis noſtri monaſteriis diuerſarum Prouinciarum inſtituta ſimiliter & moderna, quę licet olim ab eccleſiarum prælatis fuiſſent admiſſa, moribus tamen pro tunc viuentium ea tantum in ſcriniis & libris retinentium minimè comprobata, eò quòd regularis obſeruantia, præſertim in noſtro Ordine Colonienſis & Maguntinenſis Prouinciæ, iam dudum abolita fuerat, & obliterata. Summâ igitur diligentiâ, diſcretâque prouidentiâ antiquorum regularium inſtituta continuè relegentes, exactè maſticantes, vndique perluſtrantes, ac inter ſe diuerſa ad inuicem comparantes, optima tandem, & Ordini noſtro, moderneque deuotioni perutilia, ex ipſis extrahentes ediderunt inſtituta temporibus & perſonis Ordinis noſtri præſentibus & futuris bene apta & proportionata. Vbi autem quod quęrebant in ipſis non repererunt, ex aliorum id Ordinum inſtitutis, pręſertim Carthuſienſium, ſupplere curauerũt, cuncta in vno volumine, in quatuor partes diuiſo, quod incipit: *Quoniam ex præcepto regulæ ſatis luculenter compendioſéque deſcribentes.*

Statuta Capituli Generalis de VVindeſem.

Hæ

H[illegible] inquam *VVindeſemenſis* Eccleſiæ conſtitutiones non bre[illegible]pore, ſed ſucceſſiuè in hanc bonam regular[illegible] formam à patribus ſunt redacta, qui cum in[illegible]erſis ſtatutorum exemplaribus aliquid bo[illegible]moribus & religioni noſtræ congruum inueni[illegible]nt, non illud continuò ſcripto commendare, ſed prius ad practicam & exercitationis ſuæ vſum id ponere curauerunt, & cum ita ſeruare placuiſſet, & ſic vtile fore perſpexiſſent, tum demum id ſtatutis inſcribendum decreuerunt.

Huiuſmodi autem ſtatuta ſic incepta, primum in VV*indeſem* Generale Capitulum, quatuor tantum habens monaſteria ſibi vnita, videlicet VV*indeſem*, *Eymſteyn*, *fontis beatæ Mariæ prope Arnhem*, & *Nouæ lucis prope* Hoern, libenter amplectens, gratanter ad ſe ſuſcepit firmiter obſeruanda, anno gratię *milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto*. Deinde, cùm iam dicta ſtatuta de mandato Capituli Generalis eſſent conſummata, & alia tria monaſteria, *Amſterdammis*, *Vrendeſvveel* prope *Northorn*, & *Montis ſanctæ Agnetis prope zvvollis*, ſibi fuiſſent incorporata, Generali Capitulo Dominica *Miſericordia* in *VVindeſem*, per ſeptem vel octo monaſteria ſolemniter celebrato, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſecundo decretum eſt, & firmatum, & ab omnibus in Generali Capitulo tunc præſentibus approbatum, quod omnia iam dicta monaſteria Generali Capitulo de *VVindeſem* tunc incorporata, & alia in futurum eis incorporanda, cum omnibus ſuis ſuppoſitis, iam dicta ſtatuta ad vnguem ſeruare,

Primum Generale Capitulum de VVindeſem.

1395.

1402.

ſecundum ea profeſſionem ſuam formare, ac de cetero facere debuerunt. Quapropter idem Generale Capitulum cum omnium ſuppoſitorum eius bonâ & deliberatâ voluntate, eccleſiaſticorum prælatorum, Pontificum, & Capitulorum plenâ authoritate, præmiſſa ſtatuta Capituli generalis de *VVindeſem* nuncupata, gratanter ſuſcepta, ad ſingula Capituli noſtri monaſteria continuò tranſmiſit, eáque in ſingulis monaſterijs ſibi ſubiectis & ſubijciẽdis inuiolabiliter obſeruari perpetuâ lege ſtatuit & mandauit.

Capvt XXV.

De ordinario Kalendario & Manuali Capituli generalis de Windeſem, *& eorum authoribus.*

ORdinarius diuini officij cùm in diuerſis Ordinis noſtri monaſteriis, ſicut & in ſingulis mundi Epiſcopatibus, varius ſit & diſtinctus, eò quòd plura Ordinis noſtri monaſteria eccleſias ſuas cathedrales, in Horis canonicis imitentur, idcirco patres noſtri de licentia Domini *Florentij Traiectenſis* Epiſcopi, ipſum Eccleſiæ *Traiectenſis* Ordinarium primum ad ſe receperunt, deinde à Sede Apoſtolica ipſius Ordinarij imitationem in certis ſuis paſſibus cum alijs quibuſdam priuilegijs vtilibus & neceſſariis, per quendam Canonicũ ad curiam directum procurare ſatagerunt. In quibus *Bonifacius Papa Nonus* generale Capitulum in VV*indeſem* confirmauit ſingulis annis Dominica *Miſericordia Domini*

Infra c. 38. *Bonifacius Papa IX. Capitulum*

mini in *VVindeſem* celebrandum: qui omnes Priores & conuentus ſibi ſubiecti tenentur obedire, omneſque conuentus quarumcunque diœceſium ipſius Capituli eundem ſeruarent Ordinarium per Capitulum diſponendum, ceteraque ſimilia.

Gener. VVindeſemenſe ſingulis annis celebratur.

Venerabilis ergo pater *Ioannes Hueſden Prior in VVindeſem* cum ſuis ſenioribus, qui per omnes penè domos Capitulo incorporatas Priores fuerunt electi & confirmati, & aliis ſuis fratribus in monaſterio ſecum præſentibus, hac papali fulti auctoritate, inter ſe tractare, animoque cœperunt reuoluere, quomodo Ordinarium authenticum Ordini & Capitulo in diuerſis diœceſibus in proximo dilatandis, cunctis congruentem expeditius poſſent componere, quatenus hæc ipſa morum, cantuum, & cæremoniarum vnitas, vnaque conformitas indiuiduam inter ſe, & cum Deo, cordium & ſpiritualium bonorum vnitatem peramplius foueret & enutriret. Pluribus igitur diuerſarum religionum ac diœceſiũ Ordinariis in vnum recollectis, diligenterque luſtratis, mirabilem eorum repererunt diſcrepantiam, diſparemque nimium qualitatem. Quibus tamen debitè inſpectis, diligentius examinatis, & inter ſe comparatis, tandem de virorum diſcretorum & eccleſiaſticarum perſonarum ac doctorum conſilio & aſſenſu, compendioſa ſatis & vtilia, Capitulóque Generali in diuerſis prouinciis bene cõuenientia, Kalendarium, Ordinarium, ac Manuale compoſuerunt, quæ in forma debita apertè conſcripta Generale Capitulum ad ſe ſuſcipiens, Capituli Generalis Ordinarium,

Digitized by Google

Manuale, & Kalendarium auctoritate decreuit in ſingulis Capituli noſtri monaſteriis Ordinis obſeruanda.

His itaque peractis, neceſſariô opus erat, vt omnes libri officiorum diuinorum ad eiuſdem Kalendarii, Ordinariiq; formam pertinentiſſimè corrigerentur, ne vnquam aliqua in officiis diuinis melodiæ diſcrepantia oriretur. Vnde non minima cordium & corporum occupatio, labor & fatigatio patribus noſtris de nouo ſurrexit, donec debitum ſingula ſortirentur effectum. Fratres ergo noſtri ad hoc deputati, diuerſa Miſſalium, Gradualium, Antiphonariorum, Lectionariorum, Capitularium & collectariorum exemplaria in vnum colligentes, enucleatè examinantes, & ad ſe inuicem adæquantes, omnes tandem diuini officii libros in debitam formam, Ordinario & Kalendario per omnia conſonantem, ſatis aptè compoſuerunt: multis nouis minus authenticis hiſtoriis, legendis, hymnis, & ſequentiis, animi potius leuitatem quàm eccleſiæ ſanctæ grauitatem auditu redolentibus, reiectis & omiſſis. Omnes denique libri Capituli noſtri cantuales, ex quibus diuina officia peraguntur, debitè ſunt correcti, optimè diſpoſiti, bene accentuati, religioſo more notati, ſolphiſati, & in ſeruandis pauſis ſemper virgulati. Cuncta enim Miſſalia, Euangeliaria, Epiſtolaria, Lectionaria, Pſalteria, Capitularia, & collectaria noſtra vſque ad vnam iotam bene ſunt correcta, punctuata & ordinata, debitéque accentuata, vt talis librorum correctio, & conſonantiæ conformitas, in nullo mundi Ordine vſquam

Mira librorum diuinorum Capituli VVindeſemenſis vniformitas.

vſquam reperiatur. Singula autem præmiſſa in libris noſtris diuinis correcta ſeu mutata, locorum Ordinariis, Romanorum Legatis, ſummiſque Pontificibus multipliciter ſunt approbata, authenticata & confirmata: vt ſi venerabile Capitulum noſtrum Generale etiam per vniuerſum mundum dilataretur, hæc omnia abſque reprehenſione inuiolabiliter poſſent obſeruari.

CAPVT XXVI.

Quod tota Biblia, & patrum orthodoxorum volumina per Patres de VVindeſem *ad morem ſuum antiquum ſimili modo ſunt correcta.*

DIuinorum officiorum libris ad vnguem correctis, & in vnam bene proportionatam melodiæ conſonantiam formaliter reductis, ſæpè fati Patres noſtri de *VVindeſem* ad vtiliora communis vtilitatis exercitia amplioris ſollicitudinis fatigatione proceſſerunt. Omnes enim veteris ac noui Teſtamenti libros originales ad primam ſancti Hieronymi ex Hebræo in Latinum tranſlationis formam, iuxta exemplaria emendatiora adipiſci ſibi poſſibilia conati ſunt reducere. Variis igitur Bibliothecarum diœceſiũ diuerſarum & monaſteriorum codicibus in vnum recollectis, ac diligenter examinatis, tot penè notabiles ſenſuum & verborum Bibliæ

Antiquarii in VVindeſem.

Digitized by Google

immutationes, & in certis locis diſcrepantias inuenerunt, quod codices, ideoque feruentiori zelo ad huiuſmodi veritatis indaginem iuſtè permoti, omnem circũquaque regionem perluſtrantes, tria tandem aut quatuor ingentia totius Bibliæ volumina, vetuſtis literarum figuris olim exarata de *Pariſiis*, *de Bethlehem prope Dotinchem*, de Monaſterio *ſancti Ioannis Ieroſolymitarum* cruce ſignatorum *Opden Loe* vulgariter nuncupato, ac de aliis certis locis & eccleſiis in vnum congregauerunt. In vltima Biblia, quæ erat *Ioannitarum*, ſic in margine ſcriptum repererunt. *Iſta Bibliotheca fuit conteſtata ex Bibliotheca ſancti* Hieronymi. Prædictorum verborum ſententiam iuxta pręfatorum *Ioannitarum* relationem ita accipientes, quòd prima Biblia, iuxta verum tenorem Biblia ſancti Hieronymi, primi eius tranſlatoris ex Hebræo in Latinum, perfectè fuit correcta & ad purum emendata. His igitur libris perantiquis ſummo ſtudio ſæpè perlectis, diligenter reuolutis, & ad ſe inuicem diu multumque calculatis, tandem animæquiores effecti, Bibliam noſtram in *VVindeſem* corrigere ſunt aggreſſi. Multis igitur annis huic ſancto operi fideliſſimè inſiſtentes, ſyluam Hebraicarum dictionum, corpuſque totius Bibliæ veteris ac noui Teſtamenti, iuxta exemplariorum antiquorum magis correctorum tenorem, integrâ fide, emendantes & corrigentes veterumque authoritatem pluſquam modernum vſum communem imitãtes, Bibliam ſic dictam, quod omnes vtriuſque teſtamenti libros authenticos in ſe bibat & comprehẽdat, benè ſcriptã, optimè correctam, & vſque ad vnum titellum diligentiſſime punctuatam & emendatam

Biblia corriguntur.

tam nobis & poſteris noſtris totoque Generali noſtro Capitulo fideli Teſtamento reliquerunt. Quam Bibliæ noſtræ optimam correcturam venerabile Capitulum Generale libenter ſuſcipiẽs, auctoritate ſuâ Papali & Epiſcopali admiſit & authenticauit, & vt omnes Bibliæ monaſteriorũ noſtrorum Capituli noſtri ad eandem formam corrigi debeant imperauit, nihilque in eis, & in libris, quibus diuina celebrantur officia, contra huiuſmodi correcturam à quocunque, ſine eius licentia, corrigi ſeu immutari debeat, omnibus ſibi ſubiectis inſtituit & mandauit.

Simili modo omnes ſermones, homilias, libros & tractatus quatuor Eccleſiæ doctorum, aliorumque patrum Orthodoxorum ad primam ſui fontis originem, quantum in exemplaribus emendatioribus è diuerſo collectis habere potuerunt fideliſſimè reduxerunt. *Patrum Orthodoxorum volumina emendantur.*

Vt autem patres de VV*indeſem*, omni cum honore & reuerentia nominandos, extremam in laboribus præmiſſis feciſſe diligentiam comprobemus, ecce omnes diuini officii libros, totam Bibliam, & eximiorum doctorum numeroſa volumina in tertium, quartum aut quintum vos iam dudum transfuſa, non ſolum ad primum originis ſuæ fontem reducere ac reparare, verumetiam omnes penè & ſingulos huiuſmodi libros prænominatos in fractura vel rotunda, ſeu etiam breuiatura conſcribere, punctuare, orthographialiter accentuare, & libros chorales in quadris aut oblongis notis ſolphizare, in ſingulis pauſis iuxta vocum & notarum congruentiam diſtinctè virgulare, modiſque melioribus formaliter componere ac ligare,

ligare curauerunt. Hæc autem omnia propter diuinum amorem, excellentiſſimum eius honorem, communem fratrum ſuorum vtilitatem, totiuſque Capituli noſtri concordem vniformitatem, Deo eis facto propitio, ad finem peroptatum perducere meruerunt.

Planam igitur & bene conſtratam viam ad regna cęleſtia pertendentem Patres noſtri properarunt, quam poſteris ſuis in hæreditatem, & omnium virtutum perfectionem ſcriptis reliquerunt, & nos in eorum labores per iter virtutum nobis præoſtenſam introgreſſi, & in ipſis vſque in finem perſeuerantes, ſalui erimus. Nam vltra triginta quinque magna volumina pro diuinis celebrandis, ipſi cum clericis ſui temporis conſcripſerunt, quæ tantâ ſemper & vbique munditiâ cuſtodierunt, vt cùm diuina officia per annos viginti, triginta aut quadraginta quotidie conuentualiter ex ipſis ſeruata fuiſſent, adhuc tamen ſine omni immunditia, macula aut nigredine, ſicut noua & recentia, vendi poſſent, & comparari.

Diligens & munda librorum choraliũ cuſtodia.

Vidimus etiam vltra centum codices magnos & notabiles doctorum orthodoxorum per ipſos pro libraria noſtra in bona littera & pergameno conſcriptos. Ex quibus maximum primi feruoris eorum zelum & amorem animaduertere valemus, qui pro Dei gloria, fratrum ſuorum vtilitate & ſalute magnis quotidie laboribus inſudare, lucrum non minimum deputabant. Nos autem non immeritò de negligentia & tempore horum temporum, arguimur hodie, quod in labores eorum introeuntes

euntes vix legere & exercere ſufficimus, quę nobis imitanda in ſacris codicibus & ſcriptis ſuis reliquerint.

CAPVT XXVII.

De alijs ſedecim notabilibus fratribus per Ioannem Hueſden in Windeſem *inueſtitis.*

CErnens deuotus Dei famulus *Ioannes de Hueſden* Prior in *VVindeſem*, amator religionis, zelator animarum, magnuſque Capituli noſtri propagator, monaſteria Ordinis noſtri in diuerſis mundi climatibus vberrima de die in diem profectus ſui ſuſcipere incrementa, fratreſque domus ſuæ vtiliores ad diuerſa Capituli noſtri monaſteria in Priores & rectores euocari, plures deuotos bonę voluntatis clericos religioni noſtrę congruentes ad probam aſſumere, & ſuo tempore inueſtire deliberauit. Monaſterium enim noſtrum in *VVindeſem*, cùm ſit domus ſuperior, & omnium Capituli noſtri Generalis cœnobiorum regularis obſeruantiæ forma, ſanctitatis ſpeculum, religionis exemplar, & morum diſciplina, ex ipſo tanquam ex originali fonte deuotionis & vitę ſpiritualis, plurima flumina gratiarum, monaſticæque religionis inſtituta in ceterorum monaſteriorum riuulos vberrimè decurrentia, totam Dei ciuitatem, ſingulaſque religionis noſtræ perſonas in Spiritu ſancto lætificare, & vſque in præſens corroborare non deſiſtit.

Monaſterium in VVindeſem eſt Mater cœnobiorum eiuſdem Capituli.

Cum

Cum autẽ olim patres noſtri in Windeſem deuotos clericos, per patres & fratres congregationis clericorum domus Domini *Florentij in Dauentria* ſibi tranſmiſſos, benè probatos & exercitatos ad Ordinem ſuſcepiſſent, ex hoc nunc, & in antea plures deuotos clericos *Zvvollis* frequẽtantes, ad Ordinem aſpirantes, per virum deuotiſſimum magiſtrum *Ioannem Cele*, incolam *Zvvollenſem*, magiſtri *Gerardi Magni* diſcipulum, primum ſtudij *zvvollenſis* tam notabilis inſtitutorem & rectorem, ac per deuotos presbyteros & clericos congregationis in *zvvollis* in bona vita, moribus, & conuerſatione ſanctis prænutritos & inſtitutos, & per literas teſtimoniales, aut pręſentias perſonales ipſis præſentatos, ad religionis noſtrę probam, ac deinde ad habitum induendum in *VVindeſem* ſuſceperunt.

Hinc eſt quod magnus pater noſter *Ioannes de Hueſden* alios ſedecim clericos, quorum primus Capellanus fuerat in *zvvollis*, & alij penè omnes triuialibus ſcientiis & bonis moribus *zvvollis* imbuti, ad Ordinem, habitumque noſtrum diuerſis ſuſcepit temporibus: ex quibus quidam poſtmodum Ordinis & Capituli noſtri columnæ erant futuri.

1409. Anno igitur gratiæ milleſimo quadringenteſimo nono, inueſtitus fuit in *VVindeſem* frater *Egbertus de Oetmerſum*, poſt eum frater *Iacobus Eenem de Traiecto*, & frater *Tricus Liman de Goch*, deinde anno ſenquenti frater *Henricus de Herdervvijc*, & frater *Gerardus Ludolphi de Goch*: dehinc poſt annos duos frater *Albertus VVilde de zutphania*, frater *Ioannes Iacobi de zwollis*, & frater *VVilhelmus Vieracker de Doesborch*, poſt hos alii quatuor

Sedecim fratres in VVindeſem inueſtiti ſub D. Ioanne Hueſden.

tuor clerici frater *Godfridus de Tylea*, frater *Ioannes de Naeltvvic*, frater *Ioannes Buch de Zvvollis*, & frater *Hermannus de Xanctis*, deinde frater *Iacobus W. ael de Traiecto*. Vltimi omnium quos pater noſter *Ioannes Hueſden* inueſtiuit, fuerunt frater *Ludolphus Bertoldi de Campis*, & frater *Tritus VVilhelmi de Dauentria*, qui tamen non ſibi, ſed ſucceſſori ſuo fratri *Wilhelmo*, ipſo iam defūcto, profeſſionem fecerunt.

Hæc iterum non parua monaſterij noſtri prærogatiua, quod ex his ſedecim fratribus mediam partem, id eſt, octo fratres in diuerſis Ordinis & Capituli noſtri monaſterijs vidimus eſſe Priores, & aliquos terrarum, regionum ac Prouinciarum noſtri Ordinis, & quorundam aliorum per-magnificos reformatores, & in conſpectu Principum, Primatum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, Ducum, Lantgrauorum, Marchionum, Comitum, & Baronum, Prouincialium, Cathedralium, Collegiatorum, Capitulorum, Conſulatuum, & Prælatorum, benè auditos, efficaces & expeditos, ſanctæ reformationis actores & promotores, qui etiam plurima perātiqua diuerſorum Ordinum vtriuſque ſexus monaſteria, Deo opitulante, præfatiſque Principibus, Capitulis & prælatis conſilium, & auxilium, & fauorem ad pręmiſſa pręſtantibus, in priſtinum regularis obſeruantię ſtatum probantur perduxiſſe.

Inſignes Regularis diſciplinæ Promotores.

Alij quidam ex his ſedecim fratribus Supprioris & Procuratoris per viginti & eo amplius annos continuos, alii omnes minoribus monaſterii noſtri longo tempore penè vſque ad mortem functi ſunt officiis, duobus dumtaxat

xat exceptis fratribus, qui in *breui conſummati tempora multa* expleuerunt, ſublatique de medio ad meliora tranſierunt.

Forma profeſſionis iſtorum ſedecim fratrũ in ſtatutis noſtris eſt expreſſa huiuſmodi ſub tenore: *Ego frater N. promitto Deo auxiliante perpetuam continentiam, carentiam proprij & obedientiam tibi, pater Prior, & ſucceſſoribus tuis canonicè inſtituendis ſecundum regulam beati Auguſtini, & ſecundum conſtitutiones Capituli noſtri Generalis.* Hanc profeſſionis ſuæ formam manu propriâ in membrano pergameni conſcriptam, paruulâ cruce in vltima riga conſignatam, ſinguli fratres profitentes in facie eccleſiæ, ante ſummum altare, Priore celebrante, & eam poſt offertorium Miſſæ ſuſcipiente, altâ voce publicè lectam ad altare obtulerunt, ſe & omnia ſua, cum omnibus quæ in mundo ſunt, pariter offerentes. Quibus eccleſiæ ſponſus Chriſtus Deus noſter, quem ſibi in Patrem, Deum, & protectorem de nouo elegerunt, ſeipſum in eadem Miſſa, in venerabili Sacramento ex toto retribuit in pręſenti, gaudia ſempiterna promittens in futuro, pro paruis magna, pro terrenis æterna, pro creaturis creatorem felici commercio condonando.

Forma profeſſionis.

CAPVT

CAPVT XXVIII.

De tredecim conuerſis per Ioannem Hueſden *ad Ordinem ſuſceptis.*

QVidam viri deuoti competenter bene docti, ſanctam conuerſationem fratrum in VV*indeſem* quotidie intuentes, ad Ordinem noſtrum & habitum valde aſpirantes, ad quotidianos eorum labores in choro & in clauſtro continuè perferendos minus apti, minúſque fortes propter naturæ debilitatem, ſucceſſu temporis ſunt reperti. Alij quidam clerici literaturæ minoris, fortes ſatis & conſtantes ſimiliter ad Ordinem aſpirantes, aliis de cauſis conuentum noſtrũ permouentibus ad Ordinem, habitumque clericorum etiam non ſunt admiſſi. Alij verò viri prudentes nihil docti in ſæculo, ſed bene experti & prædiuites monaſterium noſtrum introgreſſi, ſatis laudabiliter in eo ſunt conuerſati. Alii quoque laici bonæ voluntatis, viri ſubſtantiâ temporali minus locupleti in *VVindeſem* ſimiliter ſunt ingreſſi. Qui omnes viri probati & bene circumſpecti in habitu multùm ſimplici, in vera paupertate, obedientia & charitate, in humillimis & abiectis operibus inter fratres & laicos optimè conuerſati & ſatis exercitati, pro habitu tandem conuerſorum apud patres noſtros preces inſtantiſſimas ſæpè depoſuerunt. Cumque frequenter id agerent, probatæq; vitæ & conuerſationis exiſterent, & à petendo non ceſſarẽt, optatum tandem intentum à fratribus impetrarunt.

Trede-

xat exceptis fratribus, qui in *breui conſummati tempora multa* expleuerunt, ſublatique de medio ad meliora tranſierunt.

Forma profeſſionis iſtorum ſedecim fratrũ in ſtatutis noſtris eſt expreſſa huiuſmodi ſub tenore: *Ego frater N. promitto Deo auxiliante perpetuam continentiam, carentiam proprij & obedientiam tibi, pater Prior, & ſucceſſoribus tuis canonicè inſtituendis ſecundum regulam beati Auguſtini, & ſecundum conſtitutiones Capituli noſtri Generalis.* Hanc profeſſionis ſuæ formam manu propriâ in membrano pergameni conſcriptam, paruulâ cruce in vltima riga conſignatam, ſinguli fratres profitentes in facie eccleſiæ, ante ſummum altare, Priore celebrante, & eam poſt offertorium Miſſæ ſuſcipiente, altâ voce publicè lectam ad altare obtulerunt, ſe & omnia ſua, cum omnibus quæ in mundo ſunt, pariter offerentes. Quibus eccleſiæ ſponſus Chriſtus Deus noſter, quem ſibi in Patrem, Deum, & protectorem de nouo elegerunt, ſeipſum in eadem Miſſa, in venerabili Sacramento ex toto retribuit in pręſenti, gaudia ſempiterna promittens in futuro, pro paruis magna, pro terrenis æterna, pro creaturis creatorem felici commercio condonando.

Forma profeſsionis.

CAPVT

CAPVT XXVIII.

De tredecim conuerſis per Ioannem Hueſden *ad Ordinem ſuſceptis.*

QVidam viri deuoti competenter bene docti, ſanctam conuerſationem fratrum in VV*indeſem* quotidie intuentes, ad Ordinem noſtrum & habitum valde aſpirantes, ad quotidianos eorum labores in choro & in clauſtro continuè perferendos minus apti, minúſque fortes propter naturæ debilitatem, ſucceſſu temporis ſunt reperti. Alij quidam clerici literaturæ minoris, fortes ſatis & conſtantes ſimiliter ad Ordinem aſpirantes, aliis de cauſis conuentum noſtrũ permouentibus ad Ordinem, habitumque clericorum etiam non ſunt admiſſi. Alij verò viri prudentes nihil docti in ſæculo, ſed bene experti & prædiuites monaſterium noſtrum introgreſſi, ſatis laudabiliter in eo ſunt conuerſati. Alii quoque laici bonæ voluntatis, viri ſubſtantiâ temporali minus locupleti in *VVindeſem* ſimiliter ſunt ingreſſi. Qui omnes viri probati & bene circumſpecti in habitu multùm ſimplici, in vera paupertate, obedientia & charitate, in humillimis & abiectis operibus inter fratres & laicos optimè conuerſati & ſatis exercitati, pro habitu tandem conuerſorum apud patres noſtros preces inſtantiſſimas ſæpè depoſuerunt. Cumque frequenter id agerent, probatæq; vitæ & conuerſationis exiſterent, & à petendo non ceſſarẽt, optatum tandem intentum à fratribus impetrarunt.

Trede-

Conuerſi ad Ordinem ſuſcepti.

Tredecim ergo viri electi & boni, honeſtate præclari, morum maturitate venerandi per patrem noſtrum venerabilem *Ioannem de Hueſden* non continuè, ſed ſucceſſiuè in conuerſos inueſtiti poſt annum ſuo tempore in VV*indeſem* ſunt profeſſi. Primus eorum fuit frater I*oannes* de *zuzato*, qui propter ſuam probitatem ad habitum & ad Ordinem clericorum in breui ſuſceptus eſt, non multò pòſt in A*mſtelredam* ad Regulares, ac deinde in monaſterio Ordinis noſtri prope H*erlem* Prior effectus, Rector iterum monialium factus in *Amſtelredam* ibidem diem clauſit extremum. Secundus fuit frater H*enricus* L*oeder de* O*ſnaburgis*, qui primo in VV*indeſem* conuerſus, cocus, & cellerarius exiſtens, tandem ad habitum clericorum fuit aſſumptus, ac deinde Prior factus in V*rendeſvveel prope* N*orthorn*: monaſterium illud per annos viginti in omni rexit diſciplinâ, ita vt per VV*eſtphaliam*, *Saxoniam*, *Friſiam*, & circa partes *Rheni Apoſtolus terræ* ſit appellatus. Tertius fuit frater A*rnoldus* B*iſſchop*. *de Stauria* oppido Friſiæ oriundus, diues ſatis in ſęculo. Hic cum *Thada* coniuge ſua, ſe & omnia ſua dederũt monaſterio, de quorum bonis temporalibus chorus noſter in W*indeſem* noſcitur ædificatus. Quartus fuit frater I*oannes* B*olliken* vir bonus & diſcretus, qui longo tempore noſter fuit molendinarius. Quintus fuit frater I*oannes Boet*, qui diu fratribus ſeruiuit in coquina, & vſque in extrema valde fuit ſcrupuloſus, à quo tamen ſcrupulo ante mortem extitit liberatus. Cumque lætus & abſque omni intricatione conſcientiæ mori optaret, dixit ei frater A*rnoldus* K*alker* Supprior noſter: Ioannes frater cha-

Ioannes de Zuzato.

Henricus Loeder infr. c.38.

Apoſtolus terræ.

Arnoldus Biſſchop.

Munificentia eius.

Ioannes Bolliken.

Ioannes Boet.

Arnoldus Kalker Supprior.

ter chariſſime, vbi nunc eſt ſcrupulus conſcien- „ tiæ tuæ, quæ rarò te ſinebat eſſe in pace? Cui re- „ ſpondit: Idcirco vſque nunc ſemper fui ſcrupu- „ loſus, vt iam ſine omni ſcrupulo & remorſu con- „ ſcientię ſecuriùs hinc diſcederem. Sextus fuit „ frater *Nicolaus Luter de Amersfordia* vir valde venerabilis, omni morum & verborum ſuorum honeſtate pręclarus, eloquio dulcis & ędificatiuus, animo prudens, vitâ exemplaris, amator religionis, zelator diſciplinę, & monaſterii noſtri gloria, in commiſſo fidelis, in conſilio prouidus, ac religioſâ morum probitate pręcipuè decoratus. Hic per annos pluſquam triginta gratiſſimus noſter fuit Hoſpitularius, ſingulis aduentantibus iuxta ſtatus ſui competentiam honorem deferens, exhibens reuerentiam, omnes diligens, ab omnibus dilectus, nullum verbo vel facto, vbi pręcauere potuit, vnquam offendens, & in procuratoris noſtri abſentia externarum rerum curam gerens, laicorum opera diſponēs eos tunc reſpexit. Septimus fuit frater *Herbertus de Dauentria*, *Magiſtri Gerardi Magni*, & Domini *Florentij Radevvini* quondam diſcipulus, ſartor bonus, & vſque ad finem vitæ ſuæ feruentiſſimus, clauſtralis diſciplinæ zelator, & formarium humilium veſtimentorum, iuxta morem patrum ſuorum præfatorum, ſtrictiſſimus in eſſe conſeruator. Octauus fuit frater *Bartholomæus Herbolt* de *Traiecto*, vir ſtrenuus & maturus, ac pro Ordine in ſe & in aliis debitè conſeruando plurimùm zeloſus, ſcriptor breuituræ bonus & expeditus, ſatiſque intelligens. hic librum vocabulorum, dictum *Catholicon*, trinâ vice conſcripſit in magnis voluminibus, quorum vltimus

Nicolaus Luter hoſpitularius.

Herbertus de Dauentria.

Bartholomæus Herbolt.

Liber vocabulorum Catholicon *dictus.*

H continuè

Digitized by Google

continuè iacet in choro noſtro ſuper formam, omnibus libris monaſterii noſtri penè maior & pretioſior. Scripſit & alios libros non paruos in c mmuni pro libraria. Nonus fuit frater *Fredericus de Herdervvÿck*, vir bonus & honeſtus ac valde reuerentialis, piſtor noſter & braxator, in cunctis actibus ſuis dulcis & maturus. Decimus fuit frater *Andreas Petri* de Dauentria, ſutor noſter annis multis, carnalis frater fratris noſtri *Gerlaci Petri*, ſed ſpiritu intus & exterius valde ipſi diſſimilis, quia frater *Gerlacus* in Domino ſpiritualiter ſemper lætus, comtemplationeque in Deum continuè fuit ſuſpenſus; hic autem conuerſus ſemper animo intricatus, ſcrupuloſus & perplexus, licet multum humilis fuerit & charitatiuus, cunctis obſequioſus, opera amplectens viliora, feruenter laborans, propter ſcrupulum tamen ſuum ſeipſum ſemper redarguens, ac ſe culpabilem cum venia recognoſcens: peramplius intricatus, à fratrum colloquiis perſæpè receſſit. Qui tamen in fine vitę ſuæ mictura ſanguinis laborans, in bona pace vitam finiuit. Vndecimus fuit frater *Egbertus de Groningen*, vir diligens & timoratus, in negotiis & rebus exterioribus valde tritus, procuratoris ſæpè ſocius, metallorum in Spangis pro libris fuſor bonus. cunctos fratres & laicos valde dilexit, & de coniugis ſuæ perantiquę licentia mundum relinquens, in *VVindeſem* factus eſt conuerſus. Duodecimus fuit frater H*ugo Carpentator* artificialis, vir pius & fortis, ad apoſtatandum aliquando ab inimico inſtigatus, deinde inuentus & reductus per fratrem *Nicolaum* conuerſum, ac poſteà pœnitentia

Fredericus de Herdervvÿck.

Andreas Petri.

Egbertus de Groningen.

Hugo.

tentiâ carceris peracta, ad diuerſa Ordinis noſtri monaſteria carpentationis gratiâ aliquando emiſſus, ad extremum inter fratres ſuos multis annis ſatis religioſe conuerſatus, in Prioris & conuentus ſui, noſtraque præſentia ab omnibus peccatis abſolutus, felici fine quieuit in Domino, inter conuerſos in laicorum cœmeterio ab omnibus ſepultus. Tertius decimus fuit frater *Marcilius de Yſela* antiqua oriundus, vir deuotus Deo, fratribus dilectus, cunctis pius & benignus, ac ſuper omnia fratribus infirmis vſque ad mortem ſine murmure ſeruilis & obſequioſus, vltra annos quadraginta fideliſſimus fratrum noſtrorum fuit infirmarius, raſor & minutor chirurgicuſque expertiſſimus. Qui in occidua ætate ſua luminibus oculorum annis plurimis in toto priuatus, omnium diſpoſitore Deo, de cuius munere cæcitatem iſtam accepit, vſque nunc infinitas gratiarum actiones referre non ceſſauit; probatus enim & cognitus eſt fidelis. *Marcilius de Yſela infirmarius.*

Ecce fratres iſti in Ordine conuerſi noſtri in *VVindeſem* quantâ morum maturitate, quàm ſtrictiſſimâ Ordinis diſciplinâ inter fratres ſunt conuerſati, quàm veris virtutibus & meritorum excellentiis coram Deo & hominibus religioſis & ſæcularibus claruiſſe dignoſcuntur. Et quidem in eis viri fuere perfecti, capite calui, cęſarie cani, qui bene barbati, inceſſu maturi, conuerſatione diſciplinati, moribus graues, ſermone ſuaues, animo prudẽtes, aſpectu venerabiles, veris virtutibus decorati, & gloria monaſterij, qui etiam vſque ad finem vitæ in tali morum, verborum & virtutum perfectione continuè per-

manſerunt. Denique ſicut fratres noſtri conuentuales vitâ ſuâ ſanctiſſimâ, probatiſque moribus decus & honor Ordinis noſtri & Capituli vbiq; fuerunt: ita fratres noſtri conuerſi bonâ ſuâ conuerſatione, morum maturitate, & Ordinis diſciplinâ domum noſtram, & Capitulum omni honore & reuerentiâ etiam in ſuo ſtatu digniſſimâ demonſtrabant. Qui etiam ſummum ſanctitatis apicem, deuotionis feruore, Dei contemplatione, fraternâ charitate, ſui cuſtodiâ zeloque diſciplinæ ad plenum poſſunt apprehēdere, quātum ad ſtatus ſui menſuram dignoſcitur pertinere, ſi ineptiis & ludicris, ſuperfluis ſedulò prætermiſſis, præfatis exercitiis animo ſe & corpore nitantur adaptare, licet externis officiis, laboribus manualibus, mechaniciſq; operibus, cum cordis ſui humilitate, animi promptitudine, corporis ſubiectione fideliter exercendis, ſtatus conuerſorum ſpecialiter ſit deputatus.

Laus fratrum conuerſorum in VVindeſem.

Status conuerſorum eſt deputatus operibus externis.

Vita igitur & ſancta conuerſatio conuerſorum noſtrorum antiquorum breuiter iam deſcriptæ, forma ſint & exemplar, & quaſi ſignum ad ſagittam modernorum fratrum noſtrorum conuerſorum, vt quorum vitæ ſanctitatem in præſenti fuerunt conſecuti, eorum in cœlo præmiorum etiam participes inueniantur. Octo quidem conuerſos Deo fideliter ſeruientes, de monaſterii noſtri negotiis non ſe intromittentes, ſub patre *Ioanne Hueſden* vidimus in W*indeſem* longo tempore vſque ad ſenium ſuum, & vſque ad mortem eorum pariter commorantes, ſit laus & gloria Chriſto.

Digitized by Google

CAPVT XXIX.

De feruore ſimplici, obedientia, & humili conuerſatione donatorum & laicorum in Windeſem, *& bona eorum prouiſione.*

FAma boni odoris ſanctæ conuerſationis primitiuorum fratrum in *VVindeſem*, diuinâ gratiâ annuente, per regionem vndique reſperſa, plures bonæ voluntatis viros iuuenes & adoleſcentes, etiam idiotas, laicos, diuerſorum morum, operum & officiorum, ad mundi contemptum, vitæ immutationem ac cæleſtis patriæ deſiderium cœpit prouocare. Vnde non pauci deuoti viri inſtinctu Spiritus ſancti, aut à patribus congregationum diſtincti in W*indeſem* aduenerunt, qui vitam ſanctam, & bonam eorum conuerſationem intuentes, cum ipſis perpetuò remanere, opera eorum exteriora fideliter perficere, & in vera obedientia, fraterna charitate, humili ſtatu, ſimplici veſtitu, & inexquiſito victu, Deo fideliter deſeruire, verbis ſuis & moribus, totiſque præcordiorum ſuorum affectibus, flexis genibus, humillimè precabantur.

Quos ſtatim in principio an miſſi eſſent à Spiritu ſancto experiri cupientes, ſecularibus eorum indumentis & veſtibus depoſitis, monaſterii veſtimenta mundi contemptum præferentia continuò induere, externis laboribus ſingulis congruentibus quotidie deputare, variiſque humiliationum exercitiis, veniarumque

petitionibus ſæpius aſſuefacere, ac per ſedulam propriarum voluntatum & inclinationum mortificationem, & induſtria probare & bene exercitare minimè neglexerunt. Huiuſmodi ergo laicos ita exercitatos, benè probatos atque in omnibus fideles & conſtantes inuentos, Dei ſui veri amatores, vt ſalutis propriæ fortes peractores, oculatâ fide perſpicientes, patres noſtri cum gaudio, in vera fraterna charitate, obedientia licet non promiſſa, ſeu etiam quandoque promiſſa, & ab omnibus integrè ſeruata, in ſuum conſortium ſuſceperunt quotquot enutrire, & in ſuis neceſſitatibus de monaſterii prouentibus poterant prouidere.

Donati ſuſcepti ad habitum.

Quia enim patres noſtri in *VVindeſem* neminem conuerſorum fratrum aut laicorum ad perpetuã ſuam cohabitationem ſine magna diſcretionis grauitate, diligenti probatione aut fideli bonorum hominum teſtimonio admittere conſueuerunt, idcircò pauci valde fuerunt reſpectu aliorum Ordinis noſtri monaſteriorum, qui à nobis aſſumpti vſque ad finem vitæ ſuæ nobiſcum non permanſerunt. Singulis igitur laicis & familiaribus noſtris ſpecialia opera aſſignauerunt, alios enim in cellario ſeu coquina, alios in braxatorio & piſtrino, alios in horto ſeu lotrino, alios in porta ſeu molendino, & reliquos in agriculturæ domo pro communi labore quotidie ſtatuerunt. Quoſdam etiam ad hoc aptos, ad artes mechanicas, ſartoriam, ſutoriam, carpentariam, cœmentariam, piſcatoriam & raſoriam ceteraſque conſimiles ſub manu procuratoris ſeu etiam veſtiarii ſagaciter diſpoſuerunt. Cunctis igitur negotiantibus & ſic ſedulò laborantibus, communemque mona-

Conuerſi variis artibus vel officinis deputantur.

Digitized by Google

monaſterii noſtri vtilitatem indefeſſè quęrentibus, nemini dabatur otium, niſi dumtaxat ſenio feſſis & infirmitatibus, vnde factum eſt vt monaſterium noſtrum in rebus temporalibus & ſpiritualibus in breui permaximum & ad oculum viſibile ſui profectus ſumeret incrementum.

Laici verò noſtri & cuncti familiares, in vera obedientia, ſimplicitate & reuerentia, cum omni humilitate inter fratres conuerſari, in vera charitate, fide & benignitate ab ipſis pertractari, & tanquam in Chriſto vnum corpus, ita mutuis viſceribus charitatis, deuotis obſequiis, dulcibus & amabilibus verbis, rebuſque condependentibus ſe ſolent amplexari, Priorque & Supprior, maximeque Procurator omnes laicos, & familiares in ſtatu ſancto ac religioſo, in feruore & diſciplina, in ſimplicitate & obedientia verbis ſuis & exemplis ſolent conſeruare, confeſſiones eorum audire, corpus Dominicum miniſtrare, Capitulum culparum ad quindenam ipſis tenere, collationes feſtis diebus facere, & eos hoc modo ſemper ad meliora prouocare.

Eorum cum reliquis fratribus conuerſatio.

Diſciplina.

Huiuſmodi ergo laicis in ſancto propoſito, vera obedientia, & in Dei ſeruitio vſque in finem vitæ nobiſcum permanentibus, omnia vitæ, victus & amictus neceſſaria, iuxta ſtatum & qualitatem ſingulorum, non ſicut mercenariis, ſed ſicut fratribus libentiſſimè miniſtramus; aduerſâ etiam corporis valetudine laborantibus, ſenio feſſis ſeu infirmantibus, diligenti cuſtodiâ, curaque ſollicitâ

vſque in extremum vitæ ſuæ, ſuámue conualeſcentiam libenter ſubſeruimus, & infirmarios noſtros tunc eis ſine murmure ſeruire volumus & mandamus, vt ſicut ipſi ſani & fortes fratribus ſuis ſanis & infirmis libenter ſeruirent, ita in ſuis extremis ipſi è conuerſo reciprocam vicem recipiant, ac etiam poſt mortem fratrum ſuorum, & Capituli deuotis precibus ſubleuentur.

Conuerſorum ſancta vita.

O quot bonos, humiles, ſimplices & charitatiuos zelo feruentes laicos & familiares vidimus in VV*indeſem*, quoſdam fratres tepidos regno Dei militante, & Eccleſia triumphante longè præcedentes, qui non quę ſua ſunt, ſed quę Dei & fratrum erant, in communi ſollicitè quærentes, in nullo ſibi parcentes, corpus & animam in Dei ſeruitio, in feruore ſpiritus quotidie exponentes. In quorum religioſis moribus, actis & ſermonibus gratia lucebat diuina, vt ſpiritum in eis habitantem, per certa deuotionis indicia exterius apparentia, palam cognoſceremus.

Albertus VVinbergen. Henricus Oelinck. VVilhelmus Philippi & Hermannus de Amerſfordia donati.

Horum ergo laicorum quatuor tantum habitum donatorum ſuſcipientes obedientiam promiſerunt, per patrem venerabilem *Ioannem de Hueſden*, coram conuentu acceptati, videlicet, *Albertus VVinbergen*, primùm clericus deuotiſſimus, poſteà factus presbyter, *Henricus Oelinc*, *VVilhelmus Philippi*, & *Hermannus* cœmentarius *natus de Amersfordia* quadraginta ſex annis, huiuſmodi officium in *VVindeſem* fideliſſimè exercēs, qui vſque in finem vitæ ſuæ, ſicut & alij præfati, laborioſus valde fuit & fidelis ceteris laicis noſtris omnibus ſine obedientia promiſſa, attamen perfectè ſeruata cunctis diebus vitę patris noſtri

ſtri *Ioannis* Hueſden in ſtatu ſuo ſimplici continuò permanentibus, numero penè quinquaginta.

CAPVT XXX.

De ædificatione & conſecratione chori, & aliorum quatuor altarium, dormitorij quoque orientalis & occidentalis eleuatione.

MAgnus pater noſter *Ioannes de* Hueſden feruétiſſimus Ordinis & Capituli noſtri propagator, omniumq́ue Deum timentium, & ad ſe confluentium benigniſſimus amplexator, cernens Dei templum, & primam in *VVindeſem* Eccleſiam cum domibus in quadrum ſibi coniunctis in temporis anguſtia, vnius videlicet anni, conſtructa, multitudinem fratrum clericorum, conuerſorum & laicorum in ſancta vita & religioſa conuerſatione ibidem perpetuò Domino ſeruituram, nequaquam poſſe capere propter locorum anguſtiam, de Domini *Florentij* & conuentus ſui conſilio & aſſenſu, primum omnium nouum chorum & conſequenter plura fratrum habitacula conſtruere & exaltare maturè deliberauit. Diligenti ergo omnium de his ibidem intelligentium audito conſilio, prouidâque deliberatione præhabitâ, tandem chori fundamenta in longum ſuum & latum iuxta formam ſibi congruam, vt hodie datur cernere, tunc primum coniecit, breuique pòſt tempore totum chorum cum ſuis correquiſitis ex lignis & lapidibus *Chorus in VVindeſem extructus.*

dibus debitè perfecit. Altaria quoque quatuor iam prius constructa de licentia ordinarii *Frederici Traiectenſis* Epiſcopi de locis ſuis oblata, in alia loca, vbi nunc ſunt poſita, conſecratione eorũ permanente, tranſtulit, tabulis videlicet altarium proprio ſtipiti non amotis, ſed truncis eorum artificia cœmentatiorum circa terram dumtaxat deſecatis.

Fredericus Traiectenſis Epiſcopus.

Conſtruxit autem & alia quatuor altaria, ſummum videlicet in chori ſanctuario: altare ſanctæ Crucis; altare ſanctorum *Ioannis Baptiſtæ* & *Euangeliſtæ*, & altare confeſſorum in naui Eccleſiæ, ſuis in locis aptè diſpoſita. Orientale dormitorium de nouo conſtruxit. Occidentale dormitorium cum auſtrali eidem in altitudine complanans, vt ſic primum ſolarium trium iſtarum domorum vnum fieret dormitorium cum cellis diſtinctis.

Dormitorium perficit.

1399. Anno igitur gratiæ milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono, decimo Kal. Nouemb. chorus noſter & quatuor altaria præfata cum parte ambitus noſtri circa chorum, vbi nunc corpora fratrum noſtrorum defunctorum in puluere requieſcunt, per venerabilem Dominum *Hubertum Yppuſenſem Epiſcopum*, Domini Traiectenſis Suffraganeum, eccleſiaſtico more, ritè ſunt conſecrata. Qui & dies quadraginta indulgentiarum in certis feſtiuitatibus loca ipſa viſitantibus, ſeu manus adiutrices porrigentibus, toties quoties, conceſſit. Quæ Dominus *Fredericus Epiſcopus Traiectenſis* confirmando adauxit, addens etiam dies quadraginta, prout in litteris ipſius deſuper confectis plenius continetur.

Chorus nouus conſecratur.

Indulgentiæ quadraginta dierum.

Fratres enim noſtri hanc diem deuotiſſimè cele-

celebrantes Deo creatori ſuo permaximas gratias egerunt, qui locum ſuum in *VVindeſem* ad hoc ab æterno præelegit, vt eſſet locus orationis & obſecrationis Nomini eius vſque in ſęculũ, quod Deus de cælo ſuper præſens reſpicit, glorioſâ ſuâ præſentiâ cum Angelis ſanctis honorare, viſitare & inhabitare perpetuò dignatur. In quem nos filij eius deuotiſſimi tanquam in ipſum cœlum quotidie introire, canticaque Dauidica dulci melodiâ cordibus accenſi in Dei præſentia deuotè perſonare, eumque quotidie ſuaui inſpiratione nos intus alloquentem, nobiſque reſpondentem per verba melliflua Spiritus ſancti gratiâ diuinitus inſpiratâ, noſtri cordis auribus diligenter auſcultare meritò debemus.

Sedes & ſtalla fratrum in choro.

Poſt hæc pater noſter venerabilis, ſedes & ſtalla fratrum noſtrorum choralium cum ſuis reclinatoriis & capitum velamentis de lignis quercinis, bene leuigatis, in forma competenti, ſine omni curioſitate pertinenter conſtituit & perfecit. Summum quoque altare tabulâ pulcherrimâ intus deauratâ cum ſuis imaginibus, & totam Eccleſiam cum *crucifixi*, B. *Mariæ Virginis*, & altarium imaginibus, prout tunc ipſe potuit, decenter perornauit. Domos itaque perfectas per fratres ſuos ſucceſſiuè fecit inhabitare, vt in quietis ſuis commodis fructus laborum ſuorum paulatim deguſtarent.

Summum altare decenter exornatur.

CAPVT

CAPVT XXXI.

De benefactoribus monaſterij in Windeſem *in pecuniis, prædijs & redditibus tempore patris* Ioannis Hueſden.

BEnefactores monaſterij in *VVindeſem* in eius principio notabiliores ſuperiùs Capitulo decimo iam deſcripſimus, nunc autem eos qui notabilia dona & beneficia tempore patris noſtri *Ioannis de Hueſden* monaſterio noſtro contulerũt, vnde chorus noſter, & alia monaſterii noſtri ædificia ſunt conſtructa, præſenti Capitulo proſequamur.

Cùm enim Prior noſter Ioannes præfatus, & ſui temporis conuentuales oculis ſuis corporalibus diu aſpexiſſent & corde doluiſſent, quòd prima in VV*indeſem* Eccleſia, domus & ædificia per primos patres noſtros conſtructa, multitudinem perſonarum Deo ſeruire cupientium, & hoſpitum deuotorum conſilii & auxilij gratiâ quotidie ad ſe confluẽtium, propter ſui arctitudinem iuxta primariam inſtitutionis ſuæ fundationem, capere non ſufficerent, placuit tandem omnibus præmiſſa ædificia ex toto non deſtruere, ſed in ſtatum meliorem aptioremque componere, & noua quædam vtilia pro deuotis perſonis ſuperaddere & coædificare. Verumtamen pecuniam, impenſas & ſubſtantiam quibus præmiſſa omnia, Dei & ſeruorum eius habitacula, & commoda neceſſaria conſtruerent, non habentes, totam ſpem in Domino fidenter poſuerunt, & huic ſancto eorum propoſito diui-

na

na clementia in cunctis ſe fauorabilem experimentaliter ſatis exhibuit. Corda etenim hominum rebus & poſſeſſionibus abundantium ad miſericordiam, & largas eleëmoſynas in *VVindeſem* præſtandas ſubitò inclinauit,& quoſdam prędiuites ad ſæculi contemptum,religionis ingreſſum, bonorumque ſuorum in manus Prioris de VV*indeſem* reſignationem de longè vocauit.

Hinc eſt quod diſcretus vir *Arnoldus* Biſſchop dictus, de Stauria cum coniuge ſua *Thada* ad famam vitę ſanctæ fratrum noſtrorum venit in *VVindeſem*, & aliquamdiu cum eis conuerſati, vitam eorum cum nomine cernentes concordare, ſeipſos,& omnem ſuam ſubſtantiam ſatis copioſam monaſterio noſtro tradiderunt de qua chorus noſter ſtatim fuit conſtrüctuis, & quatuor terræ iugera in *VVye* parochia, pro ducentis ſcudatis Franciæ etiam ſunt comparata. Vnde fratres noſtri tāti beneficij non immemores, ipſi *Arnoldo Biſſchop* ad plurimam ſuam inſtantiam, conuerſorum habitum libenter tradiderunt, & coniugi ſuæ *Thada* vitę & victus neceſſaria, quamdiu maritus quondam ſuus, frater noſter *Arnoldus* vixit, in *Zvvollis*, & poſt eius obitum in domo ſororum circa monaſterium vſque in diem mortis ſuæ largiſſimè prouiderũt, duas ſorores illi ad ſeruiendum & pro communi laborandum gratanter adiungentes. Quâ defunctâ domus illa ſororum integrè eſt deſtructa, & illæ duæ ſorores ad alias domos ſororum per patrem noſtrum ſunt directæ.

Arnoldus Biſſchop cum vxore ſua hæreditatem ſuam offert Monaſterio VVindeſemenſi.

Fit conuerſus.

Venerabilis etiam quidam canonicus *Traiectenſis* Dominus *Ghysbertus Vinſtinc*, præpoſitus *Offenſis*

Gyſbertus Vinſtinc monaſterii

VVindeſemenſis fautor ſingularis.

Foſſenſis monaſterii noſtri fautor ſingularis, cum à duobus fratribus noſtris ad ſe miſſis rogaretur, vt pro nouis ædificiis in *Windeſem* conſtruendis certam eis pecuniæ ſummam ipſi ſuo tempore libenter perſoluendam, concedere dignaretur, vultu placido hilariter reſpondit: Fratres mei dilectiſſimi, faciam id libenter. Magnam igitur pecuniȩ ſummam coram ipſis in menſa depoſuit, dicens: Mille florenos aureos exinde numerate. Quibus iuſſa complentibus, & quoſdam aureos an iuſti ponderis eſſent, & cantantes, propter ſolutionem tentantibus in fine reſpondit: Ecce patres mei chariſſimi. Iſtos mille florenos aureos in vera charitate qua vos diligo gratis vobis tribuo. Orate pro me. Qui ipſâ rei nouitate ſtupefacti, omnium bonorū largitori Deo, & huic benefactori tam liberaliſſimo grates immēſas referebant, fratrū ſuorum orationibus ipſum perpetuò cōmendandum fideliter promittentes.

Fia VValuis donatio.

Deuota de Traiecto matrona, *Fya VValuis* nomine centum dedit nobilia monaſterio noſtro in *VVindeſem* cum ornamento blauio per totum holoſerico: dedit & centum nobilia Capitulo noſtro Generali.

Gertrudis de Emneſſe liberalitas.

Gertrudis de Emneſſe etiam de *Traiecto* dedit noſtro monaſterió ſimiliter centum nobilia. *Adolphus de Suten* ducenta ſcudata Franciæ. *VVilhelmus Comes* Hollandiæ centū ſcudata Franciæ, & blauiam caſulam dupliciter holoſericā. Magiſter *Gerardus Mumme zvvollenſis* vicarius ducentos florenos Rhenenſes & *Thomam* ſuper Euangelia in magnis voluminibus. Dominus *Ioannes Ellinchen* curatus totum corpus Bibliæ in tribus voluminibus optimè conſcriptum, centum corona.

Digitized by Google

ronatum in valore. Dominus *Ioannes Clunſovet,* ſigillifer *Monaſterienſis Epiſcopi* ducentos quadraginta tres florenos Rhenenſes. *Gerardus Oldenmel* centum ſeptuaginta Franciȩ coronas. *Geſa de Dauentria*, mater fratrum noſtrorum *Gerlaci* & *Andreæ* ducentos florenos Rhenenſes. *Elizabeth Oems de Traiecto*, trecentos florenos & caſulam. *Aleydis de VVael* ducentos florenos Arnemmenſes, *Beatrix Mulers de Vullenhoe* quinquaginta florenos Bauariæ. *VVilhelmus Egbard* Hollandiæ theſaurarius quadraginta quinque florenos Arnemmenſes, & *Gertrudis Codeneters,* Martha quondam noſtra, dedit nobilia quinque.

Varii benefactores Monaſterii VVindeſemenſis.

His de notabilioribus noſtris pecuniarum largitoribus in *VVindeſem* donatis ſuccinctè præmiſſis, de his quoque qui viginti & infra florenos dederunt monaſterio noſtro in ſumma, pecuniis etiam quæ ex parte fratrum noſtrorum profeſſorum nobis prouenerunt hoc loco breuitatis cauſa prætermiſſis, agros nobis tunc datos in ſumma proferamus. Agri enim iugera ſeu manſi tempore patris noſtri *Ioannis de Hueſden* monaſterio noſtro acquiſiti centenarium numerum notabiliter ſupergredi comprobantur. Sic & annui redditus & prouentus monaſterio noſtro ſuo tempore conquiſiti, eundem numerum centenarium non parum excedere dignoſcuntur; demptis bonis in Zelandia, vnde plura florenorum centenaria annuatim ſubleuamus.

Agri & redditus Monaſterio collati.

Ecce quanta bona temporalia ſub patre noſtro præfato diuina clementia nobis donari diſpoſuit pro competenti fratrum noſtrorum in obſeruantia perſeueratione & debita ſuſtentatione.

Patres

Digitized by Google

Patres itaque noſtri primitiui nobis laborauerũt, & bona neceſſaria prouiderunt,& nos in labores eorum introiuimus. Bonorum ergo operum, & orationum noſtrarum deuotarum vicem reciprocam eiſdem noſtris patribus, & cunctis noſtris benefactoribus vſque in finem ſæculi meritò & gratanter reimpendere debemus.

Capvt XXXII.

De his quæ pater Ioannes Hueſden *in vita ſua in* VVindeſem *conſtruxit, & impendiis, quæ ad conſtruendum præparauit, & de conſecratione cœmeteriorum; & fine vitæ ſuæ.*

SIc pater venerabilis de prædictis pecuniis chorum noſtrum, vt diximus, & domos dormitorii, Orientalem & Auſtralem de nouo conſtruxit, occidentalemque domum altius ſubleuauit. Inferius in his domibus, primo circa chorum fecit ſacriſtiam & domum Capituli, cellam Prioris, & duas cellas alias verſus Orientem, deinde calefactorium, fratrum refectorium & conuerſorum ad plagam Auſtralem, ſub quibus magnum cellarium, cæmento & lapidibus bene teſtudinatum, pro panibus & potibus, ceteriſque ſimilibus conuentui reſeruandis; dehinc verſus eccleſiam plures cellas diuiſas pro deuotis clericis ſeu etiam conuerſis ad Occidentem conſtituit. Superius in his domibus in quadrum cunctis fratrum fecit dormitorium

Digitized by Google

torium viginti quinque cellarum, ſecundum numerum alphabeti, cum tranſitu lato & penè lapideo; lapideum ſimiliter fecit laicorum, & infirmorum refectorium, & in medio eorum coquinam omnibus refectoriis, & etiam hoſpitibus bene deſeruientem. Fecit & agriculturæ domum longam ſatis & latam pro laicorum habitationibus, & eorum neceſſariis operibus: medium eius ad triturandum, latera pro pecudibus, cum quatuor *machalibus* pro bladis conſeruandis. Duas magnas fecit portas ad vias vtraſque ibidem pertranſeuntes, & circa vnam portam domum portarii, vt ibi de panibus, carnibus & piſcibus, butyro, caſeis, ciborumque reliquiis à conuentu deportatis, diuerſis pauperibus in magno ſæpè numero illic quotidie confluentibus, nemine prætermiſſo, cibum daret & poculum, & portam pulſantibus confeſtim aperiret. *Erga pauperes miſericordia.*

Murumque lapideum per totum monaſterium in competenti altitudine vndique circumduxit, in cuius vno latere circa præterfluentes aquas officinas lotionibus, & paruas quaſdam domunculas ad diuerſa correquiſitas, vtiliter adaptauit. Nemus paruum arborum quercinarum inter agriculturæ domum & coquinam, ad certam ab inuicem diſtãtiam cum chorda menſuratam, per nos fratres plantauit. Pomeriumque fructiferum diuerſis arborum generibus conſitum, per fratrem *VVilhelmum Vornken* tunc nouiter profeſſum, circa fratrum dormitorium amœniter diſpoſuit. *Pomerium.*

Et quia eccleſia noſtra in *VVindeſem*, & domus circa tranſitum exteriorem anguſtæ & baſ-

ſæ nimis adhuc erant, ita vt laicorum noſtrorum & hoſpitum multitudinem quotidie aduentantium, præſertim tempore Capituli Generalis, ſimul capere non poterant, de conſilio fratrum ſuorum multa materialia, impenſas & correquiſita in lignis, lapidibus & cæmentis, aliiſque ſimilibus pro noua maiori eccleſia à fundamentis conſtruenda, & pro præmiſſis domibus circa ſecundum tranſitum ædificandis, pro tanti nominis monaſterio, omnium modernæ reformationis principio præparare deliberauit. Lapides ergo de terra pingui & argilloſa ſuper ripam *Yſele fluminis de Rheno* deſcendentis, per fratrum & laicorum, mercenariorumque laborem in magna decoqui forma mãdauit, numero trecenta quinquaginta millia, quos extrà circa chorum in pomerio aggregauit. Calcem quippe viuam, lapideam nuncupatam, trecentarum quinquaginta tunnarum de partibus *Rheni* nauigio ſibi fecit adduci; quam modica cum aqua, mixtâ arenulâ, in partem pomerii in foſſa humo contexit. Aſſeres etiam quercinos vulgariter dictos *VVagenſcot* in numero millenario comparatos, in alia parte pomerii ſub dio collocauit. Trabeſque & poſtes & reliqua lignorum genera magis imputribilia in quantitate non modica, ſimiliter adunauit.

Yſele fluuius.

1413. Anno igitur gratiæ milleſimo quadringenteſimo tertio decimo, octauo idus Maij Dominus *Matthias Biduanenſis Epiſcopus*, Reuerendi in Chriſto patris Domini *Frederici de Blankenhem Traiectenſis* Epiſcopi Suffraganeus, per venerabilem patrem *Ioannem Priorem noſtrum* vocatus & rogatus,

Matthias Biduanenſis Epiſcopus & Suffraganeus Frederici de Blankenhem Epiſcopi Traiectenſis.

tus, Pontificalibus paramentis indutus, conſecrauit in *VVindeſem* ſacriſtiam, domum Capituli, tranſitum Orientalem ante domum Capituli, & tranſitum Auſtralem ante refectorium, ac deinde cellas clericorum & conuerſorum, ac etiam Procuratoris, vſque ad ecclesiam, foraminibus ſeu oſtiis de cella in cellam factis in muris intermediis, ita vt muris illis depoſitis, mortui ibidem poſſent ſepeliri, & communis fratrum tranſitus iam conſecratus conſtitui. Conſecrauit ambo noſtra viridaria; vnum intra dormitorium, ſeu fratrum choralium tranſitum; alium exterius, intra conuerſorum & laicorum noſtrorum tranſitum, in quo nunc laici & conuerſi noſtri ſepeliuntur.

Præfatus autem Suffraganeus *Matthias* nuncupatus Ordinis Prædicatorum, in craſtinum tunc ſe tranſtulit in *Veluam* partis *Gelriæ ad Montem ſancti* Hieronymi *trans Yſelam*, vbi paruam eccleſiam, altare & cœmeterium pluribus de *Zvvollis* presbyteris, clericis & laicis, nobiſque pręſentibus, ſimiliter conſecrauit, quod initium fuit conſecrationis loci eiuſdem & congregationis. Sed quia decem florenos Rhenenſes pro fatigis & expenſis ſuis accipere tunc recuſauit, litteras conſecrationis præmiſſorum omnino dare noluit, humiliter ſupplicatus: ideoque facto prandio cum indignatione receſſit. Notarium ergo ibi præſentem *Ioannem in Zvvollis* cuſtodem cum teſtibus tunc præſentibus iuridicè requirentes, inſtrumentum iam factæ conſecrationis omnium

præmiſſorum in publica forma ſibi fieri poſtularunt & receperunt. Quia enim pauperes presbyteri, & clerici illi tunc adhuc erant, magnam pecuniæ ſummam.vt Suffraganeus exegerat, dare non poterant. Centum enim florenos blauios de conſecratione *Zvvollenſis* Eccleſiæ dicebatur accepiſſe, cuius etiam conſecrationi interfuimus. Et quia Suffraganeus iſte fuerat ſimoniacus, malum finem accepit. Terribilia enim quæ dæmones ante mortem, & exhalationem ſpiritus eius ſecum in lecto extremæ ægritudinis ſuæ peregerunt, antequam animam eius de corpore exire compellerent, horribile fuit audire.

Mors & finis ſimoniaci.

His igitur ritè peractis, plurimiſque impendiis pro noua eccleſia, & ceteris domibus de nouo ædificandis pro bono principio procuratis, & in vnum recollectis venerabilis pater noſter *Ioannes de* Hue*ſden*, quia aſthmaticus erat, & in pectoralibus valde conſtrictus, viribus corporis cœpit paulatim deficere, & in termino anni viceſimi quarti ad exitum appropinquare. Et quia nouam ędificationem præmiſſorum non potuit in vita perficere, idcircò reliquit ea ſucceſſori ſuo, impendiis pręparatis, vt Dauid Salomoni, conſummare.

Vltima voluntas & petitio Ioannis de Hueſden à fratribus.

Quatuor verò puncta ante extrema ſua fratres rogauit perpetuò obſeruare, videlicet vt cibum „ & potum in vaſis ligneis ſeu lapideis, & nunquam in ſtanneis ſibi apponi procurarent; & „ cum iter agerent, equitare deuitarent; veſtes „ petiatas & bene detritas deferre non negligerēt; „ carnéſque bullitas, aliterue decoctas, ſed nunquā „ veru aſſatas manducarent.

Hic

Hic ergo finis eſt operum & ędificiorum per Priorem noſtrū *Ioannem de* Hueſden peractorum: cuius vitam, mores & virtutes in libro de viris illuſtribus monaſterii noſtri de *VVindeſem* vtcumque digeſſimus.

Capvt XXXIII.

Quod frater Gerardus Naeltvvijc *Prior factus poſt eum, Prioratum reſignauit, & de vita & conuerſatione* VVilhelmi Vornken *poſt eum in Priorem electi.*

Poſt ipſum frater noſter *Gerardus Naeltvvijc*, tunc noſter procurator electus fuit in Priorem, vir Deo plenus, prudens ac deuotus, & multum timoratus. Qui à multa humilitate valde in animo ſuo depreſſus, curam tanti monaſterii, & Generalis noſtri Capituli, animo ferre non ſuſtinens, verumetiam & honorem in tali officio ſibi exhibitum pœnam potius & tormentum, quàm gloriam ſentiens & honorem: anno dimidio in officio nondum expleto, precibus inſtantiſſimis abſolutionem petiit & obtinuit. Quatuor enim Prioribus ante Generale Capitulum ad ſe accerſitis, Prioratus officium in eorum præſentia conuentui reſignauit: qui tamen noui Prioris electionem propter Generalis Capituli reuerentiam, vſque dum celebraretur, differendam iudicauerunt. *Gerardus Naeltvvijc Prior.* *Reſignat Prioratus officium.*

In quo quidem generali Capitulo alius frater conuentus noſtri, *Wilhelmus Vornken* de *VVilhelmus VVornken.*

in Priorem electus, confirmatur.

Traiecto, tunc Prior in *Monte S. Agnetis*, in Priorem de *VVindeſem* electus, & per Generale Capitulum confirmatus. Qui primum in *Leyderdorp* per annum, & in *Monte ſanctæ Agnetis* per decem & ſeptem annos, ac deinde in *VVindeſem* per viginti & nouem annos Prior exiſtens, dicta monaſteria & totum Generale Capitulum in bona rexit diſciplina. Fuit enim vir vitæ venerabilis, Deo & hominibus dilectus, naturalibus & ſpiritualibus donis multifariè inſignitus, naturali ingenio pollens, ætate & æuo maturus, ſtatura æqualis, corpore fortis, caluitie vetuſtus, canitie venerandus, vultu decorus, ore ſerenus, eloquio circumſpectus, moribus maturus: bonorum morum amator, diſciplinæ conſeruator, cõſilio prouidus, opere magnificus, contemplatione ſuſpenſus, afflictis compatiens, tentatis conſolatorius, duris & peruerſis rigidus & ſeuerus. Inter humiles humilior, inter verecundos verecundior, inter ſapientes ſapientior, in aduerſis magnanimus, in proſperis Deo gratias agens, & in omni opere ſuo diligens & exemplaris. Ita ſibi erat rigoroſus vt quæ agenda docebat, prius opere demonſtrabat.

Dotes eius.

Chorum & conuentum die ac nocte vſque ad extrema ita alacriter & feruenter frequentabat, vt omnes nos ſenes cum minoribus miraremur, ita quod ſimilem ei in prælatis in huiuſmodi necdum vidimus vel audiuimus. Quinque & eò amplius horis vidimus eum aliquando in choro perſeuerantem, nuſquam diuertentem, neque neceſſitatis cauſa etiam hyemis tempore de choro exeuntem. Pſallebat deuotè, iucundè & ſonorè, tubalem habens

Deuotio ſingularis & pietas.

bens vocem dulciter reſonantem, quam in feſtis præcipuis paternaliter ac ſolemniter extendere conſueuit. In otio nunquam fuit otioſus, ſed aut ſcripſit, aut ſtuduit, aut compunctioni operam dedit, aut certè de ſibi commiſſis cogitauit.

Solitudinem valde amauit & eam ſæpe nobis commendauit. Vnde & *Franciſcum poetam laureatum* de vita ſolitaria multo tempore frequentando perlegit. Inter cetera ſua exercitia, compunctioni cordis familiarius inhærebat; annos ſuos Priores quos in ſæculo perdiderat, in amaritudine animæ ſuæ ſolitus ſæpè recogitare. Aliquando tamen memor Dei ſui & beneficiorum eius, non parum delectabatur in Domino, gratias ei agens ex intimis viſceribus de ſua conuerſione, & interiori illuminatione, videlicet, quod eum eripuit de poteſtate tenebrarum à præſenti ſęculo nequam, à vinculo coniugali, quo penè fuerat alligatus, quod ad iuſtorum congregationem, ad ſanctæ religionis habitum, ad Sacerdotii gradum fuerat à Deo vocatus, taliquè modo in Dei & ſui ipſius agnitionem deductus, experimento didicit, quod poſt tam multa ſua mala, tam infinita bona à Deo ſuo ſine ſuis meritis recepit; vnde quandoque ex iſtis compunctionibus prorupit in planctum, & Auſtro perflante, in cordis lætitiam & cantum ſtatiem. Et quamuis omne tempus, quando vacabat, ad hoc ſibi congruum fuit & aptum, nocturno tamen tempore ad huiuſmodi exceſſus & ſanctas meditationes maximè ferebatur: fratrum vigilias præueniendo vel ſubſequendo.

Text. Sollicitudinem melius ſolitudinem.

Compunctio.

Agit Deo gratias pro beneficiis acceptis.

Meditatio.

Digitized by Google

Pręterea quia feſtum *Epiphaniæ* præcipuum eſt de gentium vocatione ad veri luminis & ſummę veritatis agnitionem, in hoc ſuam pręfiguratam intelligens vocationem, ipſum feſtum ſingulis annis deuotiſſimè celebrauit. Simili fecit modo in feſto dedicationis Eccleſiæ noſtræ, recolens ſe Deo myſticè dedicatum, quando ſanctę religionis habitum aſſumens, in nouitatem vitæ ſpiritualis ire & proficere Deo repromiſit. Miro etiam modo ad incarnationis Chriſti myſterium affici conſueuit, nec tunc ſatiabatur conſiderare altitudinem conſilij diuinæ bonitatis ſuper ſalutem generis humani. In hunc etiam modum reuerenter, & deuotè afficiebatur ad venerabile Sacramentum, maximè quando celebrauit.

Particularia feſta ſanctificat.

Deuotionis exercitium in ſe & ſibi ſubiectis plurimùm amauit, & ideò poſt celebrationem ad quietem ſe poſuit, gratias Deo perſoluendo, ſeu ſupernæ dulcedinis guſtum humiliter flagitando, aut realiter experiendo, aliquando in ſacriſtia, aliquando in choro, vſque ad ſignum refectorii perdurando. Sic fecit, & poſt veſperas vſque ad ſignum cænæ vel collationis in ſtallo ſuo permanendo. Illum autem ex animo charum ſemper habuit, qui ſe huic ſtudio ſemper aptauit, & fratres ad hoc ipſum ſæpius incitauit; omnium ſpiritualium exercitiorum, hominum religioſorum finem eſſe dicens, „*Guſtare & videte quoniam ſuauis eſt Dominus*; & ipſam „diuinam dulcedinem frequentius experiri, ac per „hanc ſpiritus deguſtationem opera noſtra ſancti„ficari & ſapida nobis fieri.

Finis religioſorum eſt guſtare & videre quam ſuauis eſt Dominus.

Quamuis autem venerabilis hic pater in latitu-

titudine cordis ſui interiús ſecum habitauit, tamen inter homines non gratiâ ædificationis magnâ conuerſatus fuit. Sermo eius in gratia, ſale conditus fuit pauca loquens ſed efficacia. Dicebat enim religioſum ita parcum eſſe debere in verbis, ſicut auarus in nummis exponendis; ipſe quidem aures ſimplicium verbis iucundis demulcebat, quæ magis intelligentibus grauitatem, & magnam ędificationem ingerebant. vnde & in authoritate & quaſi authentica reputabantur. Cúm enim ad omnes tam ſpirituales quàm ſeculares pro tempore, loco, cauſa, & ſtatu loqui habebat, verba bona & ædificatoria proferebat, vt cunctis gratus & ſolatioſus eſſet. In propoſito ſtabilis fuit & efficax in opere; non modò ſic, modò ſic, ſe mutando per ſingula, ſicut pleriſque moris eſt, ſed quod mente concepit, quamuis non ſtatim, per ſucceſſum tamen temporis effectui mancipauit. Clericis aduentantibus & nouitiis dicere conſueuit, *vt non à tepore, ſed à feruore vitam inciperent emendare.* Melius enim *bonum principium quàm medium*, ſecundum Prophetam.

Religioſus debet eſſe parcus in verbis.

VVilhelmi in omnibus constantia eadem & perſeuerantia.

Secularium hominum conſortia quantum valuit à ſe abdicauit, & vbi propter monaſterii negotia & aliorum neceſſitates id facere non potuit, tunc familiarem & affabilem ſatis ſe illis exhibuit, non tamen ſine gemitu maximè potentibus dolēs, quod ipſis magis erat ſupplicandum quàm imperandum, applaudendum quàm corrigendum, dicens illud iudicum: *Neſcis Sampſon quod Philiſtijm imperant nobis?*

Iudicum 15. v. 11.

In arduis negotiis cum Moyſe ad tabernaculum Domini cucurrit, ibi Dominum conſuluit, ibi

In arduis ad Deum recurſus.

ibi deuotè orationibus incubuit, magis orationi ſuæ & aliorum deuotorum confidens quàm propriæ induſtriæ, plus ſcripturæ ſanctæ quàm propriæ ſapientiæ.

Infirmorum viſitatio.

Circa ægrotantes compaſſiuè, piè & fideliter ſe exhibuit, aſtitit & viſitauit, viſitanteſque commendauit, & quia in multiloquio rarò deeſt peccatum, dicebat infirmos ſæpe viſitandos, ſed non diu apud eos permanendum, quoniam vaniloquia & detractiones plurimùm perhorrebat, quę plerumque ſubrepere ſolent vbi plures conueniunt, & verba multiplicantur. Infirmitate ingraueſcente, alacriter ſemper accurrit, communicauit & inunxit, commendationes, pſalterium, & totum officium defunctorum ſine mora peregit, fratres ſuos ad idem faciendum hortatus eſt, dicens: *Mei fratres*, imitemini modò Abraham, " Loth fratrem ſuum captum audiens, qui nume- " rauit vernaculos ſuos expeditos, trecętos decem " & octo, & diuiſis ſociis irruit ſuper hoſtes nocte, " & percutiens eos, reduxit omnem ſubſtantiam, " & Loth fratrem ſuum: ita & nos cum fratre no- " ſtro faciamus, à diaboli captiuitate & pœnarum " cruciatibus, ſi in eas inciderit, ipſum liberantes.

Oratio pro defunctis patribus.

Geneſ. 14. v. 14. 15.

Diligens cuſtos ſilentii fuit debitis temporibus, quãtum officium ſuum permiſit, maximè in locis ſilentio deputatis. Non habuit parem inter noſtros, qui magna ex parte Bibliam, & totum penè pſalterium nouerat moralizare & myſticè interpretari. Ipſe non ambulauit in mirabilibus ſuper ſe, ſed inutilem ſe ſeruum frequenter proclamauit. His & huiuſmodi virtutibus ditatus, ac de die in diem magis proficiens ad ſenilem peruenit ętatem.

Humilitas eius.

I Cap.

Digitized by Google

CAPVT XXXIV.

De expulſione fratrum de VVindeſem, Bethleem, & Monte ſanctæ Agnetis, *propter obedientiam Sedis Apoſtolicæ, & aliorum deuotorum; & reditu eorum.*

TEmpore Prioratus eius, conuentus noſter de *Windeſem*, pluraque Ordinis noſtri monaſteria, cunctique deuoti viri & ſorores deuotarum congregationum in oppidis & villis Tranſyſelanis, Deo fideliter ſeruientes, multas & graues perpeſſi ſunt aduerſitates, damna rerum temporalium; aliquæ ſorores in domibus ſuis incluſiones, & tandem plures à monaſteriis & locis ſuis exilia & expulſiones propter firmam Apoſtolicæ Sedis obedientiã, à qua recedere & prophanare nefas eſſe duxerunt, mortem potiùs ſubire, omnia bona ſua temporalia perdere, de patria exulari, & cũcta ſuper eos poſſibilia euenire, forti animo tolerare, quàm Sædi Apoſtolicæ non obedire, & contra propriam conſcientiam in crimine ſeu in diuinis cum excommunicatis participare, & quam cum illis prophanare, maluerunt, & conſtantiſſimè propoſuerunt. Cuius cauſam & originale exordium altiùs repetendo paucis explicemus.

Inclytus ac reuerendus pater Dominus *Fredericus de Blankenhem*, vir glorioſus, bene litteratus, & ab omnibus terræ circumuicinæ princi- *Fredericus de Blankenhem.*

principibus plurimùm honoratus, & in condigna reuerentia habitus, Dei omnipotentis adiutorio Epiſcopatum ſuum *Traiectenſem* annis triginta honorificè ac ſtrenuè gubernauit, multiſq; potitus victoriis, pacem eccleſiæ & terræ ſuæ bonam fecit, conſeruauit, & reliquit. Fuit enim columna Sacerdotum, ſtella clericorum, pater religioſorum, amicus omnium deuotorum, defenſor pupillorum, vindex iuſtorum, gloria prælatorum, lætitia ſubiectorum, dignitas ſeniorum, probitas iuuenum, celſitudo doctorum, pulchritudo magiſtrorum, diſciplina ſcholarium, armatura militum, ſcutum pugnantium, terror hoſtium, fortitudo ciuium, decus nobilium, honorificentia principum, & laus magnatorum. Et quis laudes eius dignè poterit enarrare? In diebus eius optima fuit diſpoſitio terrę *Traiectenſis*, honeſtas in prælatis, pietas diuini cultus in presbyteris, deuotio in religioſis, caſtitas in virginibus, feruor fidei in populis, ſtrenuitas in iudicibus, & opulētia in verbibus. Et quia Deum timebat, eccleſiam ſanctam honorabat, cunctóſque Deo ſeruientes amabat & defenſabat, ideoque ſuperna maieſtas ab inimicis circumiacentibus ipſum ſemper tutum reddebat, ſubiiciens ei rebelles nationes terminos eius inuadere moliētes; quas in deditionem ſuſcipiens, terras eorum diœceſi ſuæ adiecit. Et ſic actis mirificis tempora ſua decorauit, vt tunc *Traiectenſi* patriæ aurea ſæcula viderentur condonata. Floruerunt etiam tunc *Zvvollis* & *Dauentriæ* magna ſtudia litterarum, ac de diuerſis mundi partibus ingens caterua ſtudentium, longè latéque ibidem confluebat. Hic præſul venerabilis prudens & litteratus,

Eius dotes.

Seculum aureum in diœceſi Traiectenſi.

Zvvollis & Dauentriæ ſtudia litterarum florent.

ratus, mores ſciens ciuitatum, partialitates quorundam optimatum, eorumq́ue inſolentias, magnâ diſcretione & virtute eos ſæpè compeſcuit & ſubegit. Poſt mortem, inquit, meam ſcient „ *Traiectenſes* quod bonum Dominum habuerunt. „ Omnes enim volunt dominari, nec Dominum „ ſuper ſe ſuſtinere, ideo ipſis malè ſuccedet. Et „ verum prædixit quia poſt eius tranſitum minus enorme & longum ſchiſma tam in clero quàm in populo vidimus exſurrexiſſe.

Anno igitur Domini milleſimo quadringenteſimo viceſimo tertio clariſſimo præſule iam præfato humanis rebus exempto, Canonici quatuor eccleſiarum *Traiecti*, ad *S. Martinum*, ad *S. Saluatorem*, ad *S. Mariam*, & ad *S. Petrum*, omnes in electione Epiſcopi *Traiectenſis* vocem habentes, nobilem virum Dominum *Rodolphum de Diepholt* in ſuum Epiſcopum poſtulauerunt. Quem Papa *Martinus quintus* illiteratum & penè idiotam audiens nullatenus voluit confirmare, ſed Spirenſi præſuli Epiſcopatum tradidit *Traiectenſem*. Ad quem accedens Dominus *de Culenborch maioris* eccleſiæ *Traiectenſis præpoſitus*, dictum Epiſcopatum à Spirẽſi antiſtite viâ permutationis, & à Papa *Martino*, confirmationem obtinuit, ſed ciuitates *Tranſyſelanæ Dauentria*, *Campis*, *Zvvollis*, cum militaribus & populis ſibi conuicinis eiuſdem diœceſis, ſuo *Rodolpho* poſtulato firmiſſimè adhæſerunt. Quem Papa *Martinus* primum, deinde, *Eugenius quartus*, poſt eum, cum omnibus ſuis complicibus adhærẽtibus & fauentibus excommunicari mandauerunt, & ſtrictiſſimum interdictum per totam diœceſim obſeruari. Dominus *Zvvederus de Culenborch* in *Baſileenſi* Concilio

1423.

Rodolphus Diepholt in Epiſcopum Traiectenſem poſtulatur.

Martinus Papa V.

A Pontifice reiicitur.

Suederus de Culenburch in Epiſcopum Traiectenſem confirmatur.

Schiſma in Eccleſia Traiectenſi.

Eugenius Papa IV.

Excommunicatio & interdictum.

Digitized by Google

cilio poſt hoc deceſſit. Omnes ergo ciuitates, oppida & caſtella, omniſque populus terræ cum aliquibus de clero *Traiectenſi*, appellatione ad Papam melius informandum, ad futurum Papam ſeu ad Concilium Oecumenicum interpoſitâ, interdictum ſeruare contempſerunt, ſolis religioſis & Deum timentibus id pro poſſe ſeruantibus. Vaſſalli igitur patriæ, Proconſules, Scabini, & communitates ciuitatum poſt longum ſeruatum interdictum nimium exacerbati, animo indurato compellebant monaſteria diœceſis *Traiectenſis*, aut appellationi *Domini Rodolphi*, proconſulum & patriæ debere adhærere, aut de ſuis monaſteriis, & de terra exire, quia ipſos in terra nullatenus de cetero vellent ſuſtinere, niſi eccleſiaſtica cantica & ſumerent, & diuina coram eis publicè celebrarent. Acta ſunt hæc anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo nono. Quibus auditis pater *VVilhelmus* Prior noſter in *VVindeſem*, conuocatis
1429. Prioribus de *Zvvollis* & de *Monte* noſtri Ordinis, concordauit cum ipſis & ſuis conuentibus, quod potius iratis contra ſe terrarum populis cedere vellent, & pro iuſtitia agonizare & exulare, quàm contra Apoſtolicæ Sedis mandata eorum præceptis conſentire, in ſcandalum omnium deuotorum presbyterorum, & clericorum diuerſarum congregationum, & quorundam ſecularium canonicorum & vicariorum, qui iam à terra, propriis domibus & ciuitatibus ſuis derelictis, ex magna parte diſceſſerant, ſęcularibus quibuſdam presbyteris & canonicis ipſum interdictum violantibus, & coram ſic excommunicatis & interdictis in ſingulis villis & ciuita-

Digitized by Google

ciuitatibus diuina celebrantibus, & eccleſiaſtica Sacramenta populo miniſtrantibus.

Conuenerunt itaque in vnum Canonici quidam *Traiectenſes*, Proconſules, Scabini & poteſtates oppidorum præfatorum, & noſtra intrantes monaſteria vnum poſt aliud, fratribus in choro congregatis edictum propoſuerunt, vt aut ſtatim cantarent, & diuina intermiſſa coram eis reſumerent, aut de patria & monaſteriis ſuis exirent. Tunc vna omnium tam fratrum quam conuerſorum & laicorum conuentuum prædictorum fuit ſententia, vt Apoſtolicæ Sedis ſeruatâ obedientiâ ipſi potius exularent, & ad peregrinandum ſe darent, quàm contra propriam conſcientiam propter temporalia ſua conſeruanda prophanarent. Et cùm iam exire cogerentur, quidam eorum tum bonâ voluntate exeuntes, alij per vim de choro & eccleſia ducti & extracti, extra diœceſim *Traiectenſem* dominii temporalis eorum perrexerunt, paucis infirmis fratribus, & quibuſdam laicis pro eorum & monaſteriorum cuſtodiis in ſingulis domibus derelictis.

VVindeſemenſes cum aliis eligunt potius exulare, quam Apoſtolicæ Sedis interdictum violare.

Prior ergo de *VVindeſem* cum ſuo conuentu perrexit ad monaſterium Ordinis noſtri in Comitatu de *Benthem Vrendeſvveel prope Northorn*, quia Prior dicti monaſterii latus valde fuit in charitate & filius conuentus de *VVindeſem*. Prior de *Zvvollis* cum ſuo conuentu *Trans Yſelam* ad partes *Gelriæ* emigrauerunt. Prior & conuentus de *Monte ſanctæ Agnetis* verſus Friſiam nauigio perrexerunt ad monaſterium *Ludinkerka* noſtri Ordinis, in quo olim abbates pręeſſe conſueuerant, quod iam per patres de *VVindeſem* & de *Mõte* inchoa-

VVrendeſvveel.

Ludinkerka.

Exilium Canonicorum Regularium pro Chriſti nomine & Eccleſiæ Dei obedientia.

inchoatum fuerat reformari. In quo tribus annis pro Chriſti nomine, & eccleſię Dei obedientia non ſolum notabili fructu patientię, & profectu illius monaſterii à patria ſua relegati permanſerunt.

1432. Anno igitur Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo data eſt licentia patribus & fratribus religioſis, deuotis presbyteris,& canonicis ad monaſteria, & ad loca ſua redeundi, quę propter Apoſtolicum interdictum ſeruandum reliquerant, paucis exceptis, qui partialitatis cauſa ſuſpecti habebantur. Miſſus enim erat *Matiſkomenſis Epiſcopus*, *Apoſtolicæ Sedis Legatus*, Doctor decretorum, ad componendum pacem, tollendum interdictum contra illuſtrem Dominum *Rodulphum* tunc poſtulatum, poſtea verum T*raiectenſem* Epiſcopum. Multi igitur prælati & religioſi congregati ſunt in oppido V*ianenſi* propè T*raiectum* ad Legatum ſupradictum, & poſt amicabilem cum eodem Domino Legato concordiam, Priores de *VVindeſem* & de *Monte* cum aliis multis deuotis patribus presbyteris & obedientiariis T*raiectum* cum lętitia introierunt. Deinde ſinguli cum ſuis cõuentibus reuerſi ſunt ad propria monaſteria, manipulos pacis pro longo exilio, quo extra diœceſim exulati ſteterant, tunc reportantes, Deum in omnibus bonis ſuis collaudantes, qui percutit & medetur, vulnerat & ſanat, gaudentes in Domino & gratias agentes quod pro eius nomine exulare, & ante aſſumptionis B. *Mariæ* diem redire meruerunt.

Reditus eorũ ab exilio.

CAPVT

CAPVT XXXV.

De conſtructione domorum ad Auſtrum & occidentem circa ambitum monaſterii noſtri exteriorem, & ambitus illius, altaris quoque & campanæ conſecratione.

HIc pater venerabilis cum diues eſſet in ſeculo, cunctas mundi diuitias, honores & delitias propter Chriſtum contemnens, veram rerum paupertatem, ciborum inſipiditatem, veſtimentorum attritionem & vilitatem, ædificiorum humilitatem in omni vſu ſuo vbique prælegit, & quæ ſemel contempſerat, reaſſumere nefas ducebat. Hinc eſt quod Prior factus in *VVindeſem* non magna noua ædificia, ſed paruas quaſdã domunculas, vbi coëgit neceſſitas, de nouo conſtruere, & antiqna patrum tuguria humilitatem preferentia in eſſe ſtuduit conſeruare. *Humilitas ædium.* Tantum ergo lapidum, cæmenti, aſſerum & lignorum congeſtam multitudinem ſenſim & per partes diſtrahere geſtiebat, ne quid magnum ſuo tempore de nouo conſtruere cogeretur, longè aliam quam ſuus prædeceſſor, illiuſque temporis ſeniores, habens conſiderationem. Illi enim ad omnes homines in charitate dilatati, Dei templum & ſeruorum eius habitacula ampliare deſiderabant; iſte autem ad ſeipſum, & ad ſuos reflexus cunctarum rerum paupertatem, eccleſiarum ac domorum humilitatem, & aliqualem in omnibus egeſtatem pertulit ſemper & præamauit. Præfatos enim mille aſſeres,

propter guerras imminentes vendidit, quædam millia lapidum pro nouis eccleſiis & domibus ędificandis diuerſis monaſteriis erogauit: refectorium laicorum parumper dilatauit, & murum paruum lapideum per hortum coquorum circumduxit.

Videntes autem fratres piam patrum ſuorum intentionem de noua eccleſia, & nouis domibus ædificandis per huiuſmodi impenſarum earum diſtractionem omnino fruſtrari, minus benè fuere contenti, ideoq́ue frequenter in colloquiis conuentualibus, & etiam priuatis cum eodem venerabili patre noſtro *VVilhelmo* ſuper his conferentes, humiliter & inſtanter ſupplicarunt vt animi ſui rigore parumper depoſito, etſi non ad nouam eccleſiam ędificandam induci ſe ſineret, vel ſaltem conſentiret vt domus occidentales, & auſtrales circa ambitum monaſterii exteriorem baſſæ & arundine tectæ, pro hoſpitibus ſuſcipiendis, & ipſis reficiendis, exinde poſſent ædificari. Qui fratrum ſuorum aliquando tandem precibus deuictus benignè conſenſit. Et ne latomorum, carpentariorúmue tumultibus pernimium vexaretur, ipſe pro quorundam monaſteriorum Capituli noſtri viſitatione ad exte̅ras partes exiturus, fratri *Iacobo VVael* Suppriori, & fratri *Gerardo* procuratori vices ſuas delegauit, vti cum ceteris fratribus magis intelligentibus huiuſmodi opus inchoare̅t; procuratore autem pro negotiis monaſterii noſtri in *Zelandia* diu retardãte frater *Ioannes Buch*, in *VVindeſem* tunc ſacriſta *horum editor librorum* cum *Hermanno* cœmentario fratre noſtro donato huiuſmodi ſuſcepit opus celerius inchoandum.

Frater Iacobus VVael Supprior.

Ioannes Buch, Operis huius author.

Anno

Anno igitur Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto, poſt octauam *Trinitatis* per æſtatem tunc ſequentem, antiquis illis domibus à fundamentis euerſis, nouarum domorum fundamenta ad Auſtrum & Occidentem in ſua longitudine, vt hodie datur cernere, per patres iam præfatos collocata ſunt & fundata, & ſequenti anno perfectè conſummata. Cernens poſt hæc pater noſter venerabilis eccleſiam noſtram pro familiaribus & hoſpitibus quotidie aduenientibus, præſertim tempore Capituli Generalis, anguſtam eſſe nimis, partem ambitus ad auſtralem eccleſiæ noſtrę plagam à fundamentis depoſuit, & exinde nouum, latum & altiorem cum plurimis feneſtris vitreis in muro bene diſpoſitis, ſub tecto lapideo ab eccleſia deſcendente, leuigatis aſſeribus in ſemirotundum bene teſtudinatum, ad diuina ibidem audienda, ſuper ædificauit; altare viduarum non conſecratum cum portatili in capite eius diſponẽs. Domum eius in fine ambitus iſtius conſtitutam, Capellam B. *Virginis* mandauit appellari, in eius oriente altare conſecratum conſtituens. 1435.

Anno igitur Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio, ſexto Kal. Iulij. Reuerẽdus pater D. *Ioannes Korkagenſis Epiſcopus* Domini *Traiectenſis Suffraganeus*, Ordinis ſancti *Benedicti* per patrem noſtrum VV*ilhelmum* vocatus iam dictum altare in honorem B. *Mariæ* V*irginis*, *S. Michaelis*, & *omnium Angelorum* conſecrauit, ambitum quoque Occidentalem & Auſtralem, quantum per nouas domos vltra antiquum ambitum iam fuit dilatatus, ſimiliter conſecrauit. Quamuis autem Capellæ iam dictæ 1443.

Ioannes Korkagenſis Epiſcopus Suffraganeus.

Digitized by Google

paulmentum cum ambitu conſecraſſet, parietes tamen capellæ & ipſam capellam non conſecrauit. Turrim deinde aſcendens, campanam in ea pendentem etiam conſecrauit, vocans eum *Mariam*, cunctis eam pulſari audientibus, & ter *Aue Maria*, flexis genibus, dicentibus, totiens quotiens, quadraginta dies indulgentiarum concedens.

Campana in VVindeſem conſecratur & MARIA vocatur.

Perfectum eſt ergo monaſterium noſtrum in VV*indeſem*, demptâ eccleſiâ, cum duplici tranſitu, & domibus petrinis circa eos in quadrum, per labores patrum noſtrorum pręcedentium, ad gloriam Dei omnipotentis, genitricis ſuæ *benedictæ Virginis Mariæ noſtræ patronæ, ſancti* A*uguſtini* E*piſcopi*, Doctoris eximii, patris noſtri, & omnium patronorum noſtrorum, omniumque ſanctorum ad omnium noſtrorum preſentium, & futurorum perpetuam in Domino ſalutem.

Magno inſuper theſauro monaſterium noſtrum ditare & honorare curauerunt, quoniam pluſquam quadraginta Martyrum ſanctorum capita, cum multis oſſibus, & aliis reliquiis ſanctorum nobis procurauerunt in ligneis tabulis variè depictis, & imaginibus cum ſuis tabernaculis mirè decoratis, in feneſtris ſanctuarii opacis aptè collocata, omni cum honore à cunctis inhabitantibus, & hîc aduenietibus perpetuò veneranda. Eorum enim in terris habemus exuuias, quorum nunc animæ vultui diuinæ glorię in cælo ſemper aſſiſtunt Angelis ſanctis aſſociatæ: vna ſtola glorię in anima decorati, ſecurique de reliqua. Horum meritis & interceſſione, ſicut & omnium patronorum noſtrorum, eccleſię & altarium, nos, & noſtri ſucceſſores

Reliquiæ Sanctorum in VVindeſem.

Sanctorum interceſſio.

Digitized by Google

ſores animarum noſtrarum ſalutem, in religione profectum, ab inimicis viſibilibus & inuiſibilibus liberationem, temporalium bonorum competentiam, & ſpiritualium bonorum incrementum nobis à Deo concedi confidenter credimus, firmiterque ſperamus.

CAPVT XXXVI.

Quomodo Dominus Nicolaus de Cuſa Cardinalis Legatus *viſitauit Almaniam, & venit in* VVindeſem, *dans omnibus &* Capitulo noſtro Generali *gratiam anni* Iubilei.

HVius etiam venerabilis Prioris tempore anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo, ſequenti anno poſt Iubileum *Romæ* celebratum, Reuerendiſſimus in Chriſto pater Dominus *Nicolaus de Cuſa, tituli ſancti Petri ad vincula presbyter Cardinalis, per Alemanniam Legatus*, ad ſuæ legationis terminos ab vrbe deſcendés, ab omnibus terræ illius principibus, prelatis & magiſtratibus cum copioſa equitum multitudine ab vniuerſo clero & populo, religioſis & ſecularibus, cum vexillis & crucibus cateruatim ſibi obuiàm exire properantibus, & cum magna gloria, pſallentiumque tripudio; aduenisti deſiderabilis quam expectabamus in tenebris cum ceteris concinentium, ipſo ſuper mulum ſuum cum ſua parua de *Roma* comitiua humiliter inſidente, cum multis aliis è vicinis ciuitatibus per quas tranſierat, & ad

1451.

Nicolaus de Cuſa Cardinalis Legatus.

quas properauerat, cruce ſuâ, à Domino Apoſtolico ſibi data, cum ſuo ſtipite deargentata ſemper præcedente, ad eccleſiam proceſſionaliter deductus, ibidem cum hymno *Te Deum laudamus* deuotè fuit ſuſceptus. Omnibus in terminis ſuæ legationis conſtitutis, poſtquam ad ipſos peruenerat, verè contritis & confeſſis, & qui ad ciſtas in diuerſis Almaniç eccleſiis, de conſilio ſuo, loci Epiſcoporum & prælatorum ordinatis, certam pecuniæ ſuæ ſummam iuxta bonorum ſuorum facultatem voluntariè contribuerent in pios patriæ illius vſus, vt ait, mox conuertendam, conceſſit etiam iubileum, id eſt, plenam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, non autem à pœna & à culpa abſolutionem, quia, vt ait in Synodo Prouinciali, nobis audientibus, *Magdeburgi* per ipſum celebrato, *ſedes Apoſtolica* ſub his verbis, à pœna, & à culpa indulgentias nunquam dare conſueuit, ſed bene omnium peccatorum remiſſionem. Et adiecit; ſi quis pro vno

Concedit omnibus ſuæ Legationis verè contritis & confeſſis Iubileum.

Synodum Prouincialem Magdeburgi celebrat.

„ peccato mortali ſeptennem ageret pœnitentiam
„ iuxta Canonum decreta in forma per *Bartholomæum* deſcripta, & pro duplici peccato mortali,
„ vt eſt adulterium & ſimilia, quatuordecim annis
„ iuxta præmiſſa pœniteret, nullum poſt hanc vitã
„ inde purgatorium eſſet habiturus. Si autem præfatam non ageret pœnitentiam, quod tunc in
„ præſenti vita non perficeret, id poſtmodum in
„ Purgatorio vſque ad vltimum quadrantem eſſet
„ expleturus. Et quia multis obnoxio criminibus
„ talem pro peccatis mortalibus agere pœnitentiã
„ vix foret poſſibile, idcirco dantur indulgentiæ, vt
„ vel ſic de theſauro eccleſiæ quis poſſit ſupplere, quod pro condigna ſatisfactione ſibi ſentit deeſſe.

deeſſe. Valde ergo eſt vtile homini Chriſtiano tales indulgentias promereri, quibus purgata anima poſt vitam hanc mortalem poſſit ſine macula vultui diuinę gloriæ in cœlo præſentari, vt autem omnem clerum & deuotum populum ſuæ legationis aptos redderet ad huiuſmodi indulgentias promerendas, certos confeſſores in ciuitatibus conſtituit, qui ſine omni pecunia, auctoritate ſedis Apoſtolicæ, etiam in caſibus reſeruatis confitentes abſoluerent, dicens, *non* eſſe " abſolutos, nec iubilei gratiã promereri, qui ſuis " confeſſoribus contra ſuum huiuſmodi manda- " tum quicquam dare præſumerent: quibus tamen " in ſuo receſſu plenam laborum mercedem de " pręmiſſis ciſtis dari mandauit. Ipſe enim ab omni munere manus ſuas excuſſit, à terræ magnatibus & aliis diuitibus copioſè ſibi exhibito, eſculentis & poculentis, ſine quibus pręſens vita tranſiri non poteſt, dumtaxat exceptis, ſic etiam ab aliis, quia iuſtitiarius erat, fieri deſiderauit.

Non reſpicit ad munera.

Hic pater Reuerendiſſimus plures abuſus diuerſarum eccleſiarum & etiam Chriſti fidelium in diuerſis locis reperiens, nouis mandatis exſtirpans & eradicans ad antiqua ſanctæ eccleſię iura eos renouari & obſeruari in ſcriptis mandauit. Monaſteria quoque diuerſorum Ordinum, vtriuſque ſexus à regulari tramite miſerabiliter ſatis prolapſa, ad primarias ſuas inſtitutiones, & regulæ obſeruantiam per ſe, & ſuos commiſſarios reuocare ſtuduit & reformauit.

Tollit Eccleſiarum abuſus.

Reformat Monaſteria.

Superioribus igitur *Auſtriae*, T*huringiae*, *Saxoniae & VVeſtphaliae* partibus peragratis, cum Ordinem noſtrum, & patres Capituli noſtri

 Generalis

Generalis de *VVindeſem* ex odore bonæ famæ olim ſibi noti, intimè ſatis diligeret, & eos videre deſideraret, monaſterium noſtrum Ordinis & Capituli noſtri propè *Northorn* primum viſitauit, & cum paucis illis ingrediens, Miſſam celebrauit in Conuentu, prædicauit, & omnibus ſe affabilem, humilem & benignum verbo & opere demonſtrauit. Deinde *Dauentriam* cum magna multitudine adueniens glorioſè fuit ſuſceptus. Vbi ad Prioris de *VVindeſem* plurimam inſtantiam, ad Ordinis noſtri ſanctimoniales in *Depenuene* libenter acceſſit, videnſque ibidem pluſquam centũ velatas moniales, conuerſarum quoque, donatarum & familiarium non paruum numerum in ſancta conuerſatione & optima diſciplina regulariter viuentes, valde fuit in Domino gauiſus, collationem fecit, & contulit indulgentias.

Venit in VVindeſem.

Poſt hæc venit in *VVindeſem* tribus milliaribus diſtans à Dauentria cum magna comitiua, vbi vnâ nocte, præter ſuam familiam, centum fermè hoſpites, hoſpitio receperunt. Mane autem facto, in Octaua Aſſumptionis *beatæ Mariæ Virginis*, in domo Capitulari pòſt Primas diei Epiſcopus quidam comes itineris eius pulchrum fecit Sermonem, cui ipſe conſequenter pulcherrimum ſuum adiecit. Quibus finitis ipſe ſummam Miſſam pluribus miniſtris aſtantibus, & fratribus noſtris concinentibus, cum magna ſolemnitate, vt decuit, decantauit. Tunc etiam in refectorio vnà cum fratribus ſub ſilentio, lectionem ſacram audiendo, honore condigno à miniſtris ſuis præſtito, iuxta clauſtralem diſciplinam prandendo comedit. In omnibus his, mi-

Cum fratribus ſub ſilentio lectionem ſacram audiendo in refectorio prandet.

râ verborum & operum ſuauitate, quantum monaſtrium noſtrum & omnes inhabitâtes, omneſque patres & fratres ac ſanctimoniales Capituli noſtri diligeret, cunctis videntibus, demonſtrauit, quod etiam de ſummo Pontifice Domino Apoſtolico publicè referebat.

Omnibus ergo & ſingulis vtriuſq; ſexus perſonis Capitulo Generali de *VVindeſem* ſubiectis gratiam deſiderans præſtare ſingularem, indulgentias dedit anni iubilei ſine pecunia promerendas, ſub certa tamen forma à ſingulis diligenter obſeruanda, venerabili Priori de *VVindeſem*, & quibus ipſe committeret, plenam conferens auctoritatem, ſibi vel ſuis commiſſariis confitentes, à cunctis criminibus abſoluendi, qui dictam ſibi commiſſam auctoritatem per ſcripta ſua tranſtulit in omnes Priores & rectores noſtri Generalis Capituli, ſingulos duntaxat ſuper ſibi commiſſos. Declarauit autem idem Dominus *Cardinalis* non eſſe neceſſarium in confeſſione repetere, quæ quiſque in bono exiſtens propoſito ſemel ritè fuit confeſſus. Interrogatus, an liceat religioſo ſine licentia Romam pergere pro iubileo impetrando iuxta tenorem & mandatum Bullarum Apoſtolicarum, Reſpondet Dominum dixiſſe Apoſtolicum Papam *Nicolaum* V. viuæ vocis oraculo: *Melior eſt obedientia quàm indulgentia.*

Dat fratribus & Capitulo Generali Indulgentias Iubilei.

Melior eſt obedientia quam indulgentia.

His itaque peractis Reuerendiſſimus Dominus *Cardinalis ad zvvollis in Bethleem Ordinis*, & capituli noſtri monaſterium, & conſequenter in *Campis* oppida diœceſis *Traiectenſis* per *Priorem de VVindeſem* cum magna comitiua ſolemniter eſt deductus, litteriſque omnibus priuilegiorum

Digitized by Google

Confirmat Capituli VVindeſemenſis priuilegia. ſuorum Capitulo conceſſis gratioſè expeditis, & acceptâ benedictione, venerabilis Prior de *VVindeſem VVilhelmus* ad propria cum gaudio eſt reuerſus.

1452. *S. Ioannes de Capiſtrano.* Anno ſequenti quidam frater Ordinis minorum *Ioannes de Capiſtrano*, Doctor decretorum, diſcipulus ſancti *Bernardini* à Domino Apoſtolico miſſus ad prædicandum & conuertendum *Bohemos*, deſcendens per T*huringiam*, *Saxoniam*, *Miſnam & Morauiam*, cum gloria conſimili à terrę principibus, ab omni clero & populo, cum crucibus & vexillis proceſſionaliter ei obuiantibus, & *Iuſtum deduxit* concinentibus deuotè ſuſceptus, & in Eccleſiam ſibi competentem fuit introductus. Hic communiter ante prandium in foro, factâ domunculâ in altum eleuatâ, primo celebrauit, deinde duabus aut tribus horis ibidem in latino omni populo prædicauit, manibuſque & pedibus, more Italico, prædicata demonſtrauit. Dixit mihi in *Erffordia* ſexaginta millia populi, iuxta eius ęſtimationem, in Sermone eius tunc fuiſſe: omnes viri in vno latere, & mulieres in alio latere diuiſi ſubſtiterunt. Quem alius eiuſdem Ordinis Doctor continuo ſubſecutus, illud in teutonico de verbo ad verbũ expreſſit quod ipſe in latino prius prædicauit. Ideoque id potuit, quia in membrano ſeriem ſermonis eius audiendo conſcripſit. Prandio autem facto, omnes ciuitatis & patriæ illius infirmi in forum conuenientes ad circulum conſederunt. Ipſe autem ſuperueniens cum fratribus ſui Ordinis bene reformatis, reliquiis, *Reliquiarum attactu ſanat infirmos.* quas ſecum detulit, ſingulorum capita tangens infirmorum, quamplures ſanauit, quacum-

Digitized by Google

cumque etiam infirmitate quiſque detinebatur, videlicet qui bonam fidem recuperandæ ſanitatis habebāt. Hæc in *Erffordia*, VV*imaria*, *Nuenborch* & *Hallis* ipſum ſecuti fieri conſpeximus, & mirati ſumus quia nuſquam talia in libris ſanctis vnquam legimus. In *Lipts* ſexaginta ſuppoſita vniuerſitatis illius per caput mortui *in Ambone* fori populo demonſtratum dicitur conuertiſſe, & Ordinis ſui habitum ibidem in foro ipſos induiſſe, ac poſtmodum contra Turcos Chriſtianis repugnantibus orationis & benedictionis ſuę præſidio victoriam magnam à Deo impetraſſe, & nunc etiam poſt mortem miraculis coruſcare, præſtante Domino noſtro IESV CHRISTO, qui cum patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oratio, eiuſque benedictio victoriam à Deo impetrat.

Claret miraculis poſt obitum.

CAPVT XXXVII.

Quomodo Capitulum noſtrum Generale primarium ſumpſit exordium, & de trium primorum monaſteriorum eius fundatione.

DEus omnipotens, clemens & miſericors, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, dura hominum pectora, gelidaque præcordia, brumali peccatorum glacie iam dudum conſtricta, à peccatorum vinculis volens tandem abſoluere, algidum frigus animo-

animorum ab ipſis propellere, & ardenti ignicu-lo diuini amoris ipſa calefacere, ſanctam & re-ligioſam, Deo complacentem, vitam, & conuerſationem primitiuorum patrum in VV*in-deſem* opinione boni odoris per ora plurimorum longè lateque reſpergens, commouit vniuerſum in circuitu eius orbem, quoſdam ad mundi con-temptum, amorem virtutum, æternæ vitę deſi-derium, ac religionis ingreſſum, alios autem, qui tam arduum iter virtutum arripere formidabãt, aut prę naturę imbecillitate id attentare non va-lebant, diuitiis tamen abundabant, ad nouorum monaſteriorum vtriuſque ſexus perſonarum con-gruam ædificationem, bonamque in iis degen-tium in temporalibus prouiſionem: Denique terræ principes, diuites & magnates, multique de
1. *Reg.* 10. populo *quorum corda tetigerat Deus* talis vitæ, con-uerſationis & obſeruantiæ viros ſeu ſanctimo-niales in ſuis habere diſtrictibus, & perpetuò re-tinere, modis omnibus elaborabant, beatos ſe exiſtimantes, ſi loca, prædia, poſſeſſiones, pecu-nias, & alia correquiſita ad id conferre mereren-tur, vt monaſteria Ordinis Canonicorum Regu-larium iuxta formã, mores & inſtitutiones VV*in-deſemenſis* eccleſiæ modernę deuotionis, exinde fundarentur.

Florentius Radevvini. Ioannes Hueſden in VVindeſem Prior.

Quamobrem quidam diuites & primates, par-tium *Gelriæ, Hollandiæ, zelandiæ, &* VV*eſtphaliæ* in Deum feruẽtes & deuoti venerabiles patres, Do-minum *Florentium* R*adevvini*, Rectorem Dauen-trienſis congregationis, *& Ioannem de* Hu*eſden in* VV*indeſem Priorem* adeuntes, vel ad ſe accer-ſientes de cõgrua nouorum monaſteriorum Or-dinis præfati fundatione, erectione, & inſtitutio-ne in

ne in ſuis fundis propriis & bonis hæreditariis, cum certis pecuniis & rebus neceſſariis Sermonem intulerunt, conſilium & auxilium in rebus & in perſonis ad id perficiẽdum inſtantius requirentes. Quibus libenter auditis & rebus ipſis ad plenum recognitis, non minimè ſunt gauiſi, ſanctúmque eorum propoſitum in opus tam ſalutiferum in Domino collaudantes, piis eorum deſideriis, quantum facultas ſuppetebat, ſe ſuccurrere promiſerunt.

Anno igitur Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſecundo, *Monaſterium* Fontis *B. Mariæ* propè *Arnhem* Ordinis canonicorum regularium diœceſis T*raiectenſis* prima *filia de VVindeſem in ducatu* Gelrenſi fundatum eſt & erectum per venerabiles patres Dominum *Florentium* Radevvini, Dominum *Ioannem de Gronde*, Dominum *Ioannem de Brinkerinc* cum ceteris eiuſdem congregationis presbyteris, atque per religioſos patres *Ioannem de* Hueſden Priorem, VV*ernerum Keynkamp, Ioannem Kempis*, Henricum *VVilde*, & Hen*ricum de* VV*ilſem*, fratres in *VVindeſem* profeſſos, cum aliis viris deuotis. Prouidi enim viri VV*inandus de Arnhem* & *Arnoldus Gruuthuſen* ad patrum præfatorum inſtantiam, illuſtrem Principem Dominum VV*ilhelmum Ducem Iuliacenſem* & Gelrenſem adierunt, humiliter ſupplicãtes, & vt in fundis & bonis VV*inandi de Arnhem* præfati monaſterium poſſent cõſtruere iuxta omnem modum & inſtitutionem monaſterii in W*indeſem*, conſenſum quoque Domini *Traiectenſis* deſuper ipſe procuraret. Qui vir prudens cùm eſſet, iuſtis eorum petitionibus piè inclinatus, ſtatim aſſenſit, nunció ſque ſolemnes pro huiuſmodi licentia

[Margin: 1392. *Fons B.* MARIAE *prima filia VVindeſemenſis fundatur.*]

[Margin: *Fundatores. VVilhelmus Dux Iuliacenſis & Gelrenſis.*]

tia imperranda ad Dominum *Traiectenſem* continuo deſtinauit. Qui voti compotes effecti, plenam cum gaudio reportauerunt auctoritatem, cum priuilegiis oportunis ſingula debitè perficiendi. Monaſterium ergo præfatum in principio ſuæ fundationis ex diſpoſitione Domini F*lorentij* R*adevvini*, mille trecentos florenos legales recepit à *Ioanne Keſſel* coco eius, quia in illo tempore tanta charitas erat inter illos, vt bona temporalia & ſpiritualia congregationis *Dauentrienſis* monaſterii in *VVindeſem & Fontis* B. *Mariae* penè erant illis communia. D. *Ioannes Brinkerinck* miſit illis decem florenos, & multa donaria illis procurata, magnum ibi fecit laborem, hoſpes eorum fuit *Dauentriæ* in domo ſororum *M. Gerardi* vſque in finem vitę ſuæ. Dominus F*lorentius* miſit eis alia vice viginti florenos & duas coronas Franciæ. Prior de VV*indeſem* ſemper illis aſtitit conſilio & auxilio in temporalibus & ſpiritualibus rebus, fratres ſuos ſępius illac direxit pro bona informatione. Fratrem *Ioannem* K*empis* in primum eis Rectorem ordinauit. Frater noſter *Arnoldus de* K*alker* vir magnus in Chriſto, & monaſterii noſtri in VV*indeſem* gloria ſingularis, pòſt eorum Prior fuit. Poſt eum habuerunt fratrem noſtrum *Henricum* VV*aluis*, virum prudentem & bene religioſum in Priorem vſque ad extremam eius infirmitatem, propter quam reuerſus in VV*indeſem*, ibidem diem clauſit extremum. Deinde Priores de propriis ſuis fratribus habuerunt vſque in præſentem diem. Prior de VV*indeſem* dedit eis bonum Miſſale, quod poſtmodum pro viginti antiquis ſcudatis, vendiderunt & vnum bonum graduale quod ipſi retinuerunt.

Ioannes Kempis primus Rector Fontis B. MARIAE.

Arnoldus de Kalker *Prior Fontis B.* MARIAE.

Ex

Ex epiſtola Domini *Florentij* , Rectoris congregationis *Dauentrienſis* ad Priorem de *VVindeſem*: *Dominus* Ioannes Brinkerinck *venit heri de monaſterio* Fontis B. *Mariae prope* Arnhem. *Et fratres veſtri* Henricus Wilde, *&* Henricus *VVilſen libenter ſcirent an domus aedificanda ibidem debeat tegi cum petris aut aliter. Dominus Ioannes* Brinkerinck *dicit, ſi propter paupertatem noſtram primo tegeretur tecto ſtramineo, duraret per octo annos ſed tunc eſſet perditum.*

Pro eadem domo aedificanda habens quadringentos florenos octo minus, & non plus, qui leuiter expendentur. Ordinamus etiam quod Ioannes Keſſel *cocus noſter dabit pecunias ſuas monaſterio* Fontis B. *Mariae mille florenos, & de pecunijs matris ſuae trecentos florenos legales: quam pecuniam potuiſſemus optime pro nobis ordinaſſe, niſi communem charitatem praepoſuiſſemus, cum tamen modicum ſit quod nos habeamus.* Idcirco autem hæc interponenda iudicauimus, vt diligens lector aduerteret totius huius patriæ & monaſteriorum Ordinis noſtri aut de nouo fundationes, aut ex antiquis reformationes de patrum deuotorum conſilio & auxilio à patribus noſtris in *Windeſem* vbique proceſſiſſe.

Secunda filia monaſterii in *Windeſem* fuit monaſterium *Nouae Lucis prope* Horn, cuius fundationes cum patribus præfatis fuerunt D. *Gerardus de* Horn, & D. *Paulus de Medenblic* deuoti Sacerdotes, M. *Gerardi Magni* diſcipuli. Huius monaſterii Prior per annos decē & ſeptem fuit frater noſter VV*ernerus Keynkamp* per Prioré de VV*indeſem* ibi tranſmiſſus, qui via regia incedēdo, dictū monaſterium in bona diſciplina continuè gubernauit. Fuerunt etiam alii duo fratres de *VVindeſem* ibidē Priores

Noua Lux prope Hoern.

Fundatores Noua Lucis.

VVernerus Keynkamp.

Priores videlicet *Henricus Wilde*, & *Ioannes Ottonius*.

S. Saluator in Eymſteyn fundatur anno 1382.

Fundator.

Monaſterium S. *Saluatoris in Eymſteyn* Ordinis & Capituli noſtri ante *Windeſem*, anno Domini milleſimo trecēteſimo octuageſimo ſecundo, per prouidum virum *Reynaldum Munenbode* ciuem Dordracenſem fundatum fuit & dotatum, cuius *M. Gerardus Magnus* notabilis promotor fuit & defenſor, vt eius Epiſtolæ ad Canonicos *Traiectenſes* pro eis ſcriptæ proteſtantur. Huius prælatus, præpoſitus vocabatur vſque ad Capituli noſtri Generalis vnionem. Nam in prima eius viſitatione per venerabilem Priorem de *Windeſem* fratrem *Ioannem de Hueſden* Capitulo noſtro incorporati nomen prępoſiti, in nomen Prioris de licentia Domini *Traiectenſis* commutauerunt, & fratrem *Henricum VVilde* Suppriorem tunc in *VVindeſem*, in Priorem poſtmodum ſibi elegerunt, qui dictum monaſterium decem & ſeptem annis, diuerſis temporibus, in feruore ſpiritus & zelo magno animarum, ſtrenuè ſatis & laudabiliter gubernauit. Et quia ante alia prædicta monaſteria fundatum fuerat dictis duobus monaſteriis in catalogo monaſteriorum noſtrorum iure eſt pręlatum. Hæc enim quatuor monaſteria, *VVindeſem*, *Eymſteyn*, *Fontis B. Mariæ*, & *nouæ Lucis prope Horn* primum noſtrum Capitulum conſtituerũt, quorum omnium fratres de *VVindeſem* Priores tunc fuerunt. Cùm autem pauci tunc adhuc eſſent, Dominus *Florentius in Dauentria* rector congregationis cum certis ſuis presbyteris Capitulo eorum communiter tunc intereſſe conſueuerunt, donec monaſteriis & perſonis noſtri Ordinis & Capituli peramplius multi-

multiplicatis, ad Generale Capitulum, iuxta formam ſtatutorum noſtrorum debitè ſeruandum, ex ſe ſufficerent.

Capvt XXXVIII.

De fundatione monaſteriorum in Amſterdam *&* Northorn *& de priuilegiis à Sede Apoſtolica & Epiſcopo Traiectenſi impetratis.*

ANno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo quarto, duo Ordinis noſtri monaſteria; vnum virorum, aliud ſanctimonialium propè oppidum *Amſtelredammis* in *Hollandia* primarium ſuum ſumpſerũt exordium. Quorum primum anno ſequenti de licentia Domini *Traiectenſis Frederici*, & Comitis *Hollandiæ Alberti fundatum* eſſe dignoſcitur, & primum eius altare in honore quatuor eccleſię doctorum per Dominum *Hubertum Traiectenſem Suffraganeum* in die ſancti *Thomæ* Apoſtoli eodem anno dedicatum. Qui etiam duos fratres domus eius ſeniores *Ioannem Goſuut*, & *Paulum de Burſalia*, eodem die inueſtiuit, & ad profeſſionem ſuſcepit. Poſt annos autem quinque frater noſter *Ioannes Ottonius de Suſato*, in *VVindeſem* conuentualis, duodecim penè annis Prior ibi fuit, & poſteà in *Horn* annis duobus Prior exiſtens, per *Hollandiæ* regentes inde ſublatus, de voluntate Prioris de *VVindeſem* ſanctimonialibus in *Amſtelredam* Ordinis & Capituli noſtri rector eſt inſtitutus, ac per annos tredecim in omni illud diſciplina gubernans ibidem

1394.

Fredericus Epiſcopus Traiectenſis.

Albertus Comes Hollandiæ.

Hubertus Suffraganeus Traiectenſis.

ibidem in pace feliciter obdormiuit.

1394. *Vrendeſvvede prope Northorn fundatur. Otto de Hoye Epiſcopus Monaſterienſis.*

Anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo quarto, monaſterium Ordinis noſtri in *Vrendeſvvede prope Northorn* per venerabilem patrem magiſtrum *Euerardum de Almelo* in Phiſica bacchalaureũ, adiutorio Domini *Henrici* curati in *Scuttrop*, de licentia reuerendi patris Domini *Ottonis de* Hoye Epiſcopi Monaſterienſis, cum conſenſu Capituli ſui & loci ipſius Archidiaconi erectum eſt & fundatum. Nam *VVenemarus* eius Suffraganeus *Sabalienſis Epiſcopus Ordinis* Minorum, paruum ibi primo conſecrauit oratorium, vbi nunc eſt eccleſia, ipſo die S. *Thomæ* Apoſtoli. Et tunc quatuor primos fratres ibidem inueſtiuit, qui ante fuerant presbyteri deuotarii in domo magiſtri *Euerardi de Armelo*, videlicet *Henricum* Kindeſhof, *Herponem de Lippia, Hermannum Plettenberg, & Ioannem de Iuliaco*: poſtea eorum Prior electus fuit *Hermannus Plettenberg*. Hi primi fratres diu ſteterunt ſub Epiſcopo ſuo *Monaſterienſi*, quia fundatores eorum conſentire noluerunt, vt aliis monaſteriis ſiue Prælatis non ſuæ diœceſis ſubiicerentur, qui tamen ſexto demum anno, de voluntate omnium incorporati ſunt Generali noſtro Capitulo. Cum autem dictum monaſterium in pura paupertate fuiſſet inchoatum, & ſub certis Prioribus ad aliquod tempus ita continuatum, tandem ſibi in Priorem elegerunt fratrem de *VVindeſem Henricum Loeder*, virum magnanimum & zeloſum, plenum charitate & feruore, qui dictum monaſterium in multis perſonis, & bonis temporalibus & ſpiritualibus valde promouit & exaltauit, vt gloria eſſet Ordinis noſtri, & Capituli in vniuerſo mundo noſtro Almanico, Deo enim dilectus & hominibus, Apoſtolus

VVenemarus Sabalienſis Epiſcopus, Suffraganeus.

Hermannus Plettenberg Prior in Vrendeſvvede.

lus terræ fuit appellatus. Ecce nemus illud prope *Northorn* in verâ humilitate, ſui vilitate, ſimplici obedientiâ, integrâ charitate, humilibus virtutum exercitiis, & deuotis venis per dictum Priorem fundatum & rigatum; quantum auctore Deo fructum fecit in *Weſtphalia*, *Friſia*, *Saxonia* & circa partes *Rheni*, quantos ex ſe Priores & Monaſteriorum ſexus vtriuſque rectores ex eo tempore vſq; hodie generare non ceſſauit, quanta per eos monaſteria Ordinis noſtri antè diſſoluta nunc videmus reformata, ſeu de nouo conſtructa, ad gloriam Dei & plurimorũ ſalutẽ.

Henricus Loeder Apoſtolus terræ dictus.c.28.

1395.

Anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto, ipſa monaſteria tunc Generale Capitulum in *VVindeſem* facientia, honorabilem virum magiſtrum *Gerardum de Brunchorſt*, Canonicum *Traiectenſem*, prępoſiti *Dauentrienſis* in ſpiritualibus vicarium ad curiam miſerunt Romanam ſub expenſis ſtrennui viri *Reynoldi Mynnenbode* fundatoris monaſterii in *Eymſteyn*, ad imperrandũ ipſis authoritatem & licentiam ſeruandi Capitulum Generale ſingulis annis in *VVindeſem* iuxta iuris diſpoſitionem, tertio decretalium, Capitulum in ſingulis, & ad certa priuilegia pro Ordinis conſeruatione, & regulari diſciplina ipſis neceſſaria à ſummo Pontifice cum Bullis ſuis obtinenda, præſertim propter aliarum diœceſium monaſteria Generali eorum Capitulo in futurum coniungenda, ad quæ eiſdem perpetuanda locorum Ordinarii ſufficientem non habebant authoritatẽ. Qui reuerſus de curia plenam eis à *Bonifacio Papa* Nono reportauit auctoritatem dictum Generale Capitulum ſingulis annis in *VVindeſem* celebrandi, & plura alia quæ

Gerardus de Brunchorſt VVindeſemenſis Romæ procurator.

Bonifacius IX. dat poteſtatem Generale Capitulum ſingulis annis in VVindeſem celebrandi.

Martinus Papa V. eandem confirmauit. *Martinus Papa* quintus in magna & ſolemni bulla poſtmodum Capitulo Generali dedit, & confirmauit. Cuius Bullæ tenorem ſingula Capituli noſtri monaſteria iam habent in forma.

Innocentius VII. *Benedictus XII.* *Capituli relaxatio.* *Innocentius quoque* Papa ſeptimus relaxauit & abſoluit Capitulum noſtrum à decretis ſeu inſtitutis *Benedicti Papæ duodecimi*, videlicet: quòd neminem in vniuerſalibus tenemur ſeruare ſtudiis: quod in cellis priuatis ſingulis poſſumus dormire: quod in omni die feriali non tenemur ſeruare Capitulum culparum, & ſi quæ ſunt ſimilia in duodecim ibidem Capitulis expreſſa.

1394. *Florentii Traiectenſis Epiſcopi obitus.* Anno vero Domini milleſimo treceteſimo nonageſimo quarto, ipſo die *S. Ambroſij* in bona ſexta feria Reuerendus pater *D. Florentius* T*raiectenſis* Epiſcopus obiit in *Herdenberge* oppido ſuæ diœceſis, poſtquam tredecim annis & quinque menſibus diœceſim ſuam glorioſè & laudabiliter gubernauerat, in *Traiecto* ad ſanctum *Martinum* in ſummo ſepultus vbi vnus cereus in ſui memoriam perpetuò ardere à ſuis eſt diſpoſitus. Sub iſto patre magnifico monaſterium noſtrum in *VVindeſem* primò fuit fundatum, primi ſex fratres enim inueſtiti, & eccleſia conſecrata. Qui in vita ſua valde fuit diſciplinatus, nihil inutiliter aut ſuperfluè expendens, debita bene ſoluens, elocata redimens, collapſa ædificia reſtaurans, oppida noua conſtruens, caſtella ſua muniens, diuina diligens ſæcularia prudenter diſponens, domeſticis iucundus, pauperibus exorabilis, deuotis omnibus fauorabilis, cleroque & populo ſatis acceptabilis. Hic antè Epiſcopus fuerat diœceſis *Monaſterienſis*, Pontificalem

verò

Digitized by Google

verò ſedem eccleſiæ *Traiectenſis* poſtmodum fuit adeptus.

Eodem anno vir nobilis & glorioſus Dominus *Fredericus de Blankenhem*, quondam Argentinenſis Epiſcopus, in Epiſcopum electus eſt *Traiectenſem*, & à ſede Apoſtolica confirmatus. Hic vir valde doctus, animo magnificus, prudentia clarus, corpore procerus, annis triginta laudabiliter *Traiectenſem* rexit eccleſiam, & cum laude multa, plurimaque victoria Epiſcopatum ſuum & patriam potenter defendit. Ordo Canonicorum regularium & deuota multitudo presbyterorum, clericorum & ſororum latiſſimè ſub eo profecerunt; in cunctis enim locis ditioni ſuæ ſubiectis per fidelem ſuam aſſiſtentiam, & promotionem paternalem contra omnes aduerſarios ſemper ſunt proſperati. venerabile enim noſtrum Generale Capitulum ſub eo *inchoatum eſt*, quod ſub eius protectione quamdiu vixit, & vſque in hodiernum diem non parua ſanctę religionis ſuſcepit incrementa, octogenarium numerum attingens iam monaſteriorum, & pluſquam mille perſonarum. Hic etiam ratificauit, approbauit, & confirmauit omnia & ſingula ſtatuta ſiue conſtitutiones Capituli noſtri Generalis de *VVindeſem* de verbo ad verbum ipſa exprimens, adiiciens, quod omnia monaſteria Capitulo Generali incorporata & incorporanda ſuæ diœceſis, ea vti poſſint & gaudere, prę ſertim quod Priores ad electionem noui Prioris vocati, ſuâ poſſent auctoritate, quam in Capitulum Generale transfudit, & quibus eam commiſerit, nouum electum Priorem legitimè cõfirmare. Decanus quoque, & ſuum venerabile Capitulum eccleſiæ *Tra-*

Fredericus de Blankenhem eligitur Epiſcopus Traiectenſis.

Generale Capitulum VVindeſemenſe quando inchoatum eſt.

Confirmat ſtatuta Capituli Generalis de VVindeſem.

iectenſis, omnia & ſingula priuilegia per Dominum *Traiectenſem* Capitulo noſtro conceſſa, per transfixum litteram & ſigillum conſentiendo approbauerunt.

Huiuſmodi ergo ſummorum Pontificum ac diœceſanorum fulti priuilegio & auctoritate, cõſtitutiones ſuas per fratres de *VVindeſem* editas & conſcriptas, & à Capitulo Generali iam aſſumptas, abſque omni ſcrupulo, cum bona conſcientia ex tunc in antea patres Capituli noſtri de plano ſemper ſeruauerunt & ſeruari mandauerunt, non minimè conſolati quod à conſtitutionibus Benedicti duodecimi, & aliis quamplurimis abſoluti tunc erant & exonerati, ſicque tandem ad mentium ſuarum pacem & tranquillitatem, Deo auctore, peruenerunt. Nunc autem monaſteriorum Capituli noſtri Generalis catalogum ſecundum Ordinem proſequamur.

Capvt XXXIX.

De quinque aliis monaſteriis Capitulo Generali ſucceſſiuè incorporatis, videlicet Monte ſanctæ Agnetis, Leyderdorp, ſanctæ Elizabeth prope Brielis, Thabor, *&* Bommel.

1398. ANno Domini milleſimo treceteſimo nonageſimo octauo, primi quatuor fratres monaſterii *Montis ſanctæ Agnetis* prope *Zvvollis* inueſtiti ſunt à Domino *Ioanne Wael*, Canonicorum Regularium Priore intra oppidum *Zvvollenſe*, ipſo die Annuntiationis Dominicæ, eodem-

que

que die profeſſi, videlicet *Egbertus Linge*, VV*olfardus Matthia*, *Ioannes* Venmen, & T*ricus Cliuis*, & tunc ſtatim poſt Paſcha Generali Capitulo de *VVindeſem* fuerunt incorporati. Hæc autem eorum inueſtitio & profeſſio facta fuit in Capella beatæ *Mariæ* Virginis in parochia *Salue-ſanctæ*, infra Miſſarum ſolemnia, quando Dominus *Hubertus* T*raiectenſis Suffraganeus* non in *Monte ſanctæ Agnetis* propter metum *Zvvollenſium*, ſed ibidem cæmeterium & tria altaria conſecrauit, quę tamen altaria, conſecratione permanente, poſtmodum nauigio in *Monte S. Agnetis* ſunt tranſlata.

Primus huius monaſterii Prior fuit frater noſter *Ioannes* H*amer de Kempis* in VV*indeſem* profeſſus, qui dictum monaſterium cum multa paupere familia nouem annis religioſè & laudabiliter gubernauit, & in ædificiis, libris, & bonis temporalibus bene meliorauit. Poſt eum frater noſter *VVilhelmus Vornken* ibidem electus in Priorem, idem monaſterium decem & ſeptem annis in omni diſciplina, in bono & vberrimo temporalium & ſpiritualium profectu rexit & conſeruauit, donec ipſe in VV*indeſem* electus fuit in Priorem.

Ioannes Hamer de Kempis Prior Montis S. Agnetis.

VVilhelmus Vornken.

Ex epiſtola Domini *Florentÿ*, Rectoris congregationis clericorum in *Dauentria ad Ioannen Hueſden*, *Priorem in VVindeſem*. *Dominus Euerardus de Almelo propoſuit Domino Ioanni Brinkerinck & mihi, quomodo plebanus Zvvollenſis intendit iuuare ad hoc, quod in Monte ſanctae Agnetis fiat monaſterium* Canonicorum *Regularium, & quod Ioannes* Regulant, *& Brugmannus* Hoc, *hoc idem deſiderant. Vt ergo poſſitis ſcire videre noſtrum, reſpondit*

 Domi-

„ Dominus *Ioannes Brinkerinc*, quod vos non pote-
„ ſtis illud negare hominibus illis, dummodo alii
„ agitent negotium coram prælatis & vos ſubeatis
„ onus, habitis reditibus pro monaſterii fundatio-
„ ne. Sic etiam mihi videtur, quamuis graue ſit
„ cum tam paucis redditibus & hominibus aptis
„ tria noua monaſteria fundare, videlicet *Fontis B.*
„ *Mariæ*, *Nouæ Lucis*, propè *Hoern*, & in *Monte ſanctæ Agnetis*.

Vide c.18.

Ioannes de VVmmen.

In hoc monaſterio ante habitus noſtri ſuſceptionem magna fuit diſciplina ſub patre laico cæco, *Ioannes de Vmmen* nuncupato, qui ſuis dicere conſueuit: *Si quis obedire noluerit, ille hinc tranſ-*
„ *eat, en oſtium eſt apertum: malo enim vnum habere fra-*
„ *trem obedientem, quàm multos inobedientes. Dicebat*
„ *autem pigros fratres & inobedientes falſos eſſe prophe-*
„ *tas, quia contra ſuum videre nihil putabant va-*
„ *lere.*

1400.

Leyderdorp, quod Vallis Angelorum dicitur inchoatur.
Vanden Poel *fundator.*
VVilhelmus Vornken *Prior.*
Reſignat Prioratum & ad ſuos redit.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo iam completo, monaſterium Ordinis noſtri in *Leyderdorp*, quod *vallis Angelorum* nuncupatur, per virum diſcretum Dominum *Petrum Vanden Poel* de licentia Domini *Frederici* Traiectenſis Epiſcopi fuit inchoatum. Pro cuius regularis inſtitutione, & temporalium prouiſione frater noſter *VVhilelmus Vornken electus* fuit in Priorem. Qui tantum per vnum annum in feruore ſpiritus & clauſtrali diſciplina, iuxta Ordinis inſtituta, cum eis conuerſatus, facta computatione officium Prioratus eius reſignauit, dicens omnibus:
„ *Videtis fratres chariſſimi, vobis & mihi peramplius*
„ *non conuenire vt commaneamus, quia vita & mo-*
„ *ribus non concordamus. Faciatis ergo quod vobis eſt*
„ *vtile, ego reuertar in domum meam vnde exiui.* Dominus

minus ſit vobiſcum & creſcere vos faciat in bonis præſentibus & æternis. Sicque aſſumptâ cappâ ſuâ reuerſus eſt in VV*indeſem*. Mores enim, delitias, & vitæ mollitiem ſtrennuitati & feruori conuerſationis ſuæ ſenſit non poſſe conuenire, ideoque fruſtra illis præeſſe recuſauit. Quibuſdam autem annis interiectis alium fratrem de VV*indeſem* robuſtum & zeloſum *Ioannem Broechuſen* de *Zuzato*, in Priorem ſibi elegerunt, qui idem monaſterium, & ſorores *tertij Ordinis ſancti Franciſci*, quorum viſitator erat, in ſummo rigore, & bona diſciplina conſeruauit.

Sorores tertii Ordinis S. Franciſci.

Poſt hæc, prædictum monaſterium ſanctæ *Elizabeth* Ordinis noſtri in *Zelandia* propè *Brielis*, à Domino H*ugone de Heenvleet* ſtrennuo milite, de licentia Domini *Frederici* Traiectenſis Epiſcopi inchoatum eſt ædificari. Cumque idem Dominus *Hugo* miles per nuntios & literas teſtimoniales Capitulo deſtinatas, ipſum inſtanter aſſumi exoptaret, miſſi ſunt ad eum duo patres de Capitulo, frater noſter H*enricus* VV*ilde* Prior in *Eymſteyn* cum ſocio ad ſecum gerendum de omnibus correquiſitis ad noui monaſterij Ordinis noſtri fundationem, quomodo domus noua Capitulo incorporanda, ducētos ad minus Hollandiæ florenos in certis debeat habere redditibus, & cetera his ſimilia. Qui cuncta ſic diſpoſuit, & ita ſequenti Capitulo Generali, idem monaſterium Capitulo extitit incorporatum, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexto. In quo frater *Ioannes de Bocheldia* in *Fonte beatæ Mariæ* per fratrem noſtrum *Arnoldum Kalker* inueſtitus per biennium

Hugo de Heenvleet fūdator S. Elizabeth in Hollandia prope Brielis.

1406.

Ioannes de Bocheldia Prior.

nium Prior fuit, columna Ordinis noſtri poſt-modum in propria domo factus, ſed quia aërem loci illius ſalſum ferre non præualuit, in breui pòſt reſignauit.

Monaſterium Viſitationis B. Mariæ ædificatur per Hugonem Goltſmit.

Sub eodem tempore monaſterium *Viſitationis beatae Mariæ prope* Herlem, per venerabilem patrem Dominum *Hugonem Golſmit* presbyterum ædificari fuerat inchoatum, & Generali Capitulo noſtro de *Windeſem* cum omnibus agris, domibus, & attinentiis ſuis ad aſſumendum oblatum. Commiſſum eſt ergo venerabili patri V*Vernero Priori* in *Horn* debitam de loci & bonorum eius circumſtantiis facere inquiſitionem, & proximo Generali Capitulo id referre. Cumque ædificia, & bona eius temporalia pro Ordine noſtro ibidem inſtituendo nondum ſufficerent, aſſumptio eius ad annos ſeptem eſt dilata. Tunc enim Capitulum admiſit, vt duo illic fratres Ordinis ponerentur, qui Horas canonicas pariter dicerent, & Miſſam adhuc legerent. Anno ſequenti ſic ſunt Aſſumpti, vt clericos & laicos aſſumere poſſent & inueſtire. In hoc monaſterio frater noſter *Ioannes Kempis* ſeptem annis Rector fuit & Prior. Per idem tempus, miles quidam Hieroſolymitanus in Friſia oriundus Dominus R*evenicus* propria in perſona Capitulum adiens Generale in *Windeſem*, dona plurima & certa prædia eidem obtulit pro nouo monaſterio Ordinis noſtri in bonis ſuis hæreditariis debitè conſtruendo. Decretum ergo fuit per Capitulum, vt antequam patres illuc mitterentur, de loci congruentia vbi monaſterium aptius conſtrueretur, prouidendum. Cumq; huiuſmo-

Digitized by Google

iuſmodi cōmiſſarii anno ſequēti relationem Capitulo feciſſent de bona loci congruētia, ſecundò Capitulum viſitatores illuc deſtinauit, qui locum illum Thabor nominatum non acceptarēt, niſi certâ prius præhabitâ cautione de centum antiquis ſcudatis Franciæ pro perpetuis monaſterii illius, annuiſque redditibus, & quinquaginta ſcudatis antiquis pro ædificiis conſtruendis.

Thabor fundatur à Reuenico milite.

Dicti ergo viſitatores cum cuncta hæc præmiſſa cernerent ſic peracta, locum præfatum ſancti Saluatoris in Thabor nuncupatum cum omnibus ſuis redditibus; agris & prouentibus pro nouo monaſterio ædificando auctoritate Capituli Generalis tunc aſſumpſerunt, & Capitulo incorporauerunt. Cuius gratia prefatus Dominus *Reuenicus* miles piè permotus, & vehementer accenſus, Ordinem noſtrum intrare, & habitum aſſumere deliberauit. Et quia amici & cognati eius Friſones in partibus ſuis id fieri nullatenus conſenſiſſent, ad multam eius inſtantiam tandem per Priorem de VV*indeſem* *Ioannem* Hueſden, in *VVindeſem* fuit inueſtitus, & ita in religione noſtra redditus, ad proprium monaſterium remiſſus. In hoc monaſterio plures de *VVindeſem* fratres diuerſis temporibus fuere Rectores & Priores. Frater VV*ernerus* Keyn*kamp* ſeptem annis, frater *Iacobus Oem* octo annis, frater Hen*ricus* Herder*vvijc* duobus annis, id eſt, decem & ſeptem annis ſimul computatis, qui dictum monaſterium in T*habor*, prope *Suekis*, in bona regulari diſciplina inſtituerunt & conſeruauerunt, vt hodie datur cernere. Vnde poſtmodum plura antiqua Ordinis noſtri

Incorporatur Capitulo VVindeſemenſi.

Reuenicus miles inueſtitus in VVindeſem ad ſuos in Thabor remittitur.

noſtri monaſteria in Friſia vidimus reformata ad decus totius patriæ.

Monaſterii Stagni S. Petri prope Bommel exordium.

Domina de Brakel fundatrix.

Monaſterium Stagni *ſancti* Petri propè *Bommel* Ordinis noſtri ab honeſta matrona Domina *de* Brakel ſumpſit exordium. Ipſa enim locum præfatum in *Gelrenſi* ducatu ſituatum, cum omnibus domibus, agris & attinentiis ſuis venerabili Capitulo noſtro Generali fecit præſentari, & vt Ordini noſtro monaſterium conſtrueretur, exorauit. Commiſſum eſt ergo certis patribus de loci circumſtantiis, redditibus annuis & ſtructuræ impendiis prouidere. Anno igitur ſubſequenti ad relationem patrum præfatorum ipſum monaſterium à Capitulo fuit aſſumptum, ita vt duo vel tres fratres Ordinis ibi pro primo ponerentur, qui Horas & Miſſam legerent donec temporalibus eius proficientibus, rector eis deputaretur, qui etiam alios ad religionem poſſet recipere. Monaſterium iſtud in ſui initio in temporalibus parum valde profecit, imò multis annis nunc aſcendendo, tunc deſcendendo ſic continuauit, donec honorabiles viri magiſter *Bernardus* VV*t den Enghe*, Canonicus Eccleſiæ *Traiectenſis*, & magiſter Henricus *Canueman Danentrienſis* Eccleſię Canonicus locum ipſum plurimum diligentes, tanta bona, dona, & beneficia ipſi conferrent & procurarent, vt breui pòſt tempore ab omni inopia ſublaueretur, cunctiſque bonis ſuis neceſſariis ſucceſſiuè ditaretur. Habuit autem plures de diuerſis Ordinis noſtri monaſteriis Rectores & Priores. Frater noſter *Ioannes Kempis* locum illũ cum paucis fratribus primum excolere cœpit, & frater noſter T*ricus*

Lyman

Digitized by Google

Lyman de Goch, poſtmodum quatuor annis ibidem Prior fuit. Habuit etiam de *Northorn*, & aliunde Priores & Rectores.

Anno igitur Dominicæ incarnationis milleſimo quadringenteſimo ſeptimo, poſt primam fratrum noſtrorum in *Windeſem* inueſtitionem & profeſſionem, vigeſimo anno nondum expleto, duodenarius monaſteriorum Capituli Generalis expletus eſt numerus, ſub venerabili patre *Ioanne de Hueſden* in *VVindeſem Priore*, de nouo à fundamentis conſtructorum Capitulo adunatus. Quę quidem duodecim monaſteria frater quidam Ordinis noſtri *Henricus Hert*, ſubtilis ingenii, duodecim Patriarcharum benedictionibus iuxta interpretationem ſibi congruam aptiſſimè ſingula comparauit. Iuda inquit te laudabunt fratres tui, *Windeſem* intelligit. Aſer, pinguis panis eius, *Leyderdorp*. Iſachar, aſinus, fortis, *Northorn*. Ruben, non creſcas, *Bommel*: & ita de aliis, quæ lectoris induſtriæ relinquimus inueſtiganda. 1407.

Duodecim Priorum Monaſteriorum Capituli VVindeſemenſis iuxta Patriarcharũ benedictiones comparatio.

CAP.

CAPVT XL.

De ſeptem monaſteriis in Brabantia ſcilicet, Viridiſuallis, Rubeauallis, in ſeptem Fontibus, in Kirſendonk, *in* Bethleem, Grobbendonc, *&* Thenis Monte: *item in* Debric *&* Vallis.pacis *Capitulo incorporatis.*

FAma igitur ſanctę conuerſationis & obſeruantiæ regularis venerabilis Capituli noſtri Generalis de VV*indeſem* bono odore ſuo, per ora multorum in circuitu eius vndique reſperſa, plurimos tam ſeculares quam religioſos ad emẽdatioris vitæ propoſitum, religionis aſſumptionem, & regulæ ſuæ obſeruantiam vehementer accendens, ad Canonicos Regulares in Branbantiam peruenit. Qui bonâ Capituli noſtri experimẽtaliter cognitâ reformatione, certos patres monaſteriorum ſuorum ad Generale noſtrum Capitulum tranſmiſerunt, eidem vniri & incorporari inſtantiſſimè deprecantes, in ordinario, conſtitutionibus, cæremoniis, moribus, ritu, cantu, habitu, & in omnibus pro modulo ſuo ſe illi conformare beneuolo animo promittẽtes. Cùm autem dicti patres de vnanimi conſenſu, & bene deliberatâ voluntate fratrum & Conuentuum ipſorum hæc eadem vice alterâ Generali Capitulo cum litteris teſtimonialibus, in communi omnium audientia, apertè propoſuiſſent, cuncti diffinitores, & omnes patres in Capitulo

tulo tunc pręſentes huiuſmodi piis eorum deſideriis aſſenſum prębentes, omnes & ſingulos patres iſtos cum ſuis monaſteriis & perſonis in ſuam vnionem & capitularem colligationem, cum cordis lætitia libenter ſuſceperunt, anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimo tertio. 1413. Qui ſtatim nomen Præpoſiti in nomen Prioris, prompto animo commutantes, Generali noſtro Capitulo in omnibus ſe ſubmiſerunt, & in hac capitulari noſtra vnione per annos pluſquam quinquaginta conſtantes permanſerunt. Pro quorum omnium capitulari vnione, & amica compoſitione deuotus pater *Ioannes de Sconouia*, Supprior Viridiſ. Vallis, ſolemnem tunc fecit in Latino collationem in omnium audientia, ſub themate: *Et fiet vnum Ouile & vnus Paſtor*. *Ioannis* 10. congratulans plurimum, & in Domino congaudens de tam charitatiua cordium ipſorum vnione, & perutili cœnobiorum ſuorum colligatione, ſub vnius capitis Prioris de *VVindeſem* religioſa prouiſione, pro ſanctæ religionis noſtræ ſtabili conſeruatione, & perpetuæ regularis vitæ noſtrę duratione. Hic eſt ille frater *Ioannes* qui Simoni nepoti ſuo in *Eymſteyn* profeſſo, duas ſcripſit epiſtolas, certos paſſus veteris teſtamenti pro nouitiorum informatione pulchrè moralizans, ſalubria vitiorum & tentationum antidota, virtutumque exercitia in ipſis declarando. Huius patris *Ioannis de Sconouia*, & etiam nepotis ſui Simonis diſertos in Generali Capitulo frequenter audiuimus ſermones, quia ambo docti erant viri & bene ſpirituales. Nomina igitur dictorum monaſteriorum Brabantinorum ſunt hîc ſubiecta: *Beatæ Ma-*

Plurima Brabantiæ monaſteria Capitulo VVindeſemenſi incorporantur.

Ioannes de Sconouia Supprior Viridiſ. Vallis.

Eius ad nepotem Simonem, profeſſũ in Eymſteyn epiſtolæ.

Orationes in Capitulo Generali variæ.

Nomina Monaſteriorum Brabantinorũ incorporatorum.

Mariæ, & S. Ioannis Baptiſtæ in Viridi-Valle: B. *Pauli in Rubea* Valle: B. *Mariæ in ſeptem fontibus propè Bruxellam*: B. *Mariæ in Kirſendonc propè* Tournout. B. *Mariæ in* Bethleem *prope Louanium*: Throni B. *Mariæ prope Grobbendonc*; *Omnia Cameracenſis diœceſis*: & S. Barbarae *in* Thenis *Monte diœceſis* Leodimenſis. Prima ſex monaſteria ſunt virorum; vltimum & ſeptimum ſanctimonialium. In hoc primo monaſterio Viridiſ-Vallis duo fuerũt magna eccleſiæ Dei luminaria ſpiritu ſapientiæ & intellectus illuſtrata, videlicet Dominus *Ioannes* Ruysbrock Prior ibidem, qui plures deuotiſſimos libros altiſſimæ contemplationis maternâ linguâ compoſuit, ſcilicet: *Ecce ſponſus* de calculo. *de gradibus amoris & conſimiles.* Alter eius cocus fuit, qui in omni ſua occupatione altioris dicebatur contẽplationis quàm iſte Prior ſuus, prout libri teutonicales ab ipſo editi legentibus manifeſtant. De his duobus deuotis viris tractatum compoſuit frater *Ioannes de Sconouia*, qui ſub hoc Priore nouitius fuerat inueſtitus. Sed ad propoſitum redeamus. Quia enim quædam monaſteria de his ſeptem, de antiquis fuerunt regularibus, poſitionis ſuæ Ordinem poſt duodecim prima Capituli monaſteria, vt in Capitulo noſtro moris eſt, non ſuſceperunt, ſed omnium iam catalogus hoc modo per Capitulum fuit ordinatus. VV*indeſem*, Vi*ridiſuallis*, R*ubeauallis*, *Eymſteyn*, *Septem* Fontum, F*ontis* B. *Mariae prope Arnhem*, *Nouae Lucis prope* Horn, Kir*ſendonc*, *Amſterdam*, V*rendeſvveel* propè Northorn, *Mons S. Agnetis*, *Leyderdorp*, *S. Elizabeth* propè Brielis, V*iſitationis Mariae prope* Herlem, *S. Saluatoris in* Thabor, *Bethleem prope* Louanium, *S Petri prope Bommel*, Thronus B. *Mariæ* iuxta *Grobbendonc*, quæ ſimul

Scripta Ioannes Ruyſbroeck eiuſque Coci.

Ioannes de Sconouia.

Catologus Monaſteriorum Capituli VVindeſemenſis.

ſimul computata decem & octo ſunt virorum monaſteria.

Poſt hæc autem præmiſſa honorabilis pater *Henricus* V*Vilhelmi* inſtitutor congregationis deuotorum clericorum in *Amersfordia* de tertia regula *S. Franciſci*, qui & Prouincialis fuerat miniſter plurimarum congregationum vtriuſque ſexus eiuſdem Ordinis, valde laborauit, vt domus ſua Generali Capitulo incorporari potuiſſet. Quod propter charitatem & pacem patrum de tertia regula *S. Franciſci* aliquanto tempore fuit dilatum, & tandem tunc anno Domini decimo ſeptimo ad effectum perductum. Et quia fratres ibidem de plantario domus Domini *Florentij Dauentrienſis* egreſſi, competenter bene in ſpiritualibus erant inſtituti, prælatus eorum poſt Ordinis noſtri ſuſceptionem non Rector, ſed Prior continuò non eſt appellatus.

Henricus VVilhelmi inſtitutor congregationis deuotorum clericorum tertiæ Regulæ S. Franciſci.

1417.

Capitulo VVindeſemenſi incorporatur.

Vallis-pacis initium.

Monaſterium Vallis pacis propè Traiectum cuius primus fūdator fuerat magnus ille multarum deuotarum congregationum vtriuſque ſexus propagator Dominus V*Vermboldus de Buſchoep* anno decimo nono Generali Capitulo noſtro fuit incorporatum. Cuius fratres primitiuos, qui ſub tertia regula *S. Franciſci* aliquādiu militauerāt, & domo Domini *Florentij Dauentrienſis* ortum habuerant in ſpiritualibus bene inſtituti, per Priorem de V*Vindeſem Ioannem Vos* habitum noſtræ religionis deuotè ſuſceperunt, & vſque in præſentem diem deuotius in eo perſtiterunt.

VVermboldus de Buſchoep fundator.

Capitulo VVindeſemenſi vnitur.

Capvt XLI.

De magno illo Conſtantienſi Concilio *in quo ſchiſma, quod quadraginta annis durauit, finem accepit, ad quod Prior de* Windeſem *vocatus gratiam obtinuit prælatorum.*

1414. ANno Domini milleſimo quadringenteſimo decimo quarto Concilium Generale & Oecumenicum inchoatum eſt in ciuitate *Conſtantienſi* per *Sigiſmundum regem* Romanorum, *Vngariae & Bohemiae*, quod durauit in annum quartum in copia rerum omnium, in maxima omniũ ibidem aduenientium libertate & ſecuritate. Ibi fuerunt quinque mundi Nationes, *Italica, Germanica, Gallicana, Hiſpanica & Anglica*; & omnium regum, Principũ, & prælatorum ſolenes ambaſiatores, vel ipſi principes & prælati in propriis ſuis perſonis, *Graeci* cum *Turcis*, & omnium religionum prælati, quarum erant pluſquam quinquaginta religionum & Ordinum diuerſitates. Ibi *Ioannes* Hus Sacerdos, & *Hieronymus* Hæreſiarchae igne combuſti ſunt, & *Bohemi* qui iſtorum duorum hæreſim & ſectam tenent & ſequuntur hæretici ſunt declarati. Ibi *Ioannes Papa* vigeſimus tertius fuit depoſitus, & *Gregorius duodecimus* Papatum reſignãs in ſummum Cardinalem aſſumptus. Schiſmate igitur magno & peſſimo, quale in eccleſia Dei factum non legimus, quod quadraginta annis continuis durauit, ibi ſedato & finem

Concilium Conſtantienſe. Sigiſmundus Rex.

Magnus conuentus ad Concilium.

Ioannes Hus & Hieronymus Hæreſiarchæ comburuntur.

Ioannes Papa XXIII. & Gregorius XII. reſignant Pontificatum.

Digitized by Google

finem accipiente, *Martiuus Papa quintus* ab omnibus Cardinalibus in Concilio congregatis, concorditer eſt electus, qui omnia Concilij ipſius decreta ritè approbauit. Annus vero electionis eius, & finis concilii præfati in hoc verſu pſalmi, LaVs eIVs In eCCLeſia ſanCtorVM, per literas numerum deſignantes exprimitur, videlicet milleſimus quadringēteſimus decimus octauus. Iſte *Martinus Papa* dedit gratiam Iubilei ſemel in vita, & ſemel in morte omnibus his qui concilio interfuerunt, dummodo vnam feriam in hebdomada per annum ieiunarent. Item ſtatuit, ſicut & Concilium, neminem in diuinis vitandum niſi nominatum excommunicatum, vt excommunicatio iuris tantum noceat excommunicato, & ſola excommunicatio per hominem facta tangat participantem. Et hæc eſt forma decreti *Concilii Conſtantienſis* de participatione cum excommunicatis.

Martinus Papa V. concorditer eligitur.

Annus electionis Pontificis. Pſal. 149. 1418.

Dat gratiam Iubilei ſemel in vita & ſemel in morte cunctis in Concilio patribus præſentibus.

Statuit neminem in diuinis vitandum niſi nominatim excommunicatur.

Forma decreti Concilii Conſtantienſis de participatione cum excommunicatis.

Ad vitandum ſcandala & multa pericula, ſubueniendumque conſcientijs timoratis, omnibus Chriſti fidelibus tenore præſentium miſericorditer indulgemus, quod nemo deinceps à communione alicuius, aut ſacrorum adminiſtratione vel receptione aut aliis quibuſcumque diuinis vel extra, prætextu cuiuſcumque ſententiæ, aut cenſuræ eccleſiaſticæ, à iure vel ab homine generatim promulgatæ, teneatur abſtinere, aut aliquem vitare, aut interdictum eccleſiaſticum obſeruare, niſi huiuſmodi ſententia vel cenſura fuerit in vel contra perſonam, collegium, vniuerſitatem, eccleſiam, communitatem aut locum, certam vel certum à iudice publicata vel denunciata, ſpecialiter & expreſſè, conſtitutionibus Apoſtolicis & aliis in contrarium

„ *rium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Sal-*
„ *uo ſi quem pro ſacrilega manuum iniectione in cleri-*
„ *cum ſententia lata à Canone adeo notoriè conſtiterit in-*
„ *cidiſſe, quod factum non poterit aliqua tergiuerſatione*
„ *celari aut iuris ſuffragio excuſari.*

Ioannes Vos de Hueſden Prior in VVindeſem venit cum aliis ad Concilium Conſtantienſe.

Huius tempore Concilii venerabilis pater noſter *Ioannes Vos de Hueſden* Prior in *Windeſem* cum magnis illis patribus Domino *Ioanne Wael*, Priore monaſterii Ordinis noſtri in *Bethleem*, *Zvvollis*, & Domino *Henrico Ahus* Rectore congregationis deuotorum clericorum in ciuitate *Monaſterienſi* ad idem perrexit *Conſtantienſe Concilium*, ſic dictum quod in ciuitate *Conſtantia* fuerit celebratum; vbi dicti Patres à Dominis Cardinalibus, & ceteris eiuſdem Concilij maioribus glorioſè ſunt ſuſcepti. Primum ergo Prior de *Zvvollis*, vir eloquens & magnæ ſtaturæ cauſam itineris eorum coram dictis Dominis Cardinalibus magnificè perorauit. Deinde Prior de *Windeſem*, humili ac nobili ſua verecundia, coram tantis vniuerſalis eccleſiæ Pontificibus & prælatis ſuam, Capitulique Generalis ſui cauſam & deſiderium, efficaci ac diſerto, perlucidoque ſermone paucis explicauit. Quibus viſis & auditis, moribuſque ſuis valde compoſitis diligēter conſideratis, dicti Domini Cardinales in eius amorem accenſi continuò reſponderunt: *Iſti ſunt verè patres religioſi quos dudum videre & audire deſiderauimus.* Mores enim beati *Bernardi Clareuallenſis* Abbatis, *Ioannes* Prior in *VVindeſem* ſemper & vbique circumferebat, qui verbis ſuis perpaucis, verecundis & prudentibus bonam exauditionis audientiam, multamque impetrationis efficaciam non immeritò præſtabat. Inhabitantem

Excipiuntur à Cardinalibus & Patribus Concilii.

in

Digitized by Google

in eis Spiritus Sancti gratiam, dicti Domini Cardinales in verbis & moribus cognoſcentes in magna reuerentia habuerunt, & ad ſua hoſpitia cum cereis ardentibus, facibus & luminibus, copioſaque familia plures remiſerunt.

Ex illo denique tempore vſque in pręſentem diem venerabile noſtrum Generale Capitulum de *VVindeſem* in curia Romana iam optimè notum, laudabile nomen, & glorioſum pręconium apud Dominum Apoſtolicum & curiæ Cardinales reportare meruit, ita vt quęcunque religionis gratia, ac debitæ reformationis inſtantia à R*omana* curia duxerint impetranda, non leuiter denegentur. *Martinus* etenim *Papa quintus* omnia penè priuilegia Capitulo noſtro à *Romanis pontificibus, Legatis* Sedis Apoſtolicæ, & ordinariis locorum prius indulta ratificauit & approbauit, plurimaque Ordini & Capitulo noſtro vtilia & neceſſaria in Bulla ſua plumbea, *Sponſa Chriſti* nuncupata, benignè conceſſit, ac de verbo ad verbum cuncta diligenter articulata plenius expreſſit, prout ſingula noſtra monaſteria in regiſtris & inuentariis ea nunc habent excopiata. Similiter fecit Eugenius *Papa quartus*, & alii Apoſtolicæ Sedis Legati à Latere, qui bona & vtilia etiam priuilegia contulerunt, quæ in Bullis & membranis habemus deſcripta.

Martinus Papa V. approbat priuilegia Capituli VVindeſemenſis.

Eadem Eugenius IV. & alii confirmāt.

De Concilio igitur *Conſtantienſi* rediens Prior de VV*indeſem* ab omnibus ſuis fratribus cum ingenti gaudio deuotè fuit ſuſceptus, in cuius ſignum lætitiæ & iucundi aduentus, totus tunc conuentus noſter in infirmaria

cum eo pariter cęnauit. Vbi tunc audiuimus quanta charitate, beneuolentia & gratia à cunctis eccleſię prælatis ibidem fuit ſuſceptus, & quomodo *Imperator Sigiſmundus* in omnium audientia latinum fecit Sermonem de eccleſiæ vnitate perpetuò ſeruanda, prius proteſtatus, ſi faceret barbariſmum aut ſoleciſmũ, non ſibi imputãdum propter inuſitationem verborum latinorum, quamuis diſertiſſimè & ſatis facundè coram vniuerſali eccleſia Dei, in Spiritu ſancto congregata, quæ valuit perorauerit. Dixit etiam pater noſter coram nobis, quanto affectu cellam illius deuoti fratris Ordinis prædicatorum, qui *horologium aeternæ ſapientiæ* inſtinctu ſancti Spiritus ediderat, in *Conſtantienſi* ciuitate cum aliis deuotis patribus libenter viſitauit, & cetera multa ſimilia quę longum eſt per ſingula hîc dilucidare. H*æc de Conſtantienſi Concilio* auctoritate Sedis Apoſtolicæ, & omnium Prælatorum eccleſiæ totius Chriſtianitatis multum approbato hic interpoſuimus occaſione Prioris de *VVindeſem*, quem ab eo demandatum nouimus interfuiſſe, ſicut & omnes eccleſiæ præcipui prælati cogebantur intereſſe.

CAPVT XLII.

De aliis quatuor virorum monaſteriis in Elzingen, *in* Dumo, *in* Ezingen, *& in* Bodingen *Generali Capitulo demum incorporatis.*

ANno Domini milleſimo quadringenteſimo decimo ſeptimo Priori *Rubeæ Vallis in Brabantia* per Generale Capitulum fuit commiſſum cum ſocio aſſumendo, videre de nouo monaſterio in *Elzingen prope Oudenart diœceſis Tornacenſis* aptè conſtruendo. Vbi ſequenti anno fratres duo miſſi ſunt per annum ad probandum, ſi locus ſatis ſit aptus pro monaſterio ædificando, ſi annui redditus pro conuentu & competenti familia ſuſtentandis ſufficiant, ſi ducenti floreni ad hoc annuatim haberi poſſint, & ſemel ducenta nobilia pro monaſterii ſtructura. Domino enim de *Creynhem* per Capitulum eſt reſponſum, quod in nouis domibus aſſumendis Capitulum contra ſtatuta non agit, niſi bona illius ſtatutis noſtris aliquantulum ſint propinqua. Tertio igitur ſequenti anno rector eidem domui fuit deputatus deuotus pater *Arnoldus Buric*, qui tunc in eodem anno ſecundam ſuam in Generali Capitulo fecit in Latino collationem ſiue Sermonem ſub themate. *Obſecro vos vt idipſum ſapiatis omnes.* Cui etiam à Capituli definitoribus fuit iniunctum, vt à *Tornacenſi* Epiſcopo conſenſum impetraret Ordinis noſtri monaſterium in *Elzingen* erigendi, & idem continuo Generali Capitulo noſtro incor-

1417.

Elzingen prope Oudenarde.

porandi. Quibus votiuè obtentis, idem monaſterium nunc valde bonum Generali Capitulo fuit incorporatum.

Ioannis Eggert donatio Capitulo VVindeſemenſi facta.

Huius promotor maximus fuit vir diues, & prudens *Ioannes Egghert* nomine, VV*ilhelmi Eggerdi*, *Hollandiæ* quondam theſaurarii *filius*. Qui magnam ſummam pecuniæ Generali noſtro Capitulo, & etiam noſtro in VV*indeſem* monaſterio pro comparandis redditibus liberaliter donauit. Hic duo ſanctimonialium Ordinis noſtri monaſteria, vnum in *Gandauo*, aliud in *Bonna* glorioſè fundauit; deuotum habens ſororis militis & etiam proprium filium *Ioannem Eggert* nomine quem in *Elzingen* monaſterium electum vidimus in Priorem.

Monaſterium B. Mariæ in Dumo.
1420.
VVilhelmus de Amſterdam.

Monaſterium nouum B. *Mariae in Dumo* propè *Endouen*, *Leodienſis diœceſis* anno Domini vigeſimo, *M. VVilhelmum de Amſterdam*, egregium in medicinis Doctorem in *Fonte* B. *Mariae* profeſſum ſuſcepit Doctorem. Cuius incorporatio ſequenti anno viſitatoribus eſt commiſſa, ſi bona monaſterii iuſto titulo inuenerunt acquiſita, aliàs nullo modo. Tertio demum anno eius incorporatio iterum viſitatoribus fuit commiſſa, ſi eius circũſtantias ſecũdum Deum inuenerint bene diſpoſitas, ſicq; tandem obſtaculis eius ad plenũ remotis, ipſum monaſteriũ Capitulo fuit incorporatũ.

Monaſterium B. Mariæ in Ezingen.

Monaſterium Capituli B. *Mariae in Ezingen* partium *Oeſtfriſiae, Bremenſis diœceſis*, ex prima ſui fundatione cœnobium fuit ſanctimonialium nigri Ordinis S. *Benedicti*, quæ propter vitam earum diſſolutam & regularis vitę negligentiam, ad magnam temporalium & ſpiritualium rerum penuriam non immeritò peruenerunt. Vnde vir quidam

Digitized by Google

quidam nobilis, partium *Friſiæ* illius Capitaneus, nomine V*Vilboldus* apud omnes bene auditus, venerabili Capitulo noſtro ſcripſit epiſtolas, vt idem monaſterium cum omnibus ſuis attinentiis aſſumere dignaretur ac fratres ſui Ordinis ibidem collocaret. Ipſe enim de patrum conſilio, paucas ibidem relictas mulierculas, moniales vetulas, alio in loco ibi propinquo ipſis inſimul deputando, de bona ipſarum voluntate, modicâ habitâ prouiſione facillimè contentaret. Cuius legatio anno Domini vigeſimo patri *Henrico Loeder in Northorn* Priori à Capitulo fuit commiſſa. Qui zelo feruens animarum Deo lucrandarũ iter aggreſſus locũ inuenit ſpatioſum, pro multitudine fratrum Deo ſeruire cupiẽtium ſatis aptum. Monialium ergo prædictarum prouiſione bene prædiſpoſita rem retulit ad Capitulum. A quo cum collega ſuo in T*habor* Priore plenam ſuſcepit auctoritatem cuncta cum dicto monaſterio ordinãdi, faciendi, & diſponendi, ſicut pro eius plenaria reformatione ſibi videretur expedire. Huiuſmodi igitur poteſtate acceptâ venerabilem patrẽ *Arnoldum Huls* domus ſuę profeſſum, multorum poſtmodum Ordinis noſtri monaſteriorum reformatorem futurum adſtatim in rectorem ibidem præfecit, fratres chorales & laicos probitate vitæ pro informatione aliorum idoneos, & agriculturæ labore illi adiungens. Qui non modicam Acefalorum Friſonum perpeſſi ſunt vexationem, & peſtilentiam plurimùm in ſe graſſantem, ita vt plures eorum quos ibi adunauerat è medio ſublatos ad regna præmitteret cœleſtia. Idcirco tam multas & graues in principio ibidem ſuſtinuerunt inimici tentationes, quia

Traditur Capitulo VVindeſemenſi.

Arnoldus Huls multorum monaſteriorũ reformator.

timor quem timebat ipſi euenit diabolo, quia multa exinde millia animarũ ex ore Leuiathan in hoc loco, & ex hoc loco ad regna præparantur æterna. Ait enim idem pater *Arnoldus*, certum eſſe ſignum profectus ſancti negotii & boni operis, idque Deo complacere, & inimico diſplicere, ſi in ſui initio plurima ſibi acciderint aduerſa. Et vix vnquam bonum habituri progreſſum, quibus in initio proſpera ſemper occurrerint. Denique, vt accepimus, nunc habet in *Ezingen* & in Grangiis ſibi vnitis circa ducentos fratres & laicos, qui omnes Domino die ac nocte deuotè deſeruiunt; plurimáque Ordinis noſtri & aliorum monaſteria, ſororumque beginaria per eos ſunt inſtituta, ſeu in melius reformata. Capitulum igitur noſtrum Generale hæc de illo præſumens dictum monaſterium in ſuam coloniam libenter accepit.

Monaſterium in Bodingen.

B. Mariæ Virginis icunula miraculoſa.

Sanationis ſigna & teſtimonia.

Monaſterium in *Bodingen*, diœceſis *Colonienſis*, ducatus *Montenſis* paruam & pulchram habens Capellam, & *B. Virginis Mariæ imaginem* ſuper ſummum altare, Saluatoris imaginem tanquam de cruce depoſiti gremio continentem, ad quam homines ſexus vtriuſque fortes & infirmi, variis languoribus & incommodis detenti, per miliaria triginta & amplius quotidie cum votis ſuis & muneribus confluentes, ad inuocationem B. *Mariæ Virginis* ſe fuiſſe ſaluatos, & aliquando à morte reſuſcitatos *probabilibus ſignis & teſtimoniis* certiſſimè affirmauerunt, liberationis & ſaluationis ſuæ interſignia, ligna, compedes & ferramenta in *Bodingen* quotidie ſecum deportantes. Vidimus offertorium in cera, auro, argento & pecunia, ceteriſque ſimilibus in eius feſto *Viſitationis* centum

centum florenos exceſſiſſe. Plebanus autem & clerici ad id requiſiti, Capellam hãc de fidelium eleemoſynis &oblationibus ſatis aptè conſtruxerant, & quatuor beneficia, annuis redditibus ad id comparatis, quatuor presbyteris, auctoritate Sedis Apoſtolicæ conferendis, qui Horas in ea Canonicas perpetuò decantarent, & Miſſas obſeruatis vicibus celebrarent, ibidem eſſe decreuerunt & inſtituerunt. Illuſtris ergo princeps *Adolphus dux Montenſis*, vir prudens & potens, in cuius temporali dominio idem locus eſt conſtitutus, quotidie cernens oblationes eius augeri, & dictos beneficiatos longas inter ſe diſcordias exercere, & nec ad inuicem, nec cum Plebano poſſe concordare, dictam Capellam cum ſuis attinentiis in monaſterium Canonicorum Regularium Capituli de W*indeſem* deliberauit erigere. Miſſum eſt ad Papam, qui Domino abbati ad ſanctum *Martinum Coloniae* cauſam commiſit examinandam, & ſi ita inueniret, vt ſibi narratum fuerat, Capellã præfatam cum ſuis attinentiis in monaſteriũ erigeret. Qui auditis partibus, & cauſã rationabilẽ quare impediretur non inueniens, beneficia ipſa mortificando mandatum Apoſtolicum declarauit in vigore debere permanere. Princeps ergo prędatus, ſolemnes miſit legatos in W*indeſem* ad Capitulum, vt dictum locum in *Bodinghen* pro monaſterio Ordinis ſui conſtruendo aſſumerent, & fratres reformatos quantocius illac dirigerent. Cuius legatio patri Henrico Loeder in *Northorn* Priori à Capitulo fuit commiſſa. Qui à duce *Montenſi* glorioſè ſuſceptus cuncta iam pręmiſſa debitę executioni mandauit. Nam Prior de VV*indeſem* duos de conuentu ſuo illac deſtinauit

Adolphus Dux Montenſis.

Capella in Bodingen à Capitulo VVindeſemenſi ſuſcipitur.

Primi fratres in Bodingen.

nauit fratrem *Tricum* L*yman de* Go*ch*, & fratrem *Ioannem* Bu*ch de zvvollis* cum fratribus duobus de *Northorn Arnoldo* Hu*ls* & *VVilhelmo* K*eppel*, dans illis in mandatis vt monaſterium illud inſtituerēt ſecundum charitatem de VV*indeſem*,& humiliationes de *Northorn*, & quod de tanti nominis & perfectionis monaſteriis eſſent ſub magnis Capituli noſtri præceptoribus inſtituti iam rebus demonſtrarent, vt filii non degeneres, ſed verè legitimi probarentur. Patrem ergo *Arnoldum Hulſ* iam dudum Colonię notum rectorem eis præfecit, Miſſalia duo, Antiphonare vnum, Graduale vnum,bonum Pſalterium cum aliis libris diuinis, & duorum fratrum veſtimenta penè duplicia, quatuor videlicet pellicia,quatuor ſuperpellicia, ſex noua ſubtilia,duo almutia, quatuor ſotularia, quatuor filtratos calceos, quatuor lanea linteamina, quatuor duplicata ſupellectilia, & cetera plura ſimilia fratres præfati de VV*indeſem* ibidem ſecum aſportauerunt, quæ poſt annos quatuor frater *Ioannes Buch* cum fratre *VVilhelmo* K*eppel* inde recedens, nouem fratribus ad religionem ibi prius receptis,omnia penè de patrum in *VVindeſem* licentia in *Bodingen* reliquit.

Arnoldus Huls primus Rector in Bodingen.

Ioannes Buch. VVilhelmus K*eppel.*

Omnia autem præmiſſa viginti quatuor virorum Ordinis noſtri monaſteria tempore Prioris noſtri *Ioannes Vos de Hueſden* Generali noſtro Capitulo de *VVindeſem* ſunt incorporata,quę in debita regulari obſeruantia, & ſancta conuerſatione vſque hodie perſeuerant.

CAPVT XLIII.

De quatuor monaſteriis ſanctimonialium, ſcilicet Amſterdam, Depenuene, Bronopia, *&* Hieruſalem, *& vno virorum, ſcilicet* Tungris *Generali Capitulo de* Windeſem *incorporatis.*

QVoniam de monaſteriis virorum Ordinis noſtri tempore Patris *Ioannis de Hueſden* Prioris in VV*indeſem* Capitulo incorporatis perpauca perſtrinximus, nunc ad ſanctimonialium Ordinis noſtri monaſteria de nouo fundata, & Generali Capitulo tempore ſuo vnita, ſtilum vertamus.

Igitur monaſterium ſanctimonialium Ordinis noſtri prope *Amſterdam* Traiectenſis diœceſis anno Domini milleſimo treceteſimo nonageſimo quarto, noſcitur inchoatum à deuoto presbytero Domino *Giſberto Dou M. Gerardi Magni diſcipulo*; Vbi ſorores noſtræ habitum Capituli noſtri eis conuenientem primum ſuſceperunt, quibus etiam frater noſter *Ioannes Ottonis* in VV*indeſem* profeſſus tredecim penè annis præfuit, & dictas ſorores Capitulo incorporatas, in omni pace, diſciplina & veritate, iuxta capituli noſtri inſtituta, ſtrennuè gubernauit, diem ibi claudens extremum poſtquam triginta tres annos in Ordine deuotè exegit.

Monaſterium Regularium ſanctimonialium S. Ioannis Euangeliſtæ prope Amſterdam inchoatur.

1394.

Giſbertus Dou fundator.

Ioannes Ottonis.

Monaſterium ſanctimonialium in *Thenis Monte* diœceſis *Leodienſis*, cum patribus de Brabantia,

Monaſterium ſanctimonialium in Thenis Monte.

bantia, Generali Capitulo fuit vnitum, & per ipſos patres in bona regulari obſeruantia vſque in præſens conſeruatum.

1400. *Depenuene Monaſterium ſanctimonialium.* *Ioannes Brinkerinc multarum congregationum Rector.*

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo, locus ſanctimonialium in *Depenuene* per venerabilem patrem *Ioannem* Brinkerinck magiſtri *Gerardi Magni* familiarem, multarum poſtmodum congregationum rectorem, & per deuotas domus *M. Gerardi in Dauentria* ſorores primùm ſuſceptus eſt & inhabitatus, & anno ſequenti litteras ſigillatas ab Epiſcopo T*raiectenſi Frederico*, & à Capitulo *Dauentrienſi* & Plebano, pro monaſterio Ordinis noſtri ſanctimonialium *Capitulo de* VV*indeſem ſubiiciendo* ibidem conſtruendo obtinuerunt. Sexto demum anno Dominus *Ioannes* Brinkerinck impetrauit à Capitulo, vt Prior de *VVindeſem* ſorores in *Depenuene* inueſtire, ad profeſſionem recipere, velare, viſitare & prioriſſam eligendam, auctoritate Capituli valeat confirmare. Anno tunc octauo ipſo die ſanctæ Agnetis duodecim primæ ſorores in *Depenuene* inueſtitæ ſunt ſecundum formam ſtatutorum, per venerabilem Priorem de VV*indeſem Ioannem de* Hueſ*den, de Fonte* & *de* M*onte* Prioribus ibidem præſentibus, cum multitudine populi vtriuſque ſexus magno cum affectu ad tam ſolemnes nuptias vndelibet concurrentis. Harum tres primæ videlicet Hil*legundis Sunderlant* quæ prima fuit Prioriſſa, M*argareta Daghens* & *Gertrudis Monics* eodem die ſunt profeſſæ, reliquis nouem ſororibus nouitiis per annum remanentibus. Factum eſt ergo gaudium magnum omnium deuotarum ſororum, nobilium matronarum, & reliquarum puellarum pro nuptiis his cæleſtibus Virginum

Capitulo de VVindeſem ſubiicitur.

Primæ Sorores in Depenuone.

deuo-

deuotarum, à quibus præ gaudio ingens fletus ferebatur in cælum. Die ſequenti *Domina de Vrede* fuit inueſtita, & propter ſuam infirmitatem eodem die profeſſa.

Venerabilis hic pater Dominus *Ioannes Brinkerinck* ſub Domino *Florentio Dauentriæ* factus presbyter, ſecundus fuit Rector ſororum in *Dauentria*, quas multis annis laudabiliter rexit, & in eccleſiis ſæpè publicè prędicans plurimas Chriſti famulas conuertit. Quia igitur congregationes ſororum in oppido D*auentrienſi* omnes puellas Deo ſeruire cupientes capere non poterant, idcirco monaſterium extra oppidum illis conſtruxit in *Depenuene*, quod muro lapideo vndique circumduxit, boniſque temporalibus, & etiam ſpiritualibus plurimum ampliauit. Has in bona diſciplina, vera obedientia, mortificatione propria, & cælica vita ita inſtituit, vt iam ſint forma & exemplar, flos, decus & gloria omnium ſororum, & ſanctimonialium Deo ſeruire cupientiũ, circa nonaginta habens ſanctimoniales, viginti ſeptem conuerſas & viginti quinque alias puellas nondum inueſtitas intra clauſuram: decem ſorores pro externis laboribus extra clauſuram ſeorſum à viris ſeparatas, & viginti laicos familiares foris in curia pro agricultura ſeparatum, rectorem cum duobus presbyteris, & duobus laicis eis ſeruientibus, quibus omnibus victus, veſtitus & cetera neceſſaria per ſanctimoniales ab intra miniſtrantur, quæ intus coquunt, pinſunt, braxant, molunt, ſuunt, & cetera exercent officia non vacantes otio, ſed magnis ſuis laboribus & ſpiritualibus exercitiis regnum cælorum promerentes.

Numerus perſonarum deuotarum in Depenuene.

Mona-

133

mixto, laudes Deo reſonans cordibus & vocibus in cælum leuatis.

Veſpere autem facto Priorem interrogabant de *VVindeſem* vnde Horas canonicas in craſtino ſeruarent. Qui ſorores aliquas putans non ſatis adhuc doctas Horas ſuas corruptè & imperfectè dicere, reſpondit: De Martyribus: at illæ ſine cauillatione ſimpliciter doctæ obedire, in communi Horas de Martyribus ſeruauerunt, quando de Aduentu ſeruare debuiſſent. Hoc patres in craſtinum tunc primum audiētes, ſimplicem earum obedientiam ſunt mirati, quæ nihil nouit diſcernere, ſed nutu citius obedire. Hæc pura, ſimplex & ſine querela vera obedientia in eodem Virginum collegio vſque hodie ſeruatur, vt ſi qua leue verbum, contra collegæ ſuæ intentionem, etiam iuſtè permota interdum, vt aſſolet, ſubitò reſponderit, & ipſa intulerit hoc verbum, obedientia, tunc ſtatim primâ omni excuſatione ſemotâ, implere non differt ab ea deſiderata. Creuit autem numerus ancillarum Chriſti in dicto cœnobio in numerum cētesimum & viceſimum ad laudem gloriæ ſummi Dei, qui plurimas cœlo præparandas deuotarum animas ibidem includendas ab æuo præuidit & præordinauit. Porrò duo iſta ſanctimonialium monaſteria *Depenuene* & *Bronopia* Capitulo Generali incorporata ad prouidendum & viſitandum de *VVindeſem* & de *Monte* Capituli noſtri Prioribus ab eodem ſunt commiſſa.

Simplex obedientia ſororum in Bronopia.

Numerus ancillarum Chriſti in Bronopia.

Capitulo VVindeſemenſi conſociatur.

Monaſterium ſanctimonialium in *Hieruſalem* prope *Traiectum* anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo quarto, aſſumptum fuit à Capitulo. Cuius fundatores & primi promoto-

Hieruſalem ſanctimonialium monaſterium à Capitulo VVindeſemenſi aſſumitur.

Digitized by Google

194

Fundatores & promotores eius. res fuerunt *M Bruno, & Agatha Erneſti* omnium religioſorum præcipuè Ordinis noſtri, & Tertiariorum pia mater & procuratrix, quos hoſpitio ſæpè ſuſcipiens in *Traiecto*, & multùm charitatiuè pertractans, nihil inde vnquam etiam compulſa voluit recipere. Plures iſta Virgines à mundi vanitatibus ſæpiùs abſtrahens ad religionis ingreſſum plurimùm animauit, ſingulaſq; ad monaſteria & loca religioſa eis conuenientia poſtmodum direxit. Hæc faces & luminaria ardentia ad ſe accedentia, ante monaſterii in *Hieruſalem* conſtructionem, apertis conſpexit oculis, Angelorum præſentiam in Angelicę vitę perſonis, ibidem Chriſto deſponſandis, credens deſignatam. Capella iſta extra *Traiectum* ſituata dicta eſt *Hieruſalem*, quia ſepulchrum Domini ad inſtar ſepulchri eius quod eſt in *Hieruſalem*, in terra ſancta in petrâ exciſi, in ea eſt conſtitutum. Hanc ipſam Capellam à ſuis prouiſoribus *Agatha* præfata maximis inſtãtiis tandem obtinuit pro virginum monaſterio ibidem conſtruendo, vt bonæ voluntatis virgines Deo ſeruientes in eo deliteſcerent.

Cur Hieruſalem indigitatum.

Plures ergo Virgines etiã in ſęculo prædiuites in *Hieruſalem* ſe dederunt ſponſo ſuo cęleſti perpetuò deſeruituræ, de quarum bonis temporalibus, & Chriſti fidelium eleemoſynis noua in *Hieruſalem* eccleſia, & plura ancillarum Dei habitacula ſatis aptè ſunt conſtructa. Ex iſta ſancta congregatione primùm tres ſorores, deinde duę miſſæ ſunt in *Depenuene*, vt bonam earum regularis obſeruantię formam, oculata fide, conſpicerent, quã in omni forma proprio in monaſterio poſtmodum ſeruarent, deuotam valde ſororem *Elizabeth de Doesborch* ſecum aſſumentes, quam in

Elizabetha de Doesborch

primam

primam monaſterii ſui Prioriſſam elegerunt. De mandato igitur *D. Frederici Epiſcopi Traiectenſis*, Ordinis noſtri habitum ſibi conuenientem deuotè ſuſcipientes, iuxta Canonum ſanctiones ſub perpetua clauſura in Domini famulatu cõtinuo perſeuerant. Prior autem de VV*indeſem* deuotum ſecularem ad quatuor annos ordinauit eis confeſſorem, poſt quos rectorem de Ordine pro confeſſore, & duos fratres ſecum commanentes, per Capitulum ſuſceperunt. *pri[illegible]in Hieruſalem Prioriſſa.*

Monaſterium nouum P*aßionis Chriſti*, *B. Mariæ Virginis in* T*ungris* L*eodienſis diœceſis* eodem anno eſt inchoatum, pro quo viſitatoribus eius per Capitulum fuit commiſſum, vt vtique in loco apto conſtrueretur, & potius extra quàm intra ciuitatem vel oppidum. De cuius diſpoſitione anno ſequenti viſitatoribus adhuc fuit commiſſum. Tertio demum anno cum omnia ad nutum Capituli eſſent diſpoſita, eidem eſt incorporatum. *Monaſterium Paſsionis Chriſti B. Mariæ Virginis in Tungris inchoatur, & poſt Capitulo VVindeſemenſi adiungitur.*

Cuncta igitur Ordinis noſtri prænominata monaſteria numero viginti octo ſub venerabili patre *Ioanne de* H*ueſden* Priore in *VVindeſem* Capitulo Generali ſunt vnita, vel ſaltem vniri inchoata, quę penè omnia de nouo ſunt conſtructa: demptis aliquibus quæ per patres Brabantinos ad Generale Capitulum ſunt adducta.

CAPVT XLIV.

Quomodo duodecim monaſteria Capituli Nuſſienſis *Generali Capitulo de* Windeſem *ſunt vnita, & alia tria, ſcilicet,* VVittenborch, Ludinkerka, *&* Beuervvijc.

QVia verò de ſingulis aliis monaſteriis Generali noſtro Capitulo poſtmodum incorporatis quale initium habuerint, & quomodo eidem Capitulo ſucceſſiuè ſint vniti, per ſingula nunc deſcribere lōgum eſſet nimis & oneroſum, ad laudem tamen gloriæ ſummi Dei & Capituli noſtri reuerentiam & honorem quomodo ſub venerabili patre noſtro *VVilhelmo Vornken* qui per triginta nouem annos Prior fuit in *VVindeſem*, & ſuis ſucceſſoribus ſe dilatauit, ad vtilitatem hæc legentium vel audientium aliquid de eis in commune proferamus. Videmus enim ad oculū quod Deus fuit cum patribus noſtris, & nobiſcum, qui in tam breui tempore per annos ſeptuaginta ſeptem tanta mirabilia per patres Capituli noſtri operatus eſt, & vſque hodie operatur, vt in ſalutem multarum millium animarum tot & tāta Ordinis noſtri monaſteria numero quaſi octoginta, aut de nouo vbi non erant ſint fundata, aut ex antiquis reformata. In quibus nunc inhabitantes in debita trium ſubſtantialium Ordinis, paupertatis videlicet, caſtitatis, & obedientiæ obſeruantia, in bona Regularis vitę diſciplina, in per-

VVilhelmus Vorken Prior in VVindeſem.

perfecta conſtitutionum ſuarum cuſtodia, in veris internis virtutibus, in probis externis moribus, & in veræ religionis ſancto fundamento fideliter vſque hodie Deo creatori ſuo deſeruiunt, ita vt non ſolum noſtri Ordinis religioſi, verum etiam Ordinum aliorum, ſeculares quoque homines, odore bonę fa nę ſanctæ conuerſationis noſtrorum monaſteriorum attracti & perfuſi, vitam ſuam emendare, regularia pręcepta cuſtodire, mandata Dei obſeruare, & eius conſilia pertentare, à Deo ab intus inuitari, eorum exemplo prouocarentur, manibus & rebus oſtendentes aliam poſt hanc eſſe vitam, pro qua obtinenda, contra carnem, mundum & diabolum certamen forte aſſumpſerunt, mille mortibus mori deſiderantes quàm ab hoc ſancto propoſito vel ſemel declinare.

Hinc eſt quod patres Capituli Generalis *Nuſſienſis* duodecim habentes monaſteria ſibi vnita frequentius ad hoc inſtiterunt, vt Generali Capitulo noſtro de *Windeſem* ex toto vni entur; quod tamen plurimis de cauſis partis vtriuſque multis annis fuit impeditum, & non omnino inutiliter ſic dilatum, cùm vnum aliud in feruore niſum fuit ſemper præire, ac plura ſibi monaſteria ad reformandum conaretur vnire Tandem ipſi patres ad ſe inuicem mutuamque charitatem, dexterâ Dei obſtetricante coeuntes, certum modum conceperunt quo in habitu & ſtatutis perfectè ſe conformarent. Et cùm in vnum conueuiſſent, Capitularem vnionem deſiderantes Patres & Conuentus Capituli *Nuſſienſis* ab omnibus patribus Capituli Generalis de *Windeſem* hoc modo ſunt admiſſi, ſi vota fratrum omnium, & *Capitulum Generale Nuſsienſe.*

 ſingu-

ſingulorum conuentuum ſigilla ad pręmiſſa aſpirantium, Capitulo de *VVindeſem* præſentarent, & impedimenta colligationi huiuſmodi obſiſtentia quantocius remouerētur, videlicet quòd ſtatuta & priuilegia Capituli de *VVindeſem* ad rigorem Ordinis ſpectantia, inuiolabiliter obſeruarent, nihil inde immutantes, niſi ſecundum formam ſtatutorum, & quòd Capitulo de *VVindeſem* parati ſunt ſe ſubmittere, & eius conſuetudinibus omnino ſe conformare, & quòd nullus à Sede Apoſtolica, aut loci ordinario contrarium impetraret, & cappam pluuialem ſecundum formam à patribus conceptam, quæ etiam in *Conſtantienſi Concilio* olim fuit concepta & benę approbata, de cetero formarent. Capitulum enim de *VVindeſem* cappam portare conſueuit circa faciem non reflexam, & cappa Capituli *Nuſſienſis* circa collum fuit rugata, circa faciem reflexa, & liripipium ſiue tympam retro latam, duplicem, & oblongam per dorſum habens dependentem.

Monaſteria Capituli Nußienſis vniuntur Capitulo Generali de VVindeſem.

In iſtorum ergo vnione Capitulorum *VVindeſemenſe* Capitulum aſſumpſit illam capparum in anteriorę parte refluxuram, & Capitulum *Nuſſienſe* rugis circa collum à cappis depoſitis, cucullam Capituli de *VVindeſem* pro tympa ſuſceperunt. Plurimis igitur annis ſub præmiſſis diligenti deliberatione præhabitâ, tandem omnes concordati Capitulo Generali de *VVindeſem* voluntariè ſe ſubmiſerunt iuxta formam iam præſcriptam, litteras & ſigilla ſuorum çonuentuum aſſenſum eorum continentes, ad Capitulum ſecum deferentes. Quapropter cuncti pariter exhilarati, *Te Deum laudamus*, in iubilo cordis,

Digitized by Google

cordis, in choro pariter concinerunt. Et quia vnum tunc corpus fuerant effecti, & vnum Capitulum Generale de *VVindeſem* nuncupati, idcircò continuò de vtriſque tamen Capitulis diffinitores tunc ſunt electi, & ita vſque in præſens libenter continuati. Hanc autem cordium ſuorum vnionem & Capitularem colligationem inuiolabiliter & inconfractè cuſtodierunt vſque hodie per annos iam triginta tres, cùm iſta conſcribimus.

Interim verò dum in iſta ſtabant deliberatione, tria alia monaſteria Ordinis noſtri, quorum duo de antiquis fuerunt regularibus, & vnum de nouo cõſtitutum, Capitulo Generali de *Windeſem* ſunt vnita, videlicet B. *Mariæ in Wittenborch* in Saxonia, *Sancti Martini in* Ludenker*ka* in Friſia, quod fuit olim ſolemnis abbatia, & B. *Mariæ in Sion prope* Beuervvijc in Hollandia. Primum iſtorum, Prior *de Northorn*, Hen*ricus* Loeder cum ſuis fratribus reformauit; ſecundum Priores de *Windeſem* & de *Monte* cum fratribus ſuis, quam tamen fratres & conuentus de *Monte* compleuerunt: tertium duo fratres de VV*indeſem Godefridus de* Tye*la*, & *Ioannes* Buſch, qui etiam primis his duobus miſſus fuerat pro reformatione.

B. Mariæ in VVittenborch, S. Martinus in Ludenkerka. S. Maria in Sion.

Catalogus ergo omnium monaſteriorum Capituli de *VVindeſem* propter *Nuſsienſes* per Capitulum eſt immutatus, iuxta Ordinem hîc ſubiectum: Monaſterium B. *Mariæ in VVindeſem*, *B. Mariæ prope* Nuſsiam, *beatæ* Maria *in Viridiualle*, *beatae Mariae in Bethleem, Beati Pauli in Rubea Valle*,

Catalogus Monaſteriorum Capituli in VVindeſem.

B.Mariæ in Traiecto, S.Saluatoris in Eymſteyn, B.Mariæ in ſeptem Fontibus, Fons B.Mariæ prope Arnhem, Nouæ Lucis, B. Mariæ prope Horn, S. Ioannis Euangeliſtæ prope Amſterdam in nemore, B. Mariae prope Northorn, B.Mariæ in Kirſendonc, Montis S. Agnetis prope Zvvollis, B.Mariæ in Valle Angelorum in Leyderdorp, B.Elizabeth prope Brielis, B. Mariae in Gaeſdonc, B. Catharinæ prope Nouimagium, Viſitationis beatæ Mariae prope Herlem, S.Saluatoris in Thabor, beatae Mariae in Bethleem prope Louanium, S.Meynulphi confeſſoris in Bodike, Stagni beati Petri Apoſtoli prope Bommel, beatae Mariae prope Remmerſvvael, Throni beatae Mariæ prope Grobbendonc, S. Ioannis Baptiſtae vrbis Aquiſgrani, beatae Mariae in Birket prope Amersfordiam, S.Hieronymi in Valle pacis prope Traiectum, Galilae beatae Mariae in Elzingen prope Oudenart, beatae Mariæ in Dumo prope Endouen, Campi beatae Mariae in Ezingen in Oeſtfriſia, Montis beatae Mariae in Bodingen prope Ziborch, S.Saluatoris in Evvich, Paßionis Chriſti, B.Mariæ in Tungris, B.Mariae in VVitteborch, S.Martini in Ludenkirka, Sion beatae Mariae prope Beuervvijc, ſimul cōputata triginta ſeptem, exceptis octo monaſteriis ſanctimonialiū, quæ poſtmodum ſuis in locis pariter deſcribentur; & ſic ſunt ſimul quadraginta quinque monaſteria, anno Domini milleſimo,
1430. quadringenteſimo trigeſimo, Capitulum Generale de *VVindeſem* conſtituentia.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XLV.

De aliis triginta octo monaſteriis nouis & antiquis vtriuſque ſexus Generali Capitulo poſtmodum incorporatis.

CApitulis iſtis duobus in charitate ſic vnitis, patres Capituli Generalis de *Windeſem* nondum tunc deſtiterunt peramplius ſe extendere ad antiqua Ordinis noſtri monaſteria, à regulari tramite miſerabiliter diu prolapſa in priſtinum regularis obſeruantię ſtatum reducere & reformare, & aliqui eorum non paruam vſque hodie operam ſolent impendere, noua quædam Ordinis noſtri monaſteria à fundamentis erigere, dicentes maiorem eſſe laborem antiqua reformare quàm noua conſtruere, ſicut & experientia certa nos docuit. Quidam etiam Canonici regulares antiqui monaſteria Capituli noſtri ſub vero capite Priore de VV*indeſem* in temporalibus & ſpiritualibus bonis cernentes valde proficere, & vbique re & nomine dilatari cum adiutorio principum & prælatorum terrarum vbi conſiſtunt, ſuam ipſius reformationem, & Capituli noſtri vnionem verbis, ſcriptis & propriis in perſonis ſummis affectibus adoptabant. Vnde & in remotis à nobis valde partibus Pontifices & Prælati, terrarumque Principes, pręſentiam patrum aliquorum Capituli noſtri requirentes, monaſteria ſibi ſubiecta, more noſtro per omnia reformãda, per eos cum litteris ſuis, & cõuentuum

id deſiderantium teſtimonialibus apertis, ſigillis appendentibus communitis, ad manum Capituli cum maximis petitionibus & gratiarum actionibus liberè tradiderũt & reſignauerunt, auctoritatem confirmationis Prælatorum monaſteriorum ſuorum, de iure communi & antiquo ad ſe pertinentem, Capitulo noſtro liberè reſignando. Et ſicut olim pater *Henricus Loeder Prior in Northorn* magnus in præmiſſis fuit operator, quatuor reformans monaſteria quæ Generali Capitulo incorporari procurauit; ita & in præſentiarum venerabiles patres Priores de *Bodike*, partium *VVeſtphaliæ*, defunctus & modernus, ſpecialem à Deo gratiam in hoc ſunt conſecuti, vt zelum bonum habeant, & operam diligentem impendant, ad honorem Dei & animarum ſalutem, plura Ordinis noſtri perantiqua monaſteria debitè reformare, &, vt in bona reformatione permaneant, Generali noſtro Capitulo ea ad incorporandum aſſignare. Principes enim & Prælati de diuerſis regionibus vſque de *Baſilea* pro eo Legatos ad Capitulum tranſmiſerunt, vt plena ſibi detur authoritas loca, & perſonas ſuæ ditionis reformandas cum collega inuiſendi, & ſi cuncta iuxta Ordinis noſtri inſtituta inuenerit bene diſpoſita, Generali Capitulo etiam incorporandi, ſi placeret, aut ipſam incorporationem Generali Capitulo reſeruandi.

Tali namque modo, & eidem conſimili pluſquam triginta quinque Ordinis noſtri monaſteria, vltra quadraginta quinque monaſteria iam prænominata, aut de nouo ſunt fundata, aut ex anti-

Digitized by Google

antiquis reformata, & venerabili Capitulo noſtro Generali perfectè colligata. Quorum nomina non ſecundum Ordinem antiquitatis ſiue fundationis, ſed ſecundum Ordinem aſſumptionis ad Capitulum hîc inferiùs ſunt ſubiecta, quia Priores Capituli noſtri cùm in vnum conueniunt, hunc poſtremum Ordinem in ſedendo ſolent ſeruare. Hæc ergo ſunt nomina & hic eſt ordo monaſteriorum omnium Generali Capitulo de *Windeſem* poſt prædicta iterum vnitorum: *Monaſteriorum ſequentium ordo & series.* *Monaſterium beatæ Mariæ in Richenberch diœceſis* Hildenſemenſis. *Monaſterium* V*allis beatæ Elizabeth prope Ruremundam, diœceſis* Leodienſis. Monaſterium *beatæ* Elizabeth *bonorum puerorum in Leodio, eiuſdem diœceſis.*Mo*naſterium beatæ* Mari*æ in Nazareth prope Bredeuoert, diœceſis Monaſterienſis.* Monaſterium Mont*is beatæ* Mari*æ in Auingen partis Friſiæ, diœceſis Traiectenſis.* Monaſterium *ſancti Bartholomæi* Ap*oſtoli in Sulta diœceſis* Hildenſemenſis. *Monaſterium beatæ Mariæ in Hertzenhagen, diœceſis Moguntinenſis. Monaſterium beatæ Mariæ in Mello prope Gandauum diœceſis Cameracenſis. Monaſterium ſancti Dionyſij Epiſcopi & martyris in Molenbeke, dioeceſis* Myndenſis. *Monaſterium* Horti *beatæ Mariæ iuxta* VV*ormatiam, dioeceſis* VV*ormacienſis. Monaſterium Buſci Iſaac iuxta* Niuellam *in* Hannonia *dioeceſis Cameracenſis.* Monaſterium *beatæ Mariæ & ſancti Ioannis Euangeliſtæ iuxta Segeberch dioeceſis Lubicenſis. Monaſterium ſancti Hieronymi presbyteri in Ruremunda, in partibus Gelriæ, dioeceſis Leodienſis. Monaſterium ſancti Petri Apoſtoli in* Heghenen *in Comitatu Lingenſi dioeceſis* VV*ormacienſis. Monaſterium beatae* Mariae *in Inſula prope Confluentiam dioeceſis* Treuerenſis. Monaſterium *beatae* Mariae *in*

Digitized by Google

Sylo prope Emedam *in Oeſtfriſia diœceſis* Monaſterien-*ſis.* Monaſterium *ſancti Anthonii in Albergen prope Al-denzale in Tuuentia dioeceſis* Traiectenſis. Monaſterium *S.* Nicolai *in Bergum prope Levvaerdiam partis Friſiae diœceſis* Traiectenſis. *Monaſterium venerabilis corporis Chriſti in Colonia eiuſdem dioeceſis*. Monaſterium *ſancti Viti martyris prope* Nerden *in Hollandia, dioe-ceſis* Traiectenſis. Monaſterium *ſancti* Nicolai Epi-*ſcopi in* Trutenhuſen*, diœceſis Argentinenſis. Mona-ſterium ſancti Pancratij martyris in* Hamerſleue*, diœceſis Halberſtadenſis. Monaſterium ſancti* Spiri-*tus in Vden in terra Cliuenſi, diœceſis Colonienſis. Monaſterium ſancti* Ioannis Baptiſtæ *in Rebdorp, diœ-ceſis Eyſtecenſis. Monaſterium ſancti* Hieronymi *in Leyden, dioeceſis* Traiectenſis. *Monaſterium beatæ Mariæ in* Euerthuſen*, dioeceſis* Treuerenſis. *Mona-ſterium ſancti Martini in* Louanio *dioeceſis* Leodienſis *Monaſterium ſancti Irenæi in Marbach, dioeceſis Baſilienſis.* Monaſterium *beatæ Mariæ in Birkelinge, dioeceſis* Herbipolenſis. *Monaſterium ſancti* Leonardi *in Baſilea eiuſdem dioeceſis. Monaſterium Roſæual-lis beatæ Mariæ in* Haſſcha *partium Oeſtfriſiæ,* Traie-*ctenſis dioeceſis.*

Catalogus Monaſteriorum ſanctimonialium Capitulo VVindeſemenſi ſubiectorum.

Et hæc ſunt nomina & Ordo monaſterio-rum ſanctimonialium omnium Generali Ca-pitulo de *VVindeſem* ſubiectorum. Monaſte-rium *Campi beatæ Mariæ prope Amſterdam*, diœce-ſis Traiectenſis. Monaſterium *Vallis beatæ Barbaræ Virginis in Thenis monte oppido Brabantiæ*, diœceſis Leodienſis. *Monaſterium beatae Mariae, & S. A-gnetis in Depenuene prope Dauentriam, dioeceſis* Traiectenſis. *Monaſterium beatæ Mariæ in* Redin-*chen* diœceſis Traiectenſis. Monaſterium *beatæ Mariæ & ſancti Ioannis Baptiſtae in Bronopia* pro-pe Cam-

pe Campis, diœceſis Traiectenſis. Monaſterium *Vallis Angelorum in Bonna*, diœceſis Colonienſis. Monaſterium *Hieruſalem prope Tra-Traiectum*, diœceſis Traiectenſis. Monaſterium *beatae Agnetis Virginis in* Dordraco diœceſis Traiectenſis. Monaſterium *beatae Mariae in Bethania prope Mechliniam*, diœceſis Cameracenſis. Monaſterium *beatae Mariae in Bethania prope Arnhem* diœceſis Traiectenſis. Monaſterium *beatae Mariae in Galilaea in Gandauo* diœceſis Tornacenſis. Monaſterium *beatae Mariae in Facone in Antuerpia* diœceſis Cameracenſis. Monaſterium *Montis beatae Mariae prope Nouimagium*, diœceſis Colonienſis.

CAPVT XLVI.

De incluſione quorundam Monaſteriorum Ordinis & Capituli noſtri, more Carthuſienſium, *& de forma eiuſdem incluſionis.*

MOnaſteriis igitur præmiſſis Capituli noſtri, omnibus in feruore deuotionis, & virtutum exercitiis quotidie laborãtibus & bene proficientibus, quidam conuentus monaſteriorum prædictorum ad perpetuationem noui feruoris, & ampliori deuotionis amore, diuinitus vt creditur accenſi, præcipitium quoque & ruinam à recto tramite verę religionis & regularis obſeruantiæ per frequentẽ ipſorum extra monaſteria ſua digreſſionem non minimè formidantes, & in futurum præcauere id cupientes, includi ſe ad morem *Carthuſienſium* à venerabili noſtro Generali Capitulo inſtanter poſtularũt, non vno anno pariter,

pariter, ſed iam vnus Conuentus, iam alius, diuerſis annis & temporibus. Hanc autem inter alias pro ſe rationem videbantur allegare, quod quidam fratres ſui parentum & amicorum amore, carnalique affectu, vt videbatur, attracti, & plurimùm incitati, ipſos ſæpè inuiſere, & de perpetua eorum ſalute cum ipſis ſermocinari inſtanter deſiderantes, Prælatos ſuos ex huiuſmodi danda ſibi licentia valde ſollicitabant, minus patientes ſe exhibentes cùm eam non impetraſſent. Tali denique occaſione extra monaſteria ſua diuertentes, quietem mentis, pacis concordiam, & cellæ cuſtodiam in non paruum ſpiritualis vitę defectum, & religionis detrimentum noſcuntur amiſiſſe.

Cùm autem magna de his inquiſitio fieret inter patres, quidnam iſta deſiderantibus eſſet reſpondendum propter rei nouitatem, quidam ad arctam rectionem non inclinati patres, bonum Dei zelum habentes, vt putabant, continuò non acquieuerunt, dicentes, Ordini noſtro, & Regulæ S. *Auguſtini* id minimè congruere, quæ mandat fratres cum ſocio ſibi adiungendo incedere & ſtare debere, & fratres ſuos pro exitu de monaſterio nunquam ſibi moleſtos fuiſſe, immò quoſdam id nunquam petiſſe, vt ad parentes vel amicos exire potuiſſet, cùm infra annos decem, duodecim, aut viginti nunquam monaſterium fuiſſent egreſſi, niſi in diebus munitionum cum omnibus ad ſpatiandum, aut ſuo tempore pro communi laborandum.

Longâ igitur in pæmiſſis præhabita deliberatione, Capitulum noſtrum Generale infirmis quibuſdam fratribus & in anima ægrotantibus con-

condeſcendens, vt eorum imbecillitas à fortioribus S. recluſionis celſitudinem appetentibus piè ad tempus portaretur, annuit. Aſſenſum verò & auxiliũ clauſuram Deo placitam arripere volẽtibus pręſtitit, & id plenè deſiderãtibus, ſingillatim ſingulis cœnobiis, vt iuxta cõſilium viſitatorum, more *Carthuſienſium* per ipſos viſitatores includi poſſent. Inter varias enim monaſticæ vitæ conſtitutiones, pręcipuè ſanctæ recluſionis arctitudo *Carthuſienſes* in vera beatæ religionis obſeruantia conſeruat, cùm tamen ferè omnes alię religiones Deo placitæ, incluſionis votum non habentes, à primi feruoris deuotione miſerabiliter deuiarũt.

Recluſionis arctitudo conſeruat religionis obſeruantiam.

Hoc quippe modo forma incluſionis ipſa proceſſit: vno viſitatorum celebrante, Prior domus primùm, deinde omnes per Ordinem fratres ad ſummum altare, infra Miſſarum ſolemnia accedentes, ardentes cereos in manibus portantes, ſeipſos de nouo, Deo cum lumine obtulerunt, & profeſſionem incluſionis ſuæ chartâ conſcriptam, in omnium audientia, in facie eccleſiæ, altâ & intelligibili voce pronunciantes ſolemniter fecerunt, eandem chartam poſt factam profeſſionem ſuper altare ponentes in teſtimonium huiuſmodi profeſſionis ſuæ perpetuò reſeruandam. Quamuis autem Priores & procuratores etiam talem feciſſent profeſſionem, ipſi tamen quamdiu in huiuſmodi officiis permanerent, ad eius obſeruantiam tam ſtrictè tenendam non obligabantur, ſed, ipſis inde depoſitis, ad eam in forma ſeruãdam omnino aſtricti. Fratribus igitur, ne ita nimium coarctarentur, latiores pro ſpatiamentis quotidianis, & etiam tẽpore munitionum

Forma incluſionis.

de

de licentia Capituli, per viſitatores ſunt deſignati, quibus ſpiritum ſuum per deuotionem multum exhauſtum, ſenſuſque corporales reficere poſſent & recreare. Illud etiam profeſſio eorum continebat, cùm neceſſitas id expoſtulaſſet vt ad alia loca propinqua aut remota exire habebant, de licentia Prioris & conuentus ſui, ac etiam de licentia Prioris de *VVindeſem* id fieri deberet. Et qui apud moniales noſtras, pro ſociis deputati fuiſſent, per viſitatores ibidem certos terminos, quos tranſgredi eis non liceret, reciperent. Super quibus omnibus patres infirmi illi ſcilicet, qui ad huiuſmodi incluſionem non erant inclinati, reſponderunt, quod fratres ſui melius eſſent incluſi quàm iſti, quia nunquam pro huiuſmodi licẽtia obtinenda inſtitiſſent, & iſti incluſi cauſas exitus ſui frequenter diſponunt; quamuis tamen contrarium ſit verius, & maior pars eorum optimè iam ſint contenti, quia ſciunt pro certo, quod cunctis diebus vitæ ſuę extra monaſteria ſeu terminos ſibi deſignatos, eos exire non licet, ſi ſaluari voluerint. Fratres autem quidam in dictis monaſteriis includendis ad incluſionem non parati & inuoluntarii, manſerunt inconcluſi tanquam imbecilles & infirmi, quia per vim & ius nemo debuit ſeu potuit ad id compelli. De quibus pater *VVilhelmus Prior in* V*Vindeſem* dicere conſueuit: Clauſi quoque defecerunt, reſiduique conſumpti ſunt; vtroſque tam incluſos quam non incluſos ſimul commorantes intelligens, & non incluſos recluſorum arctiorem ac tutiorem viuendi modum immutari affectuoſè deſiderantes.

Iſta enim monaſteria Capituli noſtri ſunt incluſa

cluſa videlicet, ſolemne monaſterium *beatæ Mariæ Viridiſ-vallis, beati Pauli in Rubea Valle, beatæ Mariæ in ſeptem Fontibus, Fontis beatæ Mariæ prope Arnhem, ſancti Ioannis Euangeliſtæ prope Amſterdam, beatæ Mariæ prope Herlem, S. Saluatoris in Thabor, B. Mariae in Bethleem prope Louanium, Throni beatae Mariae prope Grobbendonck, beatae Mariae in Birket prope Amersfordiam, ſancti Hieronymi presbyteri in Valle-pacis prope Traiectum, in Valle B. Mariae prope Oudenaert, beatae Mariae in Dumo prope Endouen, Paſſionis Christi B. Mariae in Tungris, & B. Martini in Louanio.* *Monaſteria Canonicorum Regularium incluſa.*

CAPVT XLVII.

Epilogus quot moniſteria & congregationes deuotorum temporibus noſtris ſunt fundata & reformata, & quanta bona per eas facta ſunt in terra, & de gratiarum actione Deo inde exhibenda.

MAgna & mirabilia diuinæ virtutis opera in diebus noſtris, & ante nos pauliſper facta cognouimus, quæ coràm poſiti oculis noſtris in omni circà regione valde multiplicata & dilatata conſpeximus, & vſque hodie fieri videmus. In terra etenim noſtra deſerta, ſterili & infructuoſa locus quondam non erat confugii quo ſaluarentur animę, ſalutemque propriam poſſet operari, nec in ſeculo, nec in religione viris

& feminis, ſenibus cum iunioribus, latam viam & ſpatioſam ad perditionem ducentem, communiter ingredientibus. Pauci quippe ordines, *Carthuſienſibus* & quibuſdam *Ciſtercienſibus* exceptis, regulæ & conſtitutionum ſuarum tunc temporis erant obſeruatores, ſed magis earum, & trium totius Ordinis ſubſtantialium, in omni penè religione, aperti tranſgreſſores. Et ſi tunc quidam fuiſſent qui propter animarum ſuarum ſalutem, & regnum cœlorum Domino Deo creatori ſuo libenter deſeruiſſent, locum ad hoc aptum per totam tunc Prouinciam vix inueniſſet. Nomen enim reformationis monaſteriorum & perſonarum ante noſtra tempora valde paucis in re notum, nunc in ore & opere omnium ſpiritualium & ſecularium virorum & mulierum, vt mel indulcoratum, totam terram occupauit.

Status Religioſorum deprauatus.

Vix enim in tota iſta Prouincia inuenitur ciuitas vel oppidum, quin ibi circum circa monaſteria vel congregationes, aliaque perplura deuotorum habitacula aut de nouo inueniantur fundata, aut ex antiquis reformata. Quoniam, vt ſępius prolocuti ſumus, pluſquam octoginta habemus bene reformata Ordinis noſtri monaſteria, Capitulo Generali de *VVindeſem* vnita & incorporata, decem & ſeptem diœceſibus conſtituta, vitâ ſuâ ſanctâ & bonâ regulari, obſeruantiâ ſeculares & ſpirituales monachos & moniales, viros & feminas plurimum ædificantes, & ad ſimilia facienda, crimina & peccata omnino deuitãda, diuina pręcepta ſollicitè obſeruanda, perfectioriſque vitæ itinera ſancta quantocius apprehendenda, verbis

ſuis

ſuis & exemplis non minimè prouocantia, ac per hoc totam noſtram patriam & inhabitantes in ea nouæ vitæ ſuæ conuerſatione, & lumine diuinæ gratię ab intus illuminantia. Die enim & nocte in choro, & in clauſtro diuinis laudibus, aut ſanctis vacant operibus, nullum tempus inutiliter ſine ſpeciali interno & externo, mentali vel manuali exercitio pertranſire permittentes, ſeipſos in omnibus, & propriam voluntatem quotidie mortificando, inimici tentationibus viriliter reſiſtendo, Deo fideliter ſeruiendo, violentiamque hoc modo regno cælorum inferendo, re & veritate ſic ipſum promerendo.

Vigor monaſticæ diſciplinæ.

Simili modo in ſtatu ſuo faciunt patres, fratres & ſorores congregationum deuotarum à domo Domini Fl*orentij in Dauentria* deſcendentium, numero pluſquam quinquaginta, & T*ertiariorum* ab eadem ſtirpe & radice progenitorum numero pluſquam centum, quæ nunquam vacant otio, ſed vt apes argumentoſæ pro ſalute propria & lucro animarum non ceſſant inſudare, multum fructum afferentes in æternum permanſurum. Quædam etiam monaſteria & congregationes præfatæ plures habent perſonas, alię pauciores, iuxta loci quantitatem & ſubſtantiæ facultatem, aliæ viginti, alię triginta, aliæ quadraginta, aliæ quinquaginta, aliæ ſexaginta, aliæ ſeptuaginta, aliæ octoginta, aliæ nonaginta, alię centum, aliæ centum quinquaginta, aliæ ducentas, trecentas vel quadringentas, ſecundum ſub & ſupra. Qualem ergo numerum perſonarum octoginta monaſteria, & centum quinquaginta congregationes intra ſe

Patrum, fratrum, ſororum congregationum deuotarum & Tertiariorum origo & initium à D. Florentio *Radervino.*

Copioſa eorum multitudo.

contineant, qui leuiter enumeret? Quę omnes in gratia Dei, & ſpe vitæ æternæ in bona voluntate & ſancto propoſito vſque hodie perſeuerant.

Tranſeamus iam ad alia, & videamus quantæ in ſeculo ſunt perſonę ſexus vtriuſque, quæ amicitiâ his coniunctę à ſeculi vanitate per eas conuerſæ, & ad meliora, ſanctum videlicet propoſitum, & bonam voluntatem libenter Deo ſeruiendi, ipſarum exemplo inductæ & prouocatæ, quamuis ad omnia Euangelica conſilia ſtatim arripienda propter multa impedientia nondum dare ſe valent, vitam attamen ſanctam, à peccatis alienam, ad earum informationem ſtudent obſeruare, quis enumerabit? *Lux igitur noua iuſtis eſt exorta, & rectis corde lætitia*, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, qui hîc diuites ſunt in Deum, & in bona conſcientia. Hæc autem omnia & plura his ſimilia diuina clementia per patres hîc præfatos in horum principio humiles, pauperes, & abiectos à mundi amatoribus reputatos, dignata eſt operari vt in propria ſapientia nemo glorietur, ſed in Deo viuo & vero, *qui vocat ea quae non ſunt, tanquam ea quae ſunt & infirma mundi elegit, vt confundat fortia, & ea quae non ſunt vt ea quae ſunt deſtruat.*

Pſal. 96. *Rom. 4. v. 18.* *1 Cor. 1. v. 27. 28.*

Quis enim hæc omnia cùm vitam communem primùm inciperent, vnquam crederet ſucceſſura. Quis tantam ſanctorum multitudinem per totum Orbem Almanicum de tam humili fonte & tam paucis patribus exiſtimare potuit exſurrecturam? Nonne in corde ſuo dicere poſſunt verbum Domini in Iſaia *Quis genuit mihi iſtos? Ego ſterilis, & non pariens; & iſtos*

Iſaia 49. v. 21.

iſtos quis enutriet? Ego deſtituta & ſola, & iſti vbi hic erunt? Imò & quod ſequitur meritò poſſunt adiungere: *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum extende, ne parcas. Afferent filios tuos in vlnis & filias tuas ſuper humeris portabunt. Anguſtius eſt mihi locus, fac ſpatium mihi vt habitem*; & cetera his ſimilia.

Eſaiæ 54. v. 2.
Iſaiæ. 49. v. 22.
Iſaiæ 49 v. 21.

Hæc noua dixerim miracula in primitiua eccleſia, ſub Spiritus ſancti gratia, à Chriſti diſcipulis celebrata, & nunc his noſtris temporibus per eum, qui hoc tunc operabatur, iterum renouata; vnde & non modicas gratiarum actiones poſſumus Deo referre, quòd his diebus nati ſumus, qui ſalutem animarum noſtrarum operari, & loca ad hoc diſpoſita valemus inuenire.

Vt autem in iſta gratiarum actione permaneamus nos qui nunc temporis ſumus, & qui venturi ſunt poſt nos, infinitas quantum poſſumus Domino Deo creatori noſtro gratiarum actiones perſoluamus, ipſumque laudemus, hoc eſt, omni laude dignum, & maiorem toto corde cogitemus, cognoſcamus, & amemus, præſertim pro eo quod patrum tam bonorum, vita, ſanctitate, & prudentiâ, pręcipuorum nos fecit eſſe diſcipulos, qui etiam nos ad Ordinem tam ſanctum & approbatum *Canonicorum Regularium*, optimè in terris iſtis per eos reformatum, dignos duxerũt recipere. In quo ſi vſque in finem vitæ in plena regulæ & conſtitutionum noſtrarum obſeruatione fideles permanſerimus, perfectè in eis nunc purgati, ſine omni in futuro purgatione ad cæleſtia regna poſſumus peruenire,

atque hymnidicis Angelorum choris aſſociati, vultum noſtri Creatoris & Redemptoris *Ieſu Chriſti* perpetuò contemplari. Quod nobis concedat benedictus & glorioſus Deus, qui eſt vita æterna, gaudium Angelorum, & beatitudo omnium ſanctorum, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLA DE VITA ET paſſione Domini noſtri IESV CHRISTI, *& alijs deuotis exercitijs, ſecundum quæ fratres & laici in W*indeſem *ſe ſolent exercere, à teütonico in Latinum per libri huius editorem tranſlata.*

QVi *perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit.* Dilecte frater & præamande in corde Domini noſtri *Ieſu Chriſti* habeas verba præſcripta ante cordis tui oculos & perſeuera vſque in finem vt ſaluus fias in æternum cum ſanctis qui non ſolùm bene inceperunt, ſed etiam ſalubriter perſeuerarunt in ſancta cruce pœnitentiæ quam propter amorem Dei ſuſceperunt. Et quod in habitu foris oſtenderunt, hoc exterius & interius in veritate perfecerunt: in vera pœnitentia, in caſtigatione naturæ & in veris virtutibus in quibus Dominus noſter & ſancti eius prius ſe exercuerunt & nobis in exemplum reliquerunt, & in his perſeuerantes vſque ad mortem conſtantes permanſerunt, & poſt modicum temporalem breuemque laborem, æternum illud bonum quod in æuum poſſidebunt ac fruentur, iam acquiſierunt & receperunt, quorum nomina in hoc tempore & in futuro nunquam obliuioni tradentur. Naturaliter mortui ſunt & mortuis eorum reliquiis plus impẽditur honoris quàm huius mundi principibus nunc viuentibus exhibeatur; vnde poſſumus conſiderare quam mer- *Matth.10. v.22.*

cedem in vita æterna receperunt. Sed prô dolor? nunc multi ſunt homines qui per gratiam Domini noſtri *Ieſu Chriſti* ſapienter & perfectè incipiunt, minimè tamen perſeuerant, ſed retro reſpiciunt beſtialiter & carnaliter conſummantes. Iſti non habent quod viuant, ſed ſpiritualiter mortui ſunt in anima, quia omnē vitam ſuam peccaminoſam quam priùs in ſeculo malè conſumpſerant per veram cordis contritionem & puram oris confeſſionem deponentes Spiritui ſancto in ſe templum præparauerunt, & ipſum in eo ſuſcipientes perfectam cum Deo ſponſo ſuo amicitiam perfecerunt verùm in eius amicitia prô pudor! minimè perſeuerant, quia fidem & charitatem primam relinquentes retro reſpexerunt. Et quia profeſſionis vinculo ſe obligauerunt quòd ad infelicem mundum corpore non poſſunt redire, corde tamen illuc reuertuntur, & poſt omnem delectationem quam poſſunt intus acquirere, diſcurrunt ſicut homines famelici poſt cibum temporalem, Nomen tamen intus habere nolunt, videri volunt quod non ſunt, ſed ex fructibus eorum poſſunt agnoſci; & iſtud eſt valde dolendum & heu! multùm ingemiſcendum, quia eorum tam multi ſunt in habitu religioſo in ordinibus & extra qui inexercitati & ſibi ipſis manent incogniti, & quod grauius eſt, ſuper hominum iudicia requieſcunt, quod valde deceptorium eſt. Vnde ſcriptum eſt: *Si noſipſos*
1. Cor. 2. v. 13. *diiudicaremus, non vtique iudicaremur.* Iſta exercitatio & ſuiipſius incognitio ex eorum apparatu & ex inanibus, inſipidiſque ſermonibus poteſt agnoſci, in quibus nec ſpiritus reſonat, nec vita.
Apoc. 3. *Vtinam frigidi eſſent aut calidi, ſed quia tepidi ſunt, ex*

ore

Digitized by Google

ore Dei euomuntur. Et tunc currere incipiunt poſt naturæ ſuæ concupiſcētias, beſtialem appetitum ſatiare cupientes; imò quia bona voluntas, timor Dei & diligentia in ipſis euaneſcunt, tunc etiam ad omnia ſpiritualia exercitia attædiari incipiunt. Et quia id in ſe boni ſapiunt idcirco omne quod non eſt eis ſimile diiudicant. Diem ac noctem deducentes cum omni eo quod naturam delectat, edendo, bibendo, dormiendo, iocando, ridendo & verboſando. vbi ſunt in collatione, ibi lingua eorum proditur, vnde cor eorum eſt plenum. Et quando eos contra voluntatem aut quid agere vel audire oportet, aut quando ab eis exigitur aliquid quod non placet, tunc apparet quid cùm ſoli ſint exercent, ipſi ſunt inobedientes, indocibiles, contumaces, indignantes, impacifici & impatientes, moribus incompoſiti, & verbis inexemplares, libenter ſunt in publico, inuiti in ſolitudine, & de ſtatu mundi libenter audiunt & inquirunt. In cellis & ſolitudine otioſi & infructuoſi ſine omni exercitio ſpirituali, & ſemper occupati, quoniam natura non poteſt melius, cũ rebus inutilibus quibus ſine fructu tēpus ſuum expendunt. In Horis ſuis corde intus occupatiores beſtiali mundi vanitate, quam ore exterius cantibus vel lectione, & modò iſtud modò illud, nunc hîc nunc ibi de primo quid præſtitum eſt, aut in quo quotidie conuerſantur, & ſæpè quod nunquã erit factibile. Diligētes ad menſam, tardi ad orationem; prõpti ad conquerendum & murmurãdum cùm cibus aut potus, aut aliud quodcumque iuxta ſuum deſiderium defecerit.

Chariſſime frater precor te, vt ab his tibi præcaueas, & cùm in aliquo horum

exceſſeris,id tibi cordi tum diſpliceat, & ſtudeas te feruenter emendare idque operibus demonſtrare. Plures boni homines in punctis præmiſſis frequenter excedunt, ſed Dauid imitantur, ex

2. Reg. 12. v. 13.

corde dicentes: *Peccaui Domino*; & quod hoc eis diſpliceat, emendatione vera demonſtrant. Indurati autem homines in quibus modica eſt emenda, & qui rarò ad cor reuertuntur *Sauli re-*

1. Reg. 13.

gi aſſimilantur, qui peccatum ſuum excuſat, & ipſum agnoſcere noluit, nec emendare, & quamuis exterius contritionem oſtēdit, id tamen non exiſtimauit.

Hîc ergo frater chariſſime ſis anizatus & caueas tibi inde ſollicitè, ſciens quod vbi Deus non exercetur, ibi iſta neceſſario eueniunt, quia oportet ex neceſſitate vt natura & cor hominis aliquid exerceant, aut vnum aut aliud. Et quo iſti qui ad incuriam talem peruenerunt vlterius declinent, quàm lamentabiliter & beſtialiter cum eis ludit diabolus & ipſi cum diabolo eò quod pro ſuiipſius cognitione, & defectuum ſuorum victoria viriliter non laborant & vitam ſanctam Domini noſtri *Ieſu Chriſti* exercere, & illam pro ſuo poſſe negligunt imitari: concedat tibi Dominus nunquam ſcire & experiri.

Vt ergo frater chariſſime hinc permaneas cuſtoditus & creſcas in virtutibus, in ſtatu quoque ſancto quem aſſumpſiſti ſalubriter perſeueres, ſcias quod ab omnibus occaſionibus ad iſta te deducere valentibus, & ab omnibus hominibus tale tibi exemplum præbentibus, abſtinere & ſegregare te oportet, vitamque Domini noſtri *Ieſu Chriſti* in punctis ſequentibus omni opere exercere, donec à ſpiritu veritatis ſine medio doceaeris,

Digitized by Google

ris, qui tibi Domini noſtri veritatem intus reuelabit, ſi tamen in præmiſſis ſtudioſè perſeueraueris.

Vita Domini noſtri *Ieſu Chriſti* qua nos præceſſit, fons eſt omnium virtutum & totius ſanctitatis exemplar qua mediante ad omnes virtutes citius peruenitur, ſine qua, ád veras virtutes, & ad ſuum amorem peruenire non valemus. Et quia exercitium & cognitio pariunt amorem, idcirco neceſſe eſt vt prius exerceatur ſi debeat agnoſci. Et cum ante cordis oculos exercitatio ſic continuè habetur, & in corde portatur, tunc per huiuſmodi cognitionem homo ad ſuum peruenit amorem, vbi pendent omnia. Ad iſta cognoſcenda & perfectè imitanda omnia in ſancta eccleſia ſunt ordinata, & omnis pagina ſacra cõſcripta. Et qui iſta negligit, quamuis haberet & ſciret omnem ſcripturam & legem vnquam poſitam aut conſcriptam, id minimè ſufficeret. Idcirco te diſpone, in iſta te exerce & *Chriſti Ieſu* opera ante oculos habe, illiſque te aſſimilare, in vera charitate, profũda humilitate, prompta obedientia & tuiipſius integra reſignatione, in modeſtia, pietate, pace, & patientia, in contemptu omnium rerum temporalium, & in propriæ naturæ mortificatione. Omni tempore cor tuum ſurſum habeas ad Deum, quia ipſe eſt via ad omnes virtutes iam dictas perducens ſine qua ad Deum nunquam peruenitur.

Et licet frater chariſſimę hinc ſępius longè te inueneris, & naturam tuam ad iſta deficere, noli tamen deſperare nec exercitia deuota intermittas, labora immò vlterius, & eius implora auxilium ſine quo nihil potes efficere. Dico tibi & pro-

mitto in fide Domini noſtri *Ieſu Chriſti* ſi ad breue tempus te ſuſtinueris & perſeueraueris, quod iſta & multò maiora quàm tibi ſcribi poterunt tam quietè tibi adiicientur: quod ſi te his etiam exonerare volueris, minimè valebis.

Primum ergo deſidero, & inſtanter te exoro quatenus de nocte aut de mane cùm primùm ſurrexeris, omnes inutiles cogitationes & ſomnia tua ſeponas, & Dominum Deum ante mentis oculos aſſumas, viua voce ex ore, aliquid deuotum attentè petendo vt eò citius & melius afficiaris, vt cor tuum primum cum Deo ſit occupatum, & in bonis meditationibus aſſiduè permaneat. Och & Wach me ſeruum peccatorem ſuper puncto iſto, qui hoc in tempore tam miſerabiliter diſtrahor & euagor, quod vix meipſum audio clamantem.

Verum frater chariſſime quoniam me rogaſti vt aliquam tibi Regulam bonorum exercitiorum oſtenderem, idcirco tibi ſcribo, quæ ſancti viri & homines bene exercitati mihi reliquerunt, non quæ ipſemet expertus ſum. Si enim aliud non deberes habere quàm ego ipſe perſentio, tunc minimè erudireris, quia exercitia mea proh pudor! adhuc parua ſunt aut nulla. Quamdiu enim ſenſus mei beſtiales in ſtabulo cordis mei non alligantur, tam diu in ſpiritus pinguedine non impinguabuntur. Quamdiu in *Ægypti corde habitauero, à muſcis plagari non ceſſo*. Roga
Exod. 18. Deum vt cor meum inſpirationi ſuæ coaptet, quatenus ex corde perfecto & experto ſcribere valeam & docere.

Sed quia vitam Domini deuotè exercere plurimùm antè collaudaui, & tempus tecum breue

breue eſt propter plures labores, idcirco in conſequentibus tria puncta ſingulis diebus inuenies. Primum de vitæ Domini noſtri principio: ſecundum de Paſſione & vitæ ſuæ termino: tertium de tua ad ſanctos conuerſione. Sic tria tibi fercula omni die apponuntur, vt infirmis eſt conſuetudo, ſi vnum digerere non potueris, tunc ſecundum aut tertium deguſta, quatenus innutritus non remaneas à vero animæ tuæ cibo ſanctiſſimæ vitæ Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, qui eſt idem ipſe, fiat fiat.

FERIA II.

Dilecte & præamandæ frater feria ſecunda poſtquam ſurrexeris & tibi vacauerit, pone ante oculos tria iſta puncta ſicut deuotiſſimè potueris. Primus punctus eſt, quod Deus ad ſuam ſanctam imaginem in anima ab intra rationalem ſuper omnes alias creaturas æqualem Angelis te creauit, quinque ſenſus & intellectum tibi dedit, & habilem te fecit ad ſummum ſuum bonum, quod ipſe eſt, perpetuò perfruendum, ipſumque, & æternum ſuum regnum cum bonis Angelis, & omnibus ſanctis ſuis in æuum poſſidendum ſi eius præcepta ſeruaueris, vt promiſiſti.

Item quòd ipſe cœlum & terram & omnia quæ in eis ſunt propter te creauit ad tuum miniſterium, tuamque vtilitatem, vnde ſolem, lunam, ſtellas, diem ac noctem, aquam &

aerem,

aerem, volucres, piſces, beſtias & omnia animalia, flores, ſegetes, arbores, & herbas & omnes fructus terrę, argentum, aurum & breuiter omnia alia entia ſub cælo in terra extantia quæ propter eorum multitudinē innumerabilia ſunt, & ineffabilia. vnde non immerito cum gratiarum a-
Pſalm. 33. ctione poteris exclamare: *Benedicam Dominum in omni tempore.*

Item cogitabis de initio vitæ *Ieſu*, de eius incarnatione, quomodo 1. increata æterna veritas, ille omnipotens Deus, quem cælum & terra capere non poſſunt, carnem & ſanguinem de ſanctiſſima ſumpſit Virgine *Maria*. Quàm humillimè ipſa reſpondit, quomodo ineleuata permanſit in ſeipſa quamuis agnoſceret, & firmiter crederet illud magnum miraculum quod Deus ſecum operabatur, quod Deum & Creatorem ſuum conceperat, & paritura erat, & Virgo permanſura, & canè cum iubilo: *Aue Maria*, Euangelium *Miſſus eſt*, deuotè ruminando.

Secundus punctus quem cogitas eſt de initio Paſſionis eius, vltima videlicet cæna quam Dominus cum ſuis fecit diſcipulis: quam humiliter
Ioannis 13. ipſe eorum pedes lauit, & quomodo poſt eſum Agni Paſchalis ſanctiſſimi eius corporis & ſanguinis ſui conſecrauit, dedit, & inſtituit Sacramentum diſcipulis ſuis in cibum & ſingulare teſtamentum, & ſanguinem ſuum ſanctiſſimum in potum, & ſui memoriam; deinde quomodo ſancto ſuo Simone omni dilectione pleno conſolans eos inſtruxit. Hic ad memoriam reuocabis aliqua ſpiritualia verba cænæ illius amoroſa vt cordè poſſis comprehendere quanta dilectio-
ne

Digitized by Google

ne eandem cænam illis exhibuit. Vt eſt verbum illud, & huic ſimilia: *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar.* Item. *In hoc cognoſcent omnes quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.* Item. *Mundus gaudebit, vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium.* Item: *Non relinquam vos orphanos: vado & venio ad vos.* Verba iſta totis viribus debes intelligere, frangere & maſticare, magniſque ſingultibus quam diſſimilis eis fueris diligenter attendere. Deinde conſiderabis eius in agonia poſiti orationem, & ſuiipſius in manus cœleſtis patris ſui vſque ad mortem amariſſimam omnimodam reſignationem. Nec non & ſanguineum illum ſudorem quem mortis quam paſſurus erat inſtantis ſuæ timore ſudauit. Procide nunc ad terram & alta voce cordis flentibus oculis & comploſis manibus exclama & dic: O contriſtate Domine, *quid tibi retribuam pro omnibus quæ retribuiſti mihi? Calicem ſalutaris accipiam.*

Luc. 22. v. 15. *Ioan. 13. v. 35.* *Ioan. 16. v. 20.* *Ioan. 14. v. 18.* *Pſ. 115. v. 12. 13.*

Tertius punctus eſt ad ſanctos Angelos conuerſi. Hac enim die feria ſecunda ante oculos aſſumes omnes ſanctos Angelos, continuam & feruentem ad Deum dilectionem, ingentem & admirabilem eorum puritatem. Roga eos pro cuſtodia & auxilio continuo quia ad hoc à Deo ſunt ordinati. Conuerte te ad eos cum magna reuerentia, ſciens quod in omni tempore & in omni loco te aſpiciunt, & omnia opera tua illis ſunt manifeſta.

FERIA III.

Feria tertia, meditare primum punctum de

feria 2. proſequendo; primò quomodo Deus qui cęlum & terrā, & omnia quæ in eis ſunt, Angelos & omnem creaturam de nihilo creauit, & in ſuo eſſe conſeruat, homo propter te factus eſt pauperrimus & abiectiſſimus qui vnquam ex vtero matris natus eſt. Cogita frater quomodo dulcis & ſanctus ille puerulus vilibus pannis fuerit inuolutus, in præſepio ſuper fœnum fuerit reclinatus, Paſtoribus ab Angelis nunciatus, & quomodo tunc ipſi in Bethleem cum feſtinatione venerunt teſtimonium de puero perhibentes quòd ipſe eſſet Saluator mundi. Exalta vocem tuam cum laude, & cum Angelis decanta: *Gloria in excelſis Deo.*

Deinde meditare Domini comprehenſionem, quam humiliter & quam libenter propter te paſſus eſt ſe ligari qui cœlum & terram creauit, & quomodo in faciem ſuam amabilem fuit percuſſus & conſputus & ab eis tractus, contruſus, & in terram proiectus, totaque nocte punitus & ludibrio affectus. Deinde quomodo ductus fuit ad Pilatum, & à Pilato ad Herodem deſtinatus, qui eum ſpretum & illuſum albaque veſte indutum vt fatuum remiſit.

Hac eadem die cum melius tibi conuenerit cōuerte te ad omnes ſanctos Dei Apoſtolos, ob ſingularem ſui ſanctitatē: Principes ſunt in vita ęterna, & in nouiſſimo die mundum cum Deo iudicaturi. Hos implora deuotè vt pro te ad Dominum dignentur intercedere. Et ſi ſpecialiter aliquem diligis ex Apoſtolis, tanto illum feruentius deprecare, & ita fac ſimiliter ſingulis aliis diebus, aliiſq; ſanctis Martyribus, Cōfeſſoribus, Monachis & Virginibus quos ſingulariter elegiſti,

ſti, quibus legere poteris vnum *Pater noſter* ſeu aliam orationem ſpecialem.

FERIA IV.

Quarta feria, meditare quomodo puer *Ieſus* octauo die fuit circumciſus & ſanctum ſuum ſanguinem tam iuuenis pro te effudit, & tunc *Ieſus* fuit vocatus. Huic ſancto nomini omnia cæleſtia, terreſtria & ſpiritus infernales, genua ſua incuruant. Idcirco cum legere audieris vel cantare hoc dulce nomen *Ieſus*, tunc caput reuerenter inclina, quia in huius virtute nominis ſaluus eris. Similiter ſemper facias hoc dulce nomen *Maria*. Hic vlterius exercebis punctum huius ſancti diei ſicut poteris deuotius.

Contemplare deinde quomodo Dominus noſter *Ieſus* veſtibus ſuis fuit exutus, & ad columnam extenſus & ligatus, & à capite vſque ad pedes vulneratus & tranſrimatus, & ſanctum ſuum ſanguinem tam copioſum tunc effudit, vt hi qui eum puniebant, pedes ſuos in eo lauare potuiſſent, quem tamen eius ſanguinem ex virgineo ſanguine ſuſceperat, & quod ipſe ſolus Deus & homo fuit ſine macula & peccato, de pura Virgine *Maria* natus, qui pro te tam amariſſimè puniri voluit & vulnerari. Poſt hanc pœnam & poſt omnia illa puncta paſſionis eius ſemper valde conquerere quod propter ipſum tam putum pati poteris, & ardenter roga vt omnibus pœnis & paſſionibus eius gratus immo poſsis exiſtere, vt eius ſanguis pretioſus in te perditus non remaneat.

Die quoque iſta pones ante oculos fidem &

iuſtitiam Patriarcharum & Prophetarum, magnumque deſiderium quod ad Chriſtum habuerunt venturum, & poſce ab eis vt ſua interuentione tibi à Chriſto dignentur impetrare ipſos perfectè imitari,& in omni virtute perſeuerare.

FERIA V.

Feria quinta meditare vt deuotiùs potueris quomodo tribus illis Magis ſeipſum manifeſtauit, & verus Rex cæli & terræ ab eis fuerat cognitus, quod in ſuis oblationibus demonſtrauerunt; conſidera hîc dulci & amoroſo corde ingentem fidem quam habuerunt, quod in præſentia pauperis Virginis & Ioſeph ſenis deſpicalis, exulem puerulum vilibus pannis inuolutum inuenerunt, quem tamen magna cum reuerentia flexis genibus adorauerunt. Et tunc vlterius meditare de tanta ſolemnitate prout cor dulce & bene compoſitum meritò debet cogitare.

Reuolue poſt hæc quomodo Dominus noſter ab impiis extitit vulneratus. Ah ſentias cordialiter quàm inhumanè acutam illam ſpineam coronam capiti eius impreſſerunt, & quomódo ante eum genu flectentes eum conſpuerunt & illuſerunt, vetuſtamque & abiectam chlamydem ſuper ſcapulas eius in deriſum ſuſpenderũt.O filia Hieruſalem,audi mea dilecta,nunquam recedat de corde tuo glorioſus iſte coronatus & vilipenſus Rex, & obliuiſcere cunctas mundi diuitias, omnem vanam gloriam, & huius ſeculi delectationes, amore eius qui propter te ita ſcandaloſè ductus eſt & oſtenſus. Deinde Ioan.19.v.5. percipe corde verbumPilati ad Iudæos: *Ecce homo.*

Poſt

Poſt hęc eodem die conuerte te ad ſanctos Martyres qui propter Dei amorem tam amabiliter ſanguinem ſuum effuderunt, & ſeipſos tam libenter in mortem propter ęternam vitam tradiderunt. Inuoca eos, & pro patientia, & in omni tribulatione victoria illos exora, & illos ſpecialiter ad quos maiorem, vt iam dictum eſt, habueris deuotionem.

FERIA VI.

Sexta feria intuere quomodo ipſe Patri ſuo cæleſti in templo ſuper altare fuit oblatus Virgineis ſanctis manibus prędilectæ matris ſuę, & ſicut infantes cæteri ab ea tũc redemptus. Quomodo Simeon & Anna ipſum cognouerunt, & ſanctam illam oblationem cum ingẽti deſiderio ſecum perfecerunt in omnibus punctis iſtis fides & ſpes noſtra multùm corroborantur.

Deinde totis viribus tuis exerce quomodo Creator & Redemptor tuus amantiſſimus, flagellatus, coronatus, & cruce ſua oneratus ad mortem tanquam latro fuit perductus, & coram cunctis illis hominibus in monte Caluariæ veſtibus ſuis nudatus, & cruci ſanctæ affixus & extenſus, & ab omnibus hominibus derelictus. Et quàm amantiſſimè in ea propter te fuit mortuus, ille immortalis, omnipotens Deus, à quo omne quod viuit vitam recipit & conſeruat, qui ſolus Principium & finis eſt omnium creaturarum, & cauſa omnium cauſarum, cuius mortis tu es cauſa. Cogita & vide, quid huic ſanctæ morti debeas, quàm multum voluntariæ Paſ-

ſionis & mortificationis omnium naturę tuę delectabilium, quam multum humilitatis, obedientię, & patientię, quam multum dilectionis & voluntariæ paupertatis omniſque virtutis & perfectionis. Reuolue deinde cuncta quæ in cruce, ſub cruce, & circa crucem fiebant, & totis viribus tuis ea diligenter conſidera, ac ſi ſub cruce ſtares & ſingula aſpiceres & videres; inclina aures tuas & attēde quid tibi ipſe de cruce clamat:
Cant. 4. v. 9. *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa.* Reſponde illi
Cant. 1. v. 4. ignito deſiderio, *trahe me poſt te*, ô pulcherrime inter filios hominum. Reſpice in faciem Chriſti tui, & vide totum corpus eius liuidum ſanguine reſperſum, & quinque vulnera eius aperta. Ingredere corde in ea & in ſanguine ex illis profluente à peccatis tuis ibidem lauare. Cor tuum cordi eius coniunge, & igne amoris eius accenſus quam ſuauis ſit Dominus ſponſus & amator tuus in eis deguſta. Auſculta & enucleando maſtica ſeptem eius in cruce verba nouiſſima, omni ſuauitate, imitatione, & miſterio digniſſima.

Confer te poſt hæc ad omnes ſanctos confeſſores & eorum inſpice multiplices & pergraues labores & quàm perfectè Deo obtulerunt amicos & cognatos homines & poſſeſſiones, temporalia bona, & mundi honores, & quod omnes naturæ delectationes propter Deum reliquerūt, & in magna paupertate ipſum ſunt ſecuti: hos implora magna cum diligentia, & quatenus ſua ſancta interceſſione dignentur tibi impetrare in ſancta cruce pœnitentiæ perſeuerantiam quam eius amore ſuſcepiſti.

SAB-

SABBATHO.

Sabbatho memorare quomodo *Ieſus* ille omnipotens iuuenis rex qui omnes creaturas in momento poterat ad nihilũ redigere in illa vaſta & tenebroſa nocte fugatus ſit in Ægyptum, & in quàm magna paupertate ſeptem annis fuit in terra aliena cum dilecta matre ſua *Maria*. In quo tibi & cunctis hominibus exemplum præbuit ſpeciale, quod homines peruerſi, quantumlibet fuerint peruerſi, patientia melius ſupportentur, quàm ratione conuincantur.

Hac eadem die ſingulariter te conuerte ad B. Virginem *Mariam* diligenterque reuolue ingentem eius dolorem, & quomodo prima die ſola in fide conſtans permãſit, ideoque Eccleſia ſancta eodem die per totum annum ſpecialem eius ſeruat memoriam. Hunc ergo diem cum ea expẽde, & pro cordis & corporis caſtitate eam magna cum inſtar ia deprecare. Conſidera etiam ſanctam vitam & modeſtam conuerſationem, cuius exemplum imitare, quia omnis virtutis & puritatis ipſa exemplar eſt perfectum. Meditare quoque Chriſti de cruce depoſitionem, in ſepulchro requiem & collocationem, ad inferna in anima deſcenſionem, & ſanctorum Patrum in limbo viſitationem, & gloriam deitatis eius ſtatim ibidem vſque in diem reſurrectionis conſpexerunt.

Conſtitue poſt hæc ante mentis oculos vitam ſanctarum Virginum quæ omnes corporis ſui delitias propter Deum reliquerunt, & naturam propriam per pœnitentiam domuerunt,

runt, ignemque carnalis concupiſcentiæ igne diuini amoris extinxerunt. Has in exemplum tibi aſſumens pro cordis & corporis puritate deprecare, opem earum in tuam infirmitatem iugiter implorando.

DOMINICIS DIEBVS.

Dominicis diebus attendere debes quàm humiliter Dominus noſter *Ieſus* ad Ioannis venit baptiſmum, & ab eo voluit baptizari, qui omnia mundi crimina ſuo ſancto ſanguine deterſit, qui ſolus ſine omni peccato natus fuit & mortuus. Et quomodo cęli in illo tempore ſunt aperti, & Spiritus ſanctus ſuper eum in ſpeciem columbæ deſcendit, & vox Patris audita eſt, dicens: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Deinde rememorare ab hoc tempore vſque ad cænam eius vltimam, hoc eſt, vitam eius totam ab iſto tempore in vnum recolliges, tentationes videlicet eius in ieiunando, grauem laborem in prędicando, orationem ſanctam quam frequentauit pernoctando, laborioſa veſtigia ſua de loco ad locum eundo, amoroſa dilectionis ſuę ſigna hominibus demonſtrando, magnam eius eſuriem, extremam & voluntariam eius paupertatem, frigus & calores multum innaturales, ſuper puteum aquę potationem, à ſatana in deſerto tentationem vbi quadraginta diebus ieiunans cum beſtiis habuit conuerſationem, ſuper terram iacuit & dormiuit, & lachrymas eius ex nimia compaſſione ſuper hominum cæcitate.

In iſtis & in omnibus punctis aliis de vita & Paſſio-

Paſſione ſua ſanctiſſima attende & conſidera ingentem & incomprehenſibilem ſuam charitatem quam tibi & cunctis hominibus in ipſis exhibuit, magnam quoque humilitatem ipſius & patientiam.

Meditare deinde Domini noſtri *Ieſu Chrſti* reſurrectionem quæ in die nouiſſimo omnes mortuos reſuſcitabit, quomodo amicos ſuos ex inferno liberauit, & quomodo *Mariæ Magdalenæ* & aliis diſcipulis ſe manifeſtauit; deinde eius in cœlos aſcenſionem & Spiritus ſancti aduentum & miſſionem quo diſcipulos & amicos ſuos qui in oratione & ſecreto ipſum expectabant repleuit. Hinc expergiſcere in iubilationem, mundique conſolatorem Spiritum ſanctum in te exopta venire, concinendo: *Veni ſancte Spiritus.*

Hac etiam eadem die conuerte te ad omnes Sanctos Dei, in generali cor tuum ſurſum erigendo, eorum deprecare auxilium, magnam ipſorum attende charitatem, quam ad omnium hominum gerunt ſalutem, & inde tuam ad ipſos accipies fiduciam, & cum ingenti inſtantia eorum require auxilium, quia in omni tempore, & in omni tribulatione parati ſunt ſua interceſſione te iuuare. Et ſi omni die te ad eos ita conuerteris, tunc deſiderium tuum & deuotio tua ad ipſos augmentabuntur, ſpecialemque gratiam à Deo per eorum interceſſionem obtinebis.

Frater chariſſime quamuis tria tibi puncta ſingulis diebus exercenda ordinaui, ſcias tamen quòd ſi vnum amplius quàm aliud tibi ſapit ſpecialiter, in illo tunc perſeuera. Propter hoc enim

cordibus inexercitatis ſpecialem exercitiorum menſuram in duobus aut tribus punctis dare oportet, ne ad plures vias per animi leuitatem & animi inſtabilitatem ſeducantur, qui ſemper in vno non valent requieſcere, & etiam, vt iam dictum eſt, ſi vnum non delectat, quod aliud delectationem pariat.

Verùm cùm ita te exercere conaris, multa forſan mala deſideria & diuerſæ tibi cogitationes occurrent & graue ac laborioſum tibi videbitur in principio, ſed imò non deſiſtas. Clama in cœlum pro adiutorio, quære, pete, pulſa, quamuis cœlum videatur tibi æneum, & terra ferrea propter cordis tui duritiam & inſenſibilitatem, non tamen te conuertas ad aliquam damnoſam conſolationem aut ad res inutiles. Et licet videatur tibi totum temporis eſſe perditio quod nihil proficias, locum tamen tuum in quo ſedes ne deſeras. Et omnes cogitationes incidentes, vtpote ego hoc aut illud nunc facerem, illud eſſet melius, nequaquam ſurgas, neque locum des diabolo; erige cor & manus tuas in cœlum. Surge & deuotè geniculare, & excita naturam tuam viua voce orando vt prædictum eſt, ſi corde orare non potueris.

Sed frater chariſſime, imò tibi præcaueas ab impatientia cùm durus & indeuotus in oratione permanſeris, & nullum ſaporem inueneris, roga Deum humiliter, & in pace perſeuera, roga Deum vt non quod tibi placet, ſed eius voluntas fiat. Et caue ſuper omnia ne irrationabilem tibi facias violentiam qua frangas caput tuum, imagines quas non vis habere & quibus cupis exonerari, venire & ire ſine

ne violentia permittas. Et ſi quod proponis non ſortitur effectum, tunc puncta diei ſimpliciter ſecundum litteram ad tempus pertranſeas donec melius tecum fiat. Verùm propter nullam duritiã aut inſenſibilitatem tuam, imò totum non poſtponas, ſed roga Dominum vt ipſe dignetur ſupplere quod ſine ipſo non potes perficere. Et noueris quod forſitan magis ſibi erit acceptum, quod in tali inſenſibilitate & tui reſignatione tunc facis ſi perſeueras & tibi præcaueris ne per aliquos tuos defectus cauſa prius eius exiſtas quàm ſi magnam in tuis exercitiis deuotionem haberes & ſuauitatem. Cùm enim homo in ſua deuotione magnum habet ſaporem & multam dulcedinem, tunc ſępè venit ad quandam ſuiipſius complacentiam, & videtur ſibi quod nemo in ſanctitate ſibi ſimilis ſit, & quod Deus neminem curet niſi ipſum. Iſtud totum deceptorium eſt, & mala ſuperbia, & per hæc homo aliquando ad damnum venit ęternum, & à Deo omnino aberrat. Dominus etiam permittit frequenter huiuſmodi homines in ingentes cadere tentationes, aut in turpia & aperta crimina, vt diſcant ſe cognoſcere & ſe humiliare. Illi verò qui ſine culpa ſua, id eſt, quod non ſint in cauſa per ſuos defectus, in magna remanent inſenſibilitate maiorem operantur profectum, quia in ſua patientia animas ſuas poſſidēt, & Deo creatori ſuo ſuper proprias expenſas deſeruiunt, maximum, licet non ſentiant, facientes profectum.

De veſpere frater mi chariſſimè ſemper rememorare quomodo pręteritum diem vixiſti, & in quocumque modo vel puncto exceſſiſti, in

verbis & cogitationibus, in negligentiis & voluntatibus, in moribus & operibus, hoc Deo recognoſce & cum vera contritione confitere. Roga Deum vt pauperi creaturæ ſuæ parcere dignetur quæ tam leuiter & frequenter ipſum quotidie offendit.

Conſidera etiam, quid fuiſti, quid es, & quid in breui ſis futurus, & vbi ſint viri & fæminæ, qui etiam Domini & Principes terræ extiterunt. Vbi eſt omnis eorum delectatio & quæcumque in hoc tempore habuerunt, vanitates ſcilicet & diuitię, iuuentus, pulchritudo, multiplices delitiæ & ornamenta eorum pretioſa quibus mundo & diabolo placuerunt, & Dei omniumque Sanctorum amicitiam perdiderunt. Diligenter aduerte quòd omne opus malum & carni delectabile, æternæ vitæ amiſſio eſt & priuatio. Hunc ergo punctum hominibus ſecularibus cum ad te venerint ſemper anteponas vt cor tuum & ipſorum prius compungatur, antequam quicquam aliud cum ipſis loquaris. Huiuſmodi enim ſermonibus frigida oportet corda componere & excitare vt ea quę poſt hoc erudiuntur diligentius animaduertant.

Maturus frater chariſſime & non leuis eſto moribus, maximè coram ſecularibus, quia morum incompoſitio & multa verba de rebus inutilibus omnibus ſpiritualibus non decent. Vocatur hodie lætitia ſpiritualis & animæ recreatio omne quod omnino damnabilis eſt diſſolutio. Mores attende Domini noſtri *Ieſu Chriſti* in quibus nil vnquam ſeculare, vanum & pompoſum diſſolutum & inordinatum apparuiſſe dignoſcitur. Cum te homines ſeculares viſitauerint non

Digitized by Google

on permittas eos loqui de ſuis vxoribus, filiis & lenodiis ſeu de domus ſuæ ſeculari regimine, ne exinde tibi noxias contrahas imagines in oratione tua te impediétes. Et ſi nouos audieris rumores, non referas eos vlterius inter fratres tuos, licet boni videantur, diſcas à bonis ſimile vt eo melius poſſit diſcere à verbis inutilibus tacere. Qui enim multis vtitur verbis animam ſuam facit infirmam.

Quæcunque ab aliis fieri poſtulaueris, aut ex teipſo aliorúmue nomine id fieri iubebis, modeſtis id facias verbis piè rogando, dicens: frater mi chariſſime poſſes id aut illud facere propter Deũ.

Neminem ſine neceſſitate à ſuis exercitiis ad colloquendum detineas, ne fias occaſio damni veſtrûm vtriuſque quod exinde poteris contrahere.

Dilecte frater ſemper recordare verbi ſancti quod beatus ait Gregorius: Quem Deus tenerè diligit, ab externis primùm negotiis etiam amplius excludit. Quamobrem ad externa officia nullatenus aſpires, nec aliquam obedientiam affectes, nec eis qui illas habent minimè inuideas, quamuis etiam in ipſis videantur defectuoſi. Regratiare & lauda Deum cùm ab illis poſſis ſupportari, quoniam parua res non eſt alios regere homines & eis prouidere. Timendum eſt quod parum boni Spiritus habeant qui ad hoc anhelant. Bonus licet bene ad illa habeat inclinationem, ſed talibus inclinationibus ratione reſiſtit, & per Dei gratiam multùm ſe auertit. Idcircò recordare quia multi amici Dei iſta vitauerunt qui tamen digni erant & ad hoc à Deo electi. Noueris etiam quod plurima multis homini-

bus

bonis mala prouenerunt, quod ad externa officia nimis citò ordinati fuerunt, & externis rebus nimis ſe occupauerunt antequam ad illa valuerunt, ſeu ipſi bene probati extiterunt.

Libenter cùm poteſt fieri, libenter ſolus ſis, hoc eſt, ſi ferre potueris.

In confeſſione tua ſis apertus, totum enim quod malum & vitale, quod cogitaſti aut feciſti, dicere in confeſſione non confundaris, quia diabolum non poteris melius effugare quàm eius conſilium totum reuelare. Naturalis verecundia & palliatio, vbi homo apertus eſſe deberet, multos deſtruxit.

Omni tempore excogita quomodo tempus præſens vtilius expendas, & quicquid conſcientia aut ratio tua dictat vtilius faciendum, id ſemper facias, niſi ex obediētia vel præcepto aliquid tibi ſpecialiter iniungatur, quod tanto perfice diligentius, quanto minus fueris ad id inclinatus, quãquam motu proprio facere deliberaſſes, vt ita tuam propriam voluntatem ſemper diſcas frangere, quæ homini religioſo valde eſt nociua, & multum Deo diſplicens, qui venit, non ſuum, ſed Patris ſui perficere voluntatem.

Conare omnes actus tuos operari vt cor tuum liberum ſit, expeditum & intransformatum niſi ad exercitia illius diei in quo fueris. Et quicquid feceris, cum modeſtia & corde pacato facias. Cùm externis laboribus intus vel foris fueris occupatus, nitere cor tuum ſemper ſurſum erigere, & ad Deum conuertere, corde vel ore aliquid deuoti orando in quo poſſis repauſare, & cogitationibus peruerſis, quia cor tuum aliàs fortè occuparunt, reſiſtere & obuiare.

Nihil

Digitized by Google

Nihil penitus agas ſine conſilio, & plus ſemper expertis quàm tibi ipſi credas. Diſce te piè ſubmittere eis cum quibus conuerſaris in omnibus rationabilibus & bonis rebus, & ſub tuis fratribus te humiliare propter eum qui ſe cunctis hominibus propter te ſubiecit.

Aſſueſce patienter ſufferre quicquid Deus ſuper te venire permiſerit, ſeu quicquid ab hominibus, vel etiam à teipſo ſuper te venire potuerit, aut quocumque modo aliquid quod tibi moleſtum eſt acciderit. Cogita quod æternam damnationem ſi Deus permitteret oporteret te ſuſtinere, & iuxta tua demerita tibi retribueret. Multi etiam homines maiora quàm tu patiuntur. Cùm tibi videtur quod aliquis tibi fecit iniuriam, vel quod tibi eſt contrarium, tunc reuoca ad memoriam quod tu ſæpè Deo & proximo facis contrarium. Et cùm alii tibi non ſatisfaciunt, & quod ab eis deſideras minimè perficiunt, tunc rememorare quod ſæpè neglexiſti, & facere omiſiſti quæ tibi pręcepit Deus. Cogita quòd ipſi minorem culpam habent vota tua non implendo quàm tu qui diuina præcepta minimè perfeciſti. Cùm autem alicuius fragilitas te offenderit aut turbauerit, tunc ſcias quòd tu in mala tua commotione ſtatim plus offẽdis, quàm ipſe forſan qui te videtur offendiſſe. Cogita tuam propriam fore malitiam quæ te offendit, non alterius. Conuerte ergo iram & diſplicentiam tuam ab alio ad teipſum, & primum labora teipſum iuuare, deinde proximum. Emenda primùm in teipſo, quicquid tibi diſplicet in alio. Cõplaceãt tibi virtutes quas cernis in

nis in altero ſicut deſideras quod tibi faueant quę in te Deus operatur, & inde ſcilicet de propriis graṭuleris.

Conſpice Dei imaginem, mortem ſuam ſanctiſſimam, ſanguinem ſuum pretioſum, & etiam teipſum in cunctis hominibus, quia vnuſquiſque homo Dei eſt imago amara morte ſua, & ſanguine ſuo pretioſo redemptus, & ipſi tam pretioſi Deo ſunt ſicut tu.

In cibo & potu ſobrius ſis & modeſtus, maximę cùm ad voluntatem non habueris, ſiue nimis parum, ſiue imparatum; tunc imò ne murmuraueris, patienter te ſuſtine, recordare multiplicem Domini noſtri *Ieſu* eſuriem & defectum, quomodo ſæpius in agris ſuper terram groſſa & impræparata cibaria parcè comedit.

Dilecte & præamande frater, mundus eſto corde & cogitatione, luxuria bonis hominibus horribilis eſt & inimica. Cùm prauæ & luxurioſę cogitationes tibi aduenerint, tunc ſigna cor tuum ſigno crucis, legens *Aue Maria*. Conſidera puritatem ſanctę Dei genitricis, & omnium Sanctorum ingenſque meritum caſtitatis. Reſiſte viriliter & Dominus erit adiutor tuus, quia nemo coronabitur niſi legitimè certauerit.

Auaritia, ſeu aliquid habere, aut deſiderare quod tibi non eſt neceſſarium, fortiter reſiſte, habe ante oculos bonum illud æternum, & bonum multo melius quàm hic poteſt acquiri. Peculium in quacunque re habere omnino deuita, etiamſi tibi neceſſarium videretur. Res enim ſæpè cum proprietate poſſidentur, in quibus ſe quiſquam liberum putat, quod primum tunc experitur cùm eas cogitur reſignare.

Humilis

Humilis corde ſis & apparatu, & nimis multum non teneas de teipſo, nec faciliter de te prçſumas. O mi frater chariſſime, quàm multùm ego in hoc præcipitor ſi ſocios non haberem. Multò enim aliter ſæpè eſt quàm nos putamus de nobis, ſed cùm parum tangunt, tunc nos & alii quales ſumus experimur. Habe ante oculos exemplar tuum, humilitatem Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, ſuç benedictæ Matris, & omnium Sanctorum, reſpice eorum humilitatem, quàm pauperes & abiecti in mundo fuerint.

Poſt ſacram Euchariſtiç communionem plurimum tibi caue à verbis multis, & à cunctis rebus externis, conare tempus illud ſpecialiter cum Deo & bonis occupare ne venerabili Sacramento opus ſuum impedias. Nam ſicuti quilibet homo bonus, qui ſe cuſtodit & exercet vt tenetur ſingularem tunc à Deo accipit & perſentit gratiam: ita quicumque ſe tunc exercere, & ad Deum ſe negligit conuertere amplius, & à Deo alienatur. Vellem ſi eſſet poſſibile vt poſt huiuſmodi accepta exercitia cum ſuperiorum tuorum conſenſu ſemper ad octo dies communicares, quia ſic mirabilem gratiam & ſpecialem acciperes fortitudinem contra omnes inimici tentationes, & ego ſperarem id Deo valde acceptum.

Nunquam fratribus tuis deneges quod à te petierint ſi fuerit tibi poſſibile, vnicuique paratus eſto propter Deum tam bene iuniori quàm maiori, & ſuper omnia infirmis, & qui in tribulatione ſunt & anguſtia; noli negligere eis ſeruire & conſolatorius eſſe, quia id Deo tam eſt acceptum

ptum ac ſi ipſemet id faceres.

Non contemnas neque iudices vllum hominem viuentē cuiuſcumque ſtatus vel vitæ fuerit, ſed omnibus hominibus fac & deſidera ſicut tibi ipſi. Omnes homines habeas in reuerentia, maximè ſpirituales, & qui Deo propinquius videntur attinere.

Ama neſciri, & ab aliis contemni exopta, patienterque ſuſtineas totum quod in te committitur prout tibi videtur, & corde & ore excuſa coram Deo in te delinquentes, & ora pro eis qui te offendunt.

Cùm aliquem offenderis vel turbaueris, ſiue ſit culpa tua ſiue non, continuò petas veniam culpam recognoſcens, & omnem iſti oſtende humilitatem donec eum placaueris.

Cum pro defectibus tuis argueris tunc ſtatim humiliter abſque contradictione culpabilem te recognoſce & omnibus rationibus ſiue curis diſcas tuam frangere voluntatem.

Valde ſimplicem & ab aliis ſegregatum te cōſerua. Spem omnem ponas in Deum, & omne malum & aduerſitatem tuam illi diſcas conqueri. Vide quid te mouet in omnibus, & reſiſte viriliter. Applica cor tuum ad Deum cum plena fiducia, & de omnibus tibi occurrentibus gratus ei ſemper exiſtas.

In ſtratu iacens ab immundis cogitationibus ſerua cor tuum, quia natura ad hoc tunc magis eſt inclinata & valida, ſed aliquid boni tunc excogita, & cum teipſo, diabolo ſeu carnali delectatione, noli ludere. Lege Pſalmum vel Hymnum vſque dum obdormias ſi bonum cogitare non delectat.

Ad

Digitized by Google

Ad menſam ſedens ad minus ter vel amplius cor tuum ad Deum conuerte cum aliqua breui oratione vel deuotione, præſertim ad ſingula fercula.

Singularem ad Beatam Virginem Mariam habere reuerentiam, frequenter eam inuocando, ac prę oculis habendo, ipſa enim ſuper omnia conſueuit intercedere & gratiam impetrare.

Semel etiam in die communem fac confeſſionem, & omnes tuos defectus, in quibus quotidie excedis, Deo recognoſce breuius aut prolixius prout tempus habueris, & contra te iuſtum ſedeas iudicium. Cumque eas cognoueris ex qua radice prodeunt, aduerte, & ipſos Deo anteponens violentiam ſuper te contra inimicos tuos, qui omni die ita te ſuperant exclama, & Deum in adiutorem tuum, ſicuti plaſma ſuum quotidie require.

Diſtrictè examina quantum in die profeciſti, vel defeciſti, ſi tepidus & infidelis in oratione & horis tuis fuiſti, ſi impatiens in tuis exercitijs propter nimiam occupationem, tunc coram Deo te humilia & pete veniam; quia humilitas coram Deo magis eſt accepta.

Iſtud pũctum vltimum imo noli negligere quia cum cognoueris quantum in notitia defectuum tuorum profeceris, tantum etiam in Dei cognitione proficies. Cognitio defectuum facit hominem ſibi ipſi aduerſum. Et quantum homo ſibi diſplicet, tanto magis Deo placet. Ita ergo propria experientia magis doceberis quàm omnes libri ſine tui examine poſſent te docere. Et cùm ita te interius exercueris & cognoueris, tunc tota ſacra pagina ita tibi deſeruiet ac ſi tu eam com-

cordibus inexercitatis ſpecialem exercitiorum menſuram in duobus aut tribus punctis dare oportet, ne ad plures vias per animi leuitatem & animi inſtabilitatem ſeducantur, qui ſemper in vno non valent requieſcere, & etiam, vt iam dictum eſt, ſi vnum non delectat, quod aliud delectationem pariat.

Verùm cùm ita te exercere conaris, multa forſan mala deſideria & diuerſæ tibi cogitationes occurrent & graue ac laborioſum tibi videbitur in principio, ſed imò non deſiſtas. Clama in cœlum pro adiutorio, quære, pete, pulſa, quamuis cœlum videatur tibi æneum, & terra ferrea propter cordis tui duritiam & inſenſibilitatem, non tamen te conuertas ad aliquam damnoſam conſolationem aut ad res inutiles. Et licet videatur tibi totum temporis eſſe perditio quod nihil proficias, locum tamen tuum in quo ſedes ne deſeras. Et omnes cogitationes incidentes, vtpote ego hoc aut illud nunc facerem, illud eſſet melius, nequaquam ſurgas, neque locum des diabolo; erige cor & manus tuas in cœlum. Surge & deuotè geniculare, & excita naturam tuam viua voce orando vt prædictum eſt, ſi corde orare non potueris.

Sed frater chariſſime, imò tibi præcaueas ab impatientia cùm durus & indeuotus in oratione permanſeris, & nullum ſaporem inueneris, roga Deum humiliter, & in pace perſeuera, roga Deum vt non quod tibi placet, ſed eius voluntas fiat. Et caue ſuper omnia ne irrationabilem tibi facias violentiam qua frangas caput tuum, imagines quas non vis habere & quibus cupis exonerari, venire & ire ſine

ne violentia permittas. Et ſi quod proponis non ſortitur effectum, tunc puncta diei ſimpliciter ſecundum litteram ad tempus pertranſeas donec melius tecum fiat. Verùm propter nullam duritiã aut inſenſibilitatem tuam, imò totum non poſtponas, ſed roga Dominum vt ipſe dignetur ſupplere quod ſine ipſo non potes perficere. Et noueris quod forſitan magis ſibi erit acceptum, quod in tali inſenſibilitate & tui reſignatione tunc facis ſi perſeueras & tibi præcaueris ne per aliquos tuos defectus cauſa prius eius exiſtas quàm ſi magnam in tuis exercitiis deuotionem haberes & ſuauitatem. Cùm enim homo in ſua deuotione magnum habet ſaporem & multam dulcedinem, tunc ſępè venit ad quandam ſuiipſius complacentiam, & videtur ſibi quod nemo in ſanctitate ſibi ſimilis ſit, & quod Deus neminem curet niſi ipſum. Iſtud totum deceptorium eſt, & mala ſuperbia, & per hæc homo aliquando ad damnum venit ęternum, & à Deo omnino aberrat. Dominus etiam permittit frequenter huiuſmodi homines in ingentes cadere tentationes, aut in turpia & aperta crimina, vt diſcant ſe cognoſcere & ſe humiliare. Illi verò qui ſine culpa ſua, id eſt, quod non ſint in cauſa per ſuos defectus, in magna remanent inſenſibilitate maiorem operantur profectum, quia in ſua patientia animas ſuas poſſidẽt, & Deo creatori ſuo ſuper proprias expenſas deſeruiunt, maximum, licet non ſentiant, facientes profectum.

De veſpere frater mi chariſſimè ſemper rememorare quomodo pręteritum diem vixiſti, & in quocumque modo vel puncto exceſſiſti, in

verbis & cogitationibus, in negligentiis & voluntatibus, in moribus & operibus, hoc Deo recognoſce & cum vera contritione confitere. Roga Deum vt pauperi creaturæ ſuæ parcere dignetur quæ tam leuiter & frequenter ipſum quotidie offendit.

Conſidera etiam, quid fuiſti, quid es, & quid in breui ſis futurus, & vbi ſint viri & fœminæ, qui etiam Domini & Principes terræ extiterunt. Vbi eſt omnis eorum delectatio & quæcumque in hoc tempore habuerunt, vanitates ſcilicet & diuitię, iuuentus, pulchritudo, multiplices delitiæ & ornamenta eorum pretioſa quibus mundo & diabolo placuerunt, & Dei omniumque Sanctorum amicitiam perdiderunt. Diligenter aduerte quòd omne opus malum & carni delectabile, æternæ vitæ amiſſio eſt & priuatio. Hunc ergo punctum hominibus ſecularibus cum ad te venerint ſemper anteponas vt cor tuum & ipſorum prius compungatur, antequam quicquam aliud cum ipſis loquaris. Huiuſmodi enim ſermonibus frigida oportet corda componere & excitare vt ea quę poſt hoc erudiuntur diligentius animaduertant.

Maturus frater chariſſime & non leuis eſto moribus, maximè coram ſecularibus, quia morum incompoſitio & multa verba de rebus inutilibus omnibus ſpiritualibus non decent. Vocatur hodie lætitia ſpiritualis & animæ recreatio omne quod omnino damnabilis eſt diſſolutio. Mores attende Domini noſtri *Ieſu Chriſti* in quibus nil vnquam ſeculare, vanum & pompoſum diſſolutum & inordinatum apparuiſſe dignoſcitur. Cum te homines ſeculares viſitauerint non

non permittas eos loqui de ſuis vxoribus,filiis & clenodiis ſeu de domus ſuæ ſeculari regimine, ne exinde tibi noxias contrahas imagines in oratione tua te impediétes. Et ſi nouos audieris rumores,non referas eos vlterius inter fratres tuos, licet boni videantur, diſcas à bonis ſimile vt eo melius poſſit diſcere à verbis inutilibus tacere. Qui enim multis vtitur verbis animam ſuam facit infirmam.

Quæcunque ab aliis fieri poſtulaueris, aut ex teipſo aliorúmue nomine id fieri iubebis,modeſtis id facias verbis piè rogando, dicens: frater mi chariſſime poſſes id aut illud facere propter Deũ.

Neminem ſine neceſſitate à ſuis exercitiis ad colloquendum detineas, ne fias occaſio damni veſtrûm vtriuſque quod exinde poteris contrahere.

Dilecte frater ſemper recordare verbi ſancti quod beatus ait Gregorius: Quem Deus tenerè diligit, ab externis primùm negotiis etiam amplius excludit. Quamobrem ad externa officia nullatenus aſpires, nec aliquam obedientiam affectes, nec eis qui illas habent minimè inuideas, quamuis etiam in ipſis videantur defectuoſi.Regratiare & lauda Deum cùm ab illis poſſis ſupportari, quoniam parua res non eſt alios regere homines & eis prouidere Timendum eſt quod parum boni Spiritus habeant qui ad hoc anhelant. Bonus licet bene ad illa habeat inclinationem, ſed talibus inclinationibus ratione reſiſtit, & per Dei gratiam multùm ſe auertit. Idcircò recordare quia multi amici Dei iſta vitauerunt qui tamen digni erant & ad hoc à Deo electi. Noueris etiam quod plurima multis hominibus

bonis mala prouenerunt, quod ad externa officia nimis citò ordinati fuerunt, & externis rebus nimis ſe occupauerunt antequam ad illa valuerunt, ſeu ipſi bene probati extiterunt.

Libenter cùm poteſt fieri, libenter ſolus ſis, hoc eſt, ſi ferre potueris.

In confeſſione tua ſis apertus, totum enim quod malum & vitale, quod cogitaſti aut feciſti, dicere in confeſſione non confundaris, quia diabolum non poteris melius effugare quàm eius conſilium totum reuelare. Naturalis verecundia & palliatio, vbi homo apertus eſſe deberet, multos deſtruxit.

Omni tempore excogita quomodo tempus præſens vtilius expendas, & quicquid conſcientia aut ratio tua dictat vtilius faciendum, id ſemper facias, niſi ex obediētia vel præcepto aliquid tibi ſpecialiter iniungatur, quod tanto perfice diligentius, quanto minus fueris ad id inclinatus, quāquam motu proprio facere deliberaſſes, vt ita tuam propriam voluntatem ſemper diſcas frangere, quæ homini religioſo valde eſt nociua, & multum Deo diſplicens, qui venit, non ſuum, ſed Patris ſui perficere voluntatem.

Conare omnes actus tuos operari vt cor tuum liberum ſit, expeditum & intransformatum niſi ad exercitia illius diei in quo fueris. Et quicquid feceris, cum modeſtia & corde pacato facias. Cùm externis laboribus intus vel foris fueris occupatus, nitere cor tuum ſemper surſum erigere, & ad Deum conuertere, corde vel ore aliquid deuoti orando in quo poſſis repauſare, & cogitationibus peruerſis, quia cor tuum aliàs fortè occuparunt, reſiſtere & obuiare.

Nihil

Digitized by Google

Nihil penitus agas ſine conſilio, & plus ſemper expertis quàm tibi ipſi credas. Diſce te piè ſubmittere eis cum quibus conuerſaris in omnibus rationabilibus & bonis rebus, & ſub tuis fratribus te humiliare propter eum qui ſe cunctis hominibus propter te ſubiecit.

Aſſueſce patienter ſufferre quicquid Deus ſuper te venire permiſerit, ſeu quicquid ab hominibus, vel etiam à teipſo ſuper te venire potuerit, aut quocumque modo aliquid quod tibi moleſtum eſt acciderit. Cogita quod æternam damnationem ſi Deus permitteret oporteret te ſuſtinere, & iuxta tua demerita tibi retribueret. Multi etiam homines maiora quàm tu patiuntur. Cùm tibi videtur quod aliquis tibi fecit iniuriam, vel quod tibi eſt contrarium, tunc reuoca ad memoriam quod tu ſæpè Deo & proximo facis contrarium. Et cùm alii tibi non ſatisfaciunt, & quod ab eis deſideras minimè perficiunt, tunc rememorare quod ſæpè neglexiſti, & facere omiſiſti quæ tibi pręcepit Deus. Cogita quòd ipſi minorem culpam habent vota tua non implendo quàm tu qui diuina præcepta minimè perfeciſti. Cùm autem alicuius fragilitas te offenderit aut turbauerit, tunc ſcias quòd tu in mala tua commotione ſtatim plus offẽdis, quàm ipſe forſan qui te videtur offendiſſe. Cogita tuam propriam fore malitiam quæ te offendit, non alterius. Conuerte ergo iram & diſplicentiam tuam ab alio ad teipſum, & primum labora teipſum iuuare, deinde proximum. Emenda primùm in teipſo, quicquid tibi diſplicet in alio. Cõplaceãt tibi virtutes quas cernis in

nis in altero ſicut deſideras quod tibi faueant quę in te Deus operatur, & inde ſcilicet de propriis graţuleris.

Conſpice Dei imaginem, mortem ſuam ſanctiſſimam, ſanguinem ſuum pretioſum, & etiam teipſum in cunctis hominibus, quia vnuſquiſque homo Dei eſt imago amara morte ſua, & ſanguine ſuo pretioſo redemptus, & ipſi tam pretioſi Deo ſunt ſicut tu.

In cibo & potu ſobrius ſis & modeſtus, maximę cùm ad voluntatem non habueris, ſiue nimis parum, ſiue imparatum; tunc imò ne murmuraueris, patienter te ſuſtine, recordare multiplicem Domini noſtri *Ieſu* eſuriem & defectum, quomodo ſæpius in agris ſuper terram groſſa & impræparata cibaria parcè comedit.

Dilecte & præamande frater, mundus eſto corde & cogitatione, luxuria bonis hominibus horribilis eſt & inimica. Cùm prauæ & luxurioſę cogitationes tibi aduenerint, tunc ſigna cor tuum ſigno crucis, legens *Aue Maria*. Conſidera puritatem ſanctę Dei genitricis, & omnium Sanctorum ingenſque meritum caſtitatis. Reſiſte viriliter & Dominus erit adiutor tuus, quia nemo coronabitur niſi legitimè certauerit.

Auaritia, ſeu aliquid habere, aut deſiderare quod tibi non eſt neceſſarium, fortiter reſiſte, habe ante oculos bonum illud æternum, & bonum multo melius quàm hic poteſt acquiri. Peculium in quacunque re habere omnino deuita, etiamſi tibi neceſſarium videretur. Res enim ſæpè cum proprietate poſſidentur, in quibus ſe quiſquam liberum putat, quod primum tunc experitur cùm eas cogitur reſignare.

Humilis

Humilis corde ſis & apparatu, & nimis multum non teneas de teipſo, nec faciliter de te prẹſumas. O mi frater chariſſime, quàm multùm ego in hoc præcipitor ſi ſocios non haberem. Multò enim aliter ſæpè eſt quàm nos putamus de nobis, ſed cùm parum tangunt, tunc nos & alii quales ſumus experimur. Habe ante oculos exemplar tuum, humilitatem Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, ſuę benedictæ Matris, & omnium Sanctorum, reſpice eorum humilitatem, quàm pauperes & abiecti in mundo fuerint.

Poſt ſacram Euchariſtię communionem plurimum tibi caue à verbis multis, & à cunctis rebus externis, conare tempus illud ſpecialiter cum Deo & bonis occupare ne venerabili Sacramento opus ſuum impedias. Nam ſicuti quilibet homo bonus, qui ſe cuſtodit & exercet vt tenetur ſingularem tunc à Deo accipit & perſentit gratiam: ita quicumque ſe tunc exercere, & ad Deum ſe negligit conuertere amplius, & à Deo alienatur. Vellem ſi eſſet poſſibile vt poſt huiuſmodi accepta exercitia cum ſuperiorum tuorum conſenſu ſemper ad octo dies communicares, quia ſic mirabilem gratiam & ſpecialem acciperes fortitudinem contra omnes inimici tentationes, & ego ſperarem id Deo valde acceptum.

Nunquam fratribus tuis deneges quod à te petierint ſi fuerit tibi poſſibile, vnicuique paratus eſto propter Deum tam bene iuniori quàm maiori, & ſuper omnia infirmis, & qui in tribulatione ſunt & anguſtia; noli negligere eis ſeruire & conſolatorius eſſe, quia id Deo tam eſt acceptum

Ad menſam ſedens ad minus ter vel amplius cor tuum ad Deum conuerte cum aliqua breui oratione vel deuotione, præſertim ad ſingula fercula.

Singularem ad Beatam Virginem Mariam habere reuerentiam, frequenter eam inuocando, ac prę oculis habendo, ipſa enim ſuper omnia conſueuit intercedere & gratiam impetrare.

Semel etiam in die communem fac confeſſionem, & omnes tuos defectus, in quibus quotidie excedis, Deo recognoſce breuius aut prolixius prout tempus habueris, & contra te iuſtum ſedeas iudicium. Cumque eas cognoueris ex qua radice prodeunt, aduerte, & ipſos Deo anteponens violentiam ſuper te contra inimicos tuos, qui omni die ita te ſuperant exclama, & Deum in adiutorem tuum, ſicuti plaſma ſuum quotidie require.

Diſtrictè examina quantum in die profeciſti, vel defeciſti, ſi tepidus & infidelis in oratione & horis tuis fuiſti, ſi impatiens in tuis exercitijs propter nimiam occupationem, tunc coram Deo te humilia & pete veniam; quia humilitas coram Deo magis eſt accepta.

Iſtud pũctum vltimum imo noli negligere quia cum cognoueris quantum in notitia defectuum tuorum profeceris, tantum etiam in Dei cognitione proficies. Cognitio defectuum facit hominem ſibi ipſi aduerſum. Et quantum homo ſibi diſplicet, tanto magis Deo placet. Ita ergo propria experientia magis doceberis quàm omnes libri ſine tui examine poſſent te docere. Et cùm ita te interius exercueris & cognoueris, tunc tota ſacra pagina ita tibi deſeruiet ac ſi tu eam com-

poſuiſſes, aut quod de te ſola ipſa fuiſſet conſcripta. Et dum ſenſus tuos ad te, hoc eſt ad tuam cognitionem ita retraxeris, tunc tenacem acquires memoriam.

Rogo te frater ad ultimum, quatenus de Domini paſſione puncta ſicut ſingulis diebus ſunt ſignata, exercere omnino non negligas, eaque prę cęteris exerceas, & ſæpe ad cor trahas. Quod ſi omnino non ſapiunt, tunc accipe certos articulos in Dominicæ paſſionis memoriam, quos interius, vel ex ore leges exterius, ſicuti melius tibi convenerit; vt ita ad Chriſti paſſionem te melius poſſis excitare. Ne cures quantum in ipſis legeris, ſed pro cordiali eorum ſapore labora, lege articulum unum vel duos, & tunc claude librum, & quantas dulcis Dominus amaritudines pro te vili & negligenti creatura ſuſtinuerit recordare. Poſt hoc iterum aperi librum ſemel & ſecundò vſque dum cor tuum lapideum poſſit emolliri, & cum devotis orationibus in ipſis contentis illum tunc conclude, apertoque corde tenorem earum deprecare: de gratia & devotione in tuis exercitiis tibi conceſſis Deo regratiando. Quòd ſi nihil omnino proficias, tunc id tuam eſſe culpam humiliter recognoſce, veniam petendo. Sed frater chariſſime iſtud non poteſt fieri ſine maxima gratia divina, & ſi ſic te excitaveris, ſingularem inde fructum perſenties, licèt in principio minùs tibi ſapuerit.

O dilecte frater, quid dulcius, quid ſecurius, quid Deo congruentius, quid ſimplici columbę ſalubrius quàm in petrę foramine hoc eſt in Chriſti IESV Domini noſtri vulneribus devotè deliteſcere? In quibus dulcis Dominus ſponſus tuus amabilis

amabilis concedat tibi non ſolum quotidie in ipſis deliteſcere, deliciari, & requieſcere, ſed etiam ut eadem charitate, qua ipſe vulneratus eſt & mortuus, tu omni die vivens moriaris.

Quamvis autem tibi regulam aut magis magnam ad ſancta quidem exercitia citius perveniendi ſignavi, noveris tamen quòd omnibus hominibus non æqualiter iſta conveniunt, quia dona Sancti Spiritus ſecundum ſuam qualitatem hominibus conceſſa exiſtunt multiformia, vni autem ſic, alteri verò aliter. Dominus Deus noſter cum magnus ſit & potens diverſis modis vult ſerviri. Hinc eſt quòd oportet hominem ſtrenuè cum David clamare, & ad quid vocetur conſiderare debet. *Audiam quidloquatur in me Dominus Deus*. Vnus enim in Chriſti vulneribus requieſcit, quod omnino eſt ſecurius: alter in ineffabilibus & mirabilibus eius operibus iubilat & exultat: tertius in bonis Dei futuris & in expectatione exercitus ſancti cœleſtis ſperat & lætatur: quartus caput ad terram inclinat & propter magnitudinem peccatorum ſuorum gemens & plorans cœlum non audet reſpicere: quintus terribile iudicium & tormenta damnatorum expaveſcit, & in tali tremore in via mandatorũ Dei conſervatur, ſicut navis gubernaculo ſuo inter procellas continetur. Proba autem frater chariſſime in iſtis punctis præſcriptis an internæ inſpirationi tuæ conveniant, & licèt multiplex materia, nihil tamẽ inde recipias niſi quod tibi benè congruerit. Si quid tibi in his defecerit, hoc Spiritus ſanctus perfectius te docebit quàm aliquis id tibi poſſet ſcribere, ſi ei cor tuum mundum & inoccupatũ præparaveris in quod poteſt agere. Quod tibi Deus concedat. Amen.

Tempus meditandi extra.

Tria iſta puncta exercitiorum pręſcriptorum ſingulis diebus ruminanda, quia immediatè & obiectiuè Deum reſpiciunt, & ad ipſum cognoſcendum & amandum citius hominem inducunt: Nemo enim venit ad patrem niſi per Chriſtum. Ante prandium conuenit cogitare.

Primum punctum cogitandum eſt de nocte, vel de mane quando ſurgis.

Secundum intra Miſſam quam audis, maximè intra Canonem, quia tunc habes Chriſtum præſentem.

Tertium cùm ſignum refectorii pulſatur ad prandium: tunc enim ad Sanctorum virtutes, ſanctitatem & labores melius cognoſcẽdos poſt articulum diei præſcriptũ tu potes reuoluere hymnum aliquem, aut ſequentiam, reſponſorium vel Antiphonam dę ſanctis eiſdem, quæ mirabiliter cor hominis illuminant, & ad eorum notitiam & imitationem inducunt.

Prandio facto cùm tibi vacauerit alia aſſumes exercitia tibi timorem incutientia & à tergo ad proficiendum te impingentia.

Feria ſecunda, meditare de extremo iudicio.

Feria tertia, de omnibus Dei beneficiis.

Feria quarta, de morte.

Feria quinta, de pœnis inferni.

Feria ſexta, de paſſione Domini.

Sabbatho, de peccatis.

Dominica die, de regno cœlorum, Materiam inde habes in *Beatus vir*,

Iuxta hunc modum fratres deuotarum congregationum ſe ſolent exercere.

CHRO-

CHRONICI CANONICORVM REGVLARIVM, DE VIRIS ILLVSTRIBVS DE VVINDESEM.

LIBER II.

Præfatio.

ILluſtrium Patrum geſta præclara omni veneratione & imitatione in lucem proferre, ac boni exempli gratia ad poſteros ea tranſmittere, ſanctum eſt & ſalubre. Laus enim & vita virtuoſa virorum ſanctorum in hominum memoria non poſſent eſſe diuturna, niſi litteris conſecrentur. Breuiſsima fama eſt quæ humanæ vitæ ſpatio terminetur. Viuunt perenni nomine quos littera habent inſertos. Nec nos Patriarcharum & Prophetarum Adam, Enoch & Noe, Abraham, Iſaac, & Iacob, Moyſi, Dauid & Heliæ, nec non & filij Dei Ieſu Chriſti, & Apoſtolorum eius omnium ſanctorum fidem vitam, ſanctitatem, & doctrinam, geſtaque magnifica hodie ſciremus, imitarique poſſemus, niſi litteris membranis exaratis de his

 edocti

edocti fuiſſemus. Litteræ enim ſunt quæ progenitores noſtros & patres præcedentes quãuis dudum iam mortuos memoria tamen hominum tanquam viuentes exhibent, & quæ nomen noſtrum, ſi Deo acceptabiles virtuoſique fuerimus, ad poſteros noſtros queũt cũ laude deferre. Niſi enim ars iſta fuiſſet, iidem tumuli qui corpora contexiſſent, nomen eius obruiſſet. Hiſtoriæ denique & ſcripturæ teſtes ſunt temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtræ vitæ & nuntiæ vetuſtatis. Cuius auditores maximè attenti ſi ea quæ ſcribuntur, noua magna & vtilia eſſe demonſtrantur, & breuiter res geſtæ exponi pollicentur.

Cogitanti igitur mihi animoque frequentet non ſine memoria verſanti, virorum tam illuſtrium Deo & hominibus placentium, patrum in Windeſem *primitiuorum, optimam inſtitutionem, vitam & conuerſationem; à quibus in omni circa regione per totum pæne Almanicũ orbem, poſt primariam domus Domini Florentij Dauentrienſis oppidi congregationem, maximus fructus multorũ millium animarum longè latéque proceſſit, ac per generalis capituli noſtri dilatationẽ vſque hodie procedere non deſiſtit, pro poſteris noſtris, præſentibus & futuris, ſcripto nondũ fore mãdata, ſubijt animo id mihi omnium*

minimo

minimo neceſſario attentandum: quippe qui omnes pene patres noſtros in Windeſem *primitiuos magiſtri* Gerardi Magni, *Dominique* Florentij Radevvini *diſcipulos vidi & agnoui, à quibus ad iſtum ſanctum ordinem à primæuo ſum ſuſceptus & in via regularis vitæ & diſciplinæ olim inſtitutus: quibus hanc viciſsitudinem, vicemque reciprocam pro gratiarum actione fideliter rependere vſque in ſenectam & ſenium indubiè ſum reſeruatus.*

Quamuis autem ad tantarum rerum narrationē nullatenus ſim idoneus, nec dignum videatur ingentium rerum exiguum fieri authorem, præcelſaſque virtutes humili narrare ſermone, obedientia tamen & authoritate venerabilis in Chriſto Patris Ioannis Prioris noſtri in VVindeſem *id ipſum præcipiētis, cordialique amore fratrū ibidem noſtrorū à me id expetentiū cōpulſus & deuictus, Deo cooperante, mentem manumque meam regente, trepidatione poſtpoſita opus aggrediar imperatum, precibus id exquirentium ſperans me adiuuandum.*

Mores igitur, vitā, & virtutes, cōtēplationes & reuelationes illuſtrium virorū patrum monaſterij noſtri in Windeſē *primitiuorū, fratrūq; noſtrorū ipſius contemporaneorū quæ oculata fide corā poſitus vidi, audiui, & in-*

ſpiratus ſum ad ædificationem legẽtium pro mea paruitate in medium proferre, & ſine inuidia tabeſcente cæteris communicare libenter conabor, vt veritatis doctrina & imitationis norma formalis poſteris noſtris exinde conferatur, dum quiſque geſtorum ardentius informatur exemplis.

Qui autem patres noſtri primitiui, vita ſanctitate & doctrina verè fuerunt illuſtres hodie quoque poſt ſeptuaginta ſex annorum curricula in moribus, ſancta conuerſatione & vita fratrum deuotorum monaſterij & capituli noſtri generalis de Windeſem *a-pertè relucet; qui quales habuerint præceptores quantiſque gloriari mereantur magiſtris & prælatis, verbis oſtendunt & exemplis, cum ſint perſonæ graues, Deum timentes, beati Dei cultores, fraternæ charitatis amatores, ordinis ſui obſeruatores, regularis diſciplinæ zelatores, boni patrum ſuorum æmulatores, & totius ſanctitatis ſectatores, cunctis religioſis vitæ forma, & ſæcularibus deuotis morũ diſciplina, mundo dati in exemplum in cœleſtem patriam directiuum.*

Præconium fratrum in VVindeſem.

Accipite ergo non diſerta ſed fortia, vera non fucata, eloquii ſimplicitatem nõ ſpernentes, nec politi ſtili venuſtatem requirentes. Sophiſtici enim ſermones, & poëticæ ſemi-

Digitized by Google

ſemiuera locutiones, philoſophorumque cauillationes, non ſunt operis diuinæ doctrinæ, quæ mentes hominum orthodoxorum in fide ſpe & charitate, operibus virtuoſis, veritatiſque ſententijs ſolent confirmare. Prolixis igitur arengarum interlocutionibus poſtpoſitis, opus nunc deſtinatum per certa capitula cum ſuis titulis diſtinguendum cum Dei adiutorio hoc incipiam ſub tenore.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM.

LIBRI SECVNDI.

CAP. I. De laude, gloria, vita, & conuerſatione Patrum & fratrum illuſtriũ in *VVindeſem* in generali, poſtmodum ſpeciali, pag. 259.
CAP. II. Quod Deus Angelos & homines ad ſe fruendum creauit, quibus in peccatum prolapſis communem vitam per ſeipſum homo factus, & poſt per Apoſtolos ſuos in mundum induxit, pag. 262.
CAP. III. Quod vita communis à cunctis patribus per regularem inſtitutionem ſecundum formam Eccleſiæ primitiuæ reaſſumpta, & poſtea ſucceſſu temporis reabolita per patres de *VVindeſem* iterum refloruit, & reuixit, 266.
CAP. IIII. De ſpirituali fundamento fratrum noſtrorũ primitiuorũ in *VVindeſem*. pag. 270.
CAP. V. De ſobrio victu fratrum in *VVindeſem* qui per nimiam duorum fratrum abſtinẽtiam edocti, decreuerunt fratres ſuos debere bene manducare, pag. 273.
CAP. VI. De humili & ſimplici habitu tam fratrum quàm laicorum in *VVindeſem* vſque in pręſentem diem, pag. 278.
CAP. VII. De feruido labore fratrum de *VVindeſem*, pag. 282.
CAP. VIII. De deuotis exercitijs tempore laboris fratrum in *VVindeſem*, pag. 286.
CAP. IX. De charitate Patrum in *VVindeſem* ad omnes deuotos hoſpites & clericos cauſa exempli boni & cohabitationis ad ſe venientes, & de

Digitized by Google

& de laude & bona cõuerſatione eorum, 289.
CAP. X. De conuerſatione, bonis moribus, inueſtitione, & profeſſione fratris *Ioannis Vos de Hueſden*, ſecundi prioris in *VVindeſem*, 293.
CAP. XI. De deuotis exercitijs fratris *Ioannis Hueſden* in initio religionis, pag. 296.
CAP. XII. Quod ad ordines ſacros promotus humillime ſe habuit, & ante ac poſt eorum ſuſceptionem deuotè ſe exercuit, pag. 301.
CAP. XIII. De virtutibus & bonis moribus eius in prioratu, & quomodo omnibus forma fuit ędificationis, pag. 305.
CAP. XIIII. De virtutibus & doctrina eius in ſingulari, pag. 309.
CAP. XV. Quod Prior in *VVindeſem* curam geſſit omnium deuotorum, & de caritate Domini *Florentij* ad fratres de VVindeſem proprijs litteris expreſſa, pag. 316.
CAP. XVI. Quod laudauit ſtatum deuotarum congregationum vtriuſque ſexus, 321.
CAP. XVII. Quod ante mortem ſuam patres & clericos congregationum de *Dauentria*, *Zvvollis* & *Monte ſancti Hieronymi in VVindeſem* conuocauit, pag. 324.
CAP. XVIII. Sermo in forma meliori Prioris *Ioannis Hueſden* factus in *VVindeſem* in pomerio coram conuentu ſuo, & patribus trium cõgregationum, de patribus primitiuis, & noſtra ad inuicem charitate, pag. 328.
CAP. XIX. Quomodo fratribus in *VVindeſem* commiſit hoſpitalitatem fideliter ſeruandam, & pauperibus ad portam pias eleemoſynas erogandas, pag. 335.

CAP.

CAP. XX. Quomodo ſe ad mortem præparauit, & de obitu eius & ſepultura, pag. 339.
CAP. XXI. Probatio ſaluationis eius, & quot annis rexit, quot fratres ad obedientiam ſuſcepit, & eius epitaphium, pag. 344.
CAP. XXII. De conuerſione, inueſtitione, & ſancta conuerſatione fratris *Arnoldi Kalker* ſecundi Supprioris in *VVindeſem*, pag. 350.
CAP. XXIII. De humilitate & caritate eius corporaliter & ſpiritualiter fratribus ſuis & clericis exhibitis, pag. 354.
CAP. XXIV. Quomodo fratres tentatos cõſolari & ad proficiendũ exhortari cõſueuit, pa. 358.
CAP. XXV. De authoritate, & diligẽtia eius in libris corrigẽdis, & de interiori conuerſatione & morte præfati Supprioris pag. 364.
CAP. XXVI. De conuerſione, inueſtitione, deuotis exercitijs & contemplatione fratris *Gerardi Delft* procuratoris in *VVindeſem*, pa. 368.
CAP. XXVII. Quomodo in Suppriorem electus nouitios inſtituerit, & iterum factus procurator in prima ſua deuotione & feruore permanſit, pag. 372.
CAP. XXVIII. De eius deuotione in miſſæ celebratione, & collationibus eius multo feruore plenis, pag. 376.
CAP. XXIX. Quod prioratum in *VVindeſem* reſignauit, & de eius humilitate, caritate, calculo & morte, pag. 380.
CAP. XXX. De conuerſione fratris noſtri *Henrici de Huxaria*, Priori in *VVindeſem* inueſtiti. 384.
CAP. XXXI. De eius inueſtitione, feruore, & labore, calculo, inunctione & morte, pag. 388
CAP. XXXII. De fratre *VVernero Keynkamp* ſecundo

Digitized by Google

ſecundo in *VVindeſem* ſeniore, & de ſanctis eius operibus ante religionem peractis, p. 393.

AP. XXXIII. De vita & ſancta conuerſatione fratris *VVerneri* in religione, & bono eius regimine in prioratibus, pag. 397.

AP. XXXIV. De patientia eius in pœna calculi, & de cuſtodia conſcientię ſuę etiam in infirmitate, & de morte eius, pag. 401.

AP. XXXV. De vita, ſancta conuerſatione moribus, & prioratibus fratris *Iohannis Kempis,* pag. 406.

AP. XXXVI. De vita, feruore, conuerſatione & tactu apoplexiæ fratris *Henrici VVilde,* pag. 411.

AP. XXXVII. De vita, honeſtate, virtutibus, procuratione, labore & morte fratris *Henrici de VVilſem,* pag. 417.

AP. XXXVIII. De conuerſione fratris *Bertoldi ten Haue,* conuerſatione, debilitate ſenſuum & morte, pag. 424.

AP. XXXIX. De fratre *Henrico Balueren* deuoto in *VVindeſē* veſtiario, & de fratre *Herberto* conuerſo, ſuo tēpore ibidē ſartore, pag. 430.

AP. XL. De vita, labore, infirmitate & calculo fratris *Ioannis Broechuſen,* pag. 435.

AP. XLI. De fratre *Goſvvino Tyacen,* ciue zvvollēſi, in *VVindeſem* pòſt reddito profeſſo, 440.

AP. XLII. De vita & conuerſatione, patientia & morte fratris *Petri de Gouda,* & fratris *Ioannis Ottonis,* ſiue *Henrici,* pag. 445.

AP. XLIII. De conuerſione, inueſtitione, vita feruore & deuotione fratris *Henrici Mande,* pag. 452.

AP. XLIV. Reuelatio fratri *Henrico Mande* oſtenſa

oſtenſa ſuper ſtatu patrum deuotorum canonicorum regularium defunctorum, 457.
CAP. XLV. De multis alijs viſionibus, & ſanctis reuelationibus ſibi oſtenſis, & de fine vitæ ſuæ, pag. 467.
CAP. XLVI. De feruore fratris *Reyneri de Arnhem*, pag. 472.
CAP. XLVII. De conuerſione fratrum noſtrorum *Henrici VValius*, & *VVilhelmi Vornken* & de bonis moribus, vita, & regimine fratris *Henrici VValuis*, pag. 475.
CAP. XLVIII. De feruore fratris *VVilhelmi Vornken*, quomodo & tribus monaſterijs capituli noſtri prior præfuerit, pag. 479.
CAP. XLIX. De feruore eius in choro & refectorio, in cibis & veſtitu, quem in ſuis fratribus amauit & requiſiuit, pag. 482.
CAP. L. Quomodo tactus apoplexia, Prioratus reſignans officium, ad extrema peruenerit, pag. 500.
CAP. LI. Quare magni quidam prælati ante vitæ exitũ Deo diſponẽte ob officiis abſoluũtur, & epitaphiũ Patris noſtri *VVilhelmi*. 501.
CAP. LII. De conuerſione fratris *Iohannis ten VVater* per epiſtolam, pag. 515.
CAP. LIII. De vita moribus, ſanctitate & morte eius, pag. 515.
CAP. LIIII. De vita, conuerſatione, & contemplatione fratris noſtri *Gerlaci*, p. 520.
CAP. LV. De deuotione & doctrina eius in ſpeciali, de calculo eius & morte, pag. 525.
CAP. LVI. De feruida conuerſatione fratris *Henrici Loeder* in habitu cõuerſorum, & fratrũ clericorum, & quomodo fratres ſuos in humilibus

libus exercitationibus inſtituerit Prior effectus pag. 534.

AP. LVII. De caritate ſua ad hoſpites, & quod omnibus bonis & deuotis hominibus valde fuit acceptus, malis vero tremẽdus, 539.

AP. LVIII. De miſericordia & eleemoſynis eius in pauperes, & quomodo omnium deuotorum, fuit defenſor, pag. 544.

AP. LIX. De monaſteriorum multorum reformatione & quomodo fratres ſuos per epiſtolam reformauit, pag. 551.

AP. LX. De bona conuerſatione fratrum & laicorum ſub patre tanto, & cõpunctionibus uiſionibusque eius & fratrum ſuorum, pag. 559.

AP. LXI. De ſuſceptione cõuentus de *VVindeſem*, de feruore & cuſtodia diſciplinæ, & de apoplexia eorum & morte ipſius, pag. 566.

AP. LXII. De feruore, deuotione, bonis moribus, ſui cuſtodia, & morte fratris noſtri *Anſelmi*, pag. 571.

AP. LXIII. De vita, ſancta conuerſatione cuſtodia cellę, & contemplatione fratris *Ioannis Scutken* clerici deuoti in *VVindeſem* 575.

AP. LXIIII. De labore ſuo, fratrum informatione, & zelo rectitudinis eius, pag. 579.

AP. LXV. De deuotis exercitiis eius ferialibus & feſtis diebus, infirmitate, morte & purgatorio, pag. 583.

AP. LXVI. De humilitate & alijs multis virtutibus fratris *Alberti VVinbergen*, clerici & donati in *VVindeſem*, pag. 591.

AP. LXVII. Quanta deuotione per annos 30. officiũ refectorarii cuſtodiuit, & presbyter

effectus

effectus, humillimè habuerit ſe & deuotè, & de morte eius, pag. 595.
CAP. LXVIII. De ſancta vita, feruore & conuerſatione, bonoque regimine magiſtri *Iohannis Cele* quondam Rectoris ſcholarum in Zvvollis, pag. 602.
CAP. LXIX. De eius tentationibus: & quid magiſter *Gerardus Magnus* de ipſo ſenſerit, & quòd ſacerdos fieri non præſumpſerit, p. 608.
CAP. LXX. De exteriori eius conuerſatione, virtutibus, orationibus, doctrinis, & informationibus, pag. 614.
CAP. LXXI. De interiori eius conuerſatione, feruore, amore, contemplatione, morte, & poſt mortem eius apparitione, pag. 620.
CAP. LXXII. Quod præfati patres noſtri quamuis exteriora miracula non fecerunt, idcirco non minus ſancti & illuſtres, poſſunt appellari authoritate ſanctæ Eccleſię, pag. 629.

CHRO-

Digitized by Google

DE VIRIS ILLVSTRIBVS WINDESEM.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

De laude, gloria, vita, & conuerſatione Patrum & fratrum illuſtrium in Windeſem *in Generali; poſtmodum in ſpeciali.*

LAudemus viros glorioſos, Patres Ordinis noſtri primitiuos, qui Spiritu ſancto repleti, prima tantæ molis monaſterii noſtri in VV*indeſem* ſtructuræ fundamenta iactauerunt, & ſeptorum eius mœnia per circuitum muris lapideis magnificè compleuerunt, nobiſque alumnis, filiis & ſucceſſoribus, in cunctis temporalibus & ſpiritualibus rebus neceſſariis copioſè prouiderunt, vt abſque temporalium rerum cura ſuperflua Deo creatori noſtro iam liberè vacare valeamus, & quam ſuauis ſit Dominus, plenius deguſtare, &, *quoniam ipſe fecit nos, & non ipſi nos*, quietiùs prouidere. Quantâ autem veneratione, laudumque præconio, viri iſti præclariſſimi, Patres & progenitores noſtri in Spiritu & veritate ſint digni quis enarrabit? *Quorum memoria in benedictione eſt; quæ in ore omnium quaſi mel indulcabitur*; quorum ſapientiam narrabunt omnes, generaliter noſtri de *VVindeſem* Capituli Patres & perſonæ, & laudem

Eccl.44.v.1. *Pſ.99.v.3.* *Eccl.45.v.1.*

eorum pronunciabit omnis eccleſia congr ı-
tionum deuotarum ſexus vtriuſque in vniu ſo
Germanico & Italico orbe terrarum, ita vt ſix
eorum memoria non recedat de ore ſeminis o-
ſtri, nomenque eorum ſaluberrimum requir ur
à generatione iſta timentium Dominum vſqu in
æternum. Hi enim ſunt viri glorioſi patres n tri
& Doctores, per quos ſolemne in *VVindeſem* o-
naſterium Spiritui ſancto fœcundatum, in t n-
tam diuini germinis ſobolem cernimus ex e-
niſſe, vt palmites ſuos virides & florentes et,
totam noſtram vndique regionem in montil us
& collibus, vallibus, nemoribus, camporum p a-
nitiebus, deſuperque riuos aquarum vſque ad
mare Septentrionale, latiſſimè ſe extendiſſe, a-
mœniter floruiſſe, & vberes, ſicut lilium in con-
ſpectu Domini, & totius populi Chriſtiani,
fructus protuliſſe iam iucundiſſimè conſpiciamus. Ordo denique noſter Canonicus & Regularis in pluribus huius patriæ noſtræ locis & perſonis à primæua ſui inſtitutione valde prolapſus, penéque extinctus per ipſos reuiuiſcere, & in priſtinum regularis obſeruantiæ ſtatum refloreſcere, fructuſque pulcherrimos reformationis animarum ſanctarum proferre vſque hodie non deſiſtit. Animas enim filiorum ſuorum nunquam perituras, cęleſtibus bonis, veris virtutum diuitiis, ſpiritualibuſque doctrinis locupletare ſtuduerũt, eóſque mentes omni affectione terrenâ depuratas cœlo ſemper ſuſpenſas habere, & in huius peregrinationis incolatu Angelicam conuerſationem proferre, viuidis ſuis verbis, & exemplis, & ſcripturarum momimentis apertiſſimè docuerunt: quatenus poſt finem huius exilii, Angelicis

cis in patria ſpiritibus aſſociati, mundo corde, glorificatoque corpore, vultui glorię Dei ſemper aſſiſtere, ſpeculumque Trinitatis pęrclariſſimum, omni delitiarum, & rerum in cœlo & in terra concupiſcibilium voluptuoſiſſimè repræſentatiuum, perpetuò cernere, perfrui & contemplari dignè mererentur.

O quàm glorioſa cum comitiua beatus Pater noſter *Auguſtinus* cum diuæ memoriæ *M. Gerardo Magno*, ſpiritu eius pleno, multiſque patribus Ordinum diuerſorum, pręſertim Canonicis Regularibus ſexus vtriuſque, milibúſque deuotis presbyteris, clericis, laicis & beginis, exemplis ſuis ſanctis, & doctrinis in viam veritatis, æternæque ſalutis vbique perductis, in illa cœlicolorum curia, in loco diuinæ voluptatis, in Paradiſi Dei delitiis, in conſpectu Angelorum & omnium ſanctorum charitate lucis inæſtimabili circumamicti, inexcogitabili mentium iucunditate illuſtrati, interminabilis vitæ perfectâ ſimul poſſeſſione æternati, vultui gloriæ ſummi Dei claritatique omnipotentiæ maieſtatis eius ſemper aſſiſtere, & in ſummæ bonitatis eius fruibili præſentia debent perpetuò iucundari, immenſas Deo laudes, infinitaſque gratiarum actiones, æternaliter decantantes ſuper bonis ſuis ineffabilibus in hac lachrymarum valle primum, & tunc in ęternæ felicitatis gloria clementiſſimè & omninò gratuitè ſibi collatis, & conceſſis, in quorum cœleſtis militiæ exercitu cãdidato, quãtâ putamus, beatitudinis gloriâ, aureolarũq; pręmio ſingularũ Patres noſtros in *VVindeſem* primitiuos, ab omni laborũ & dolorum inſpectione, ac remuneratione à Deo perpetuò eſſe

S. Auguſtinus.

B. M. Gerardus Magnus.

Digitized by Google

coronatos: qui omnium in Ordine noſtro, & extra, harum regionum ſexus vtriuſque deuorarum perſonarum ſpiritualis vitæ ac regularis inſtitutionis primates fuere, & exercitus filiorum Dei viuentis, contra ſpirituales nequitias, in prælio campi ductores principales, pro ſe, ſibique ſubiectis viriliter decertantes, donec ſalutis ſuę ſæuis deuictis hoſtibus iam diceret Spiritus Sanctus,

Apoc. 14. v. 13. *vt requieſcant à laboribus ſuis:* victoriæ ſuæ palmas, æternæ glorię coronas, Angelis deducentibus, in gaudium Domini ingreſſi, à ſummo Deo perpetuò recepturi.

CAPVT II.

Quod Deus Angelos & homines ad ſe fruendum creauit, quibus in peccatum prolapſis, communem vitam per ſeipſum homo factus, & poſt per Apoſtolos ſuos in mundum induxit.

IN principio omnium creaturarum ſuarum Deus cælum & terram creauit, cælum quidem innumerabilibus replens Angelis, terram verò pecudibus. Sicut autem corpora cæleſtia, ſtellæ videlicet & planetæ totam elementarem excedunt regionem quaſi incomparabiliter in quantitate continuam, ſic Angeli omnia corpora in quantitate diſcreta, ſecundum Thomam Doctorem ſanctum in prima primæ. Omnes autem Angeli ad hoc in cælo ſunt creati, vt creatorem ſuum lumine Dei gloriæ illuſtrati, perfectè cognoſcerent, cognitum amarent, & in amorem

Angeli ad quid creati.

:m magnitudinis ſummæ bonitatis ſuæ conti-
uò conflagrarent, huiuſmodique ardentiſſimæ
aritatis,& immenſæ bonitatis eius abundantia
erpetuò perfluentes, & Deo æternaliter inhæ-
entes, felices, & ſine fine beati permanerent.

Lucifer autem ſignaculum ſimilitudinis, di-
tur omnium Angelorum & creaturarum tunc
Deo conditarum ſpecioſiſſimus. Lucifer enim
uaſi lucem ferens, dictus, pro eo quod natura-
m in ſua creatione, & pręcæteris Angelicis ſpi-
:ibus præeminentiorem à Deo ſuſceperat de-
orem, inter omnia ligna voluptatis, in delitiis
ei primus, cernens ſe pulchritudine & decore
per omnes Angelos longè prælatum, propriâ
oluntate,liberoq́, arbitrio iniquitatē cōcepit ex
ipſo, & in ſuperbiam eleuatus in corde ſuo ſe
agnificauit,à Deo auerſus, ad propriam autem
am gloriam &complacentiam in ſeipſum con-
:rſus, Deo amplius ſubiectus eſſe noluit, ſed e-
s æqualitatem in corde ſuo concupiuit,dicens:
cœlum aſcendam, & ſedebo in monte teſtamenti, in
:eribus Aquilonis, ſimilis ero altiſſimo Qui Ange-
s innumerabiles ſibi habuit adhærentes, et-
n à Deo ſe auertentes, ſibi conſentientes, &
:o creatori ſuo ſubeſſe recuſantes.

Peccatum Angelorum ſuperbia.

Eſaiæ 14.

Omnes iſti Spiritus Angelici cum maximam
nc contra Deum ſuperbiam in corde ſuo fir-
iſſent, ſubitò, in momento, in ictu oculi,ſicut
lgur de cœlo, ceciderunt in infernum, & in
nc aërem caliginoſum, qui in medio aëris eſt
erſtitio.

Caſus Luciferi cum Angelis ſuis apoſtaticiis.

Et quia natura ſpiritualis tantùm ſemel eſt
rtibilis,niſi ex alterius coniunctione vt anima
corpore, quæ ſępè de bono in malum muta-

 tur,

tur, & è conuerſo; ideo natura purè ſpiritualis propter ſui ſimplicitatem totam ſe conuertit ad illud quod elegit,& ita peccatum dęmonum eſt irremiſſibile. Angeli verò boni,quia Deo adhæſerunt, ſtatim confirmationem in bono ſuſceperunt, ex natura, quæ tantum ſemel eſt vertibilis; ex gratia,quia æterno ſtabili Deo per charitatem adhæſerunt;ex gloria, quia Deum habent per gloriam,quæ eſt forma complectiua Angelici deſiderii,vt nihil quęrant extra Deum melius & iucundius.

Sicut Angeli boni in illa ruina Angelorum malorum permaximè Deo per charitatem & ſubiectionem firmiſſimè adhæſerunt,ita tunc in gratia continuò ſunt firmati, vt cadere, aut à Deo ſe auertere nũquam poſſent in ęternum; & dæmones in malitia ita ſunt obſtinati, vt nunquam bonum, ſed ſemper malum velint & deſiderent in infernum ſecum vbique deferentes.

Homo creatus eſt à Deo, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.

Videns autem Deus ſummam bonitatem ſuam intellectuali & rationabili creaturæ ſuæ communicabilem, dæmones quoque per ſuperbiam de cœlo corruiſſe,creauit hominem de limo terrę,ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuam eum faciẽs, imagini ſuæ glorioſę rationali animæ tunicam induens luteã,vt quid eſſet inſpiciendo,& domum luteam circumferendo nunquam ſuperbiret,ſed Deo creatori ſuo ſemper in animo ſuo ſubiectus remaneret. Quẽ in Paradiſo poſitũ,in initio creationis ſuæ per obedientiã contra Dei mandatum Diabolus traxit in peccatum,& per peccatum in mortem, & mortem ſempiternam. Homo igitur naturalibus viribus ſuis ſpoliatus,& in has ęrumnoſas & tetras ſæculi tenebras nudus propulſatus,

ıs, cum omni genere ſuo ab interiori lumine ordis eiectus, Dei cognitionem perdidit, creatus tantum viſibilibus intentus, quaſi ſine Deo, ixit ſuper terram.

Deus autem qui eſt ſummum bonum miſerãs ræcepti tranſgreſſorem, tactus dulcore charitas intrinſecus, filium ſuum vnigenitum miſit in iundum, vt homo factus mundum à peccatis is ſuo ſanguine liberaret, & viam regni cæles qua in patriam rediret homo, verbo & exemo demonſtraret; filius ergo Dei, Deus & homo, ominus noſter *Ieſus Chriſtus* in terris cum hominibus cõuerſatus, omnia mundi delectabilia cõmnens, humilem, pauperem & communem vim cum diſcipulis ſuis primus elegit, ad vitam ernam rectiſſimè perducentem, centuplum, & am æternam omnia relinquentibus repromitns.

Homini lapſo ſuccurrit Deus & homo Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

Ianc cõmunem vitam iuxta Chriſti doctrinam rfectiſſimam SS. Apoſtoli, & omnes Chriſti files in eccleſia primitiua in Hieruſalem, ſub S. iritus regimine fideliſſimè ſeruauerunt, *quibus nibus erat cor vnum, & anima vna in Deo, nec quiſam aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia cõnia*. Quam vitam cõmunem à Chriſto inſtitun, & à Spiritu ſancto confirmatam *Ananias, & phira*, in primitiua eccleſia futurę inopię timonfringere præſumentes, partem pecuniarum rum ſibi ſecretè reſeruando, tantâ animaduerne ad vocem Petri Apoſtoli ſunt mulctati, vt co corruentes expirarent, temporalem mor pro pœna peculii, non æternam ſuſtinentes, *bis idipſum non iudicet Deus.*

Actor. 4. v. 32.

Vita communis à Chriſto inſtituta & à Spiritu ſancto confirmata eſt.

Actor. 5.

Vitæ communis infractores à Deo puniuntur.

Cùm autem Chriſtianorum numerus per orbem vniuerſum multiplicari incepiſſet, & gentium multitudo ad Chriſti fidem introire, cernentes Apoſtoli ſancti eos omnes in communi viuere non poſſe, inſtinctu ſancti Spiritus Chriſtianis & gentibus propria retinere permiſerunt. Tantus tamen feruor fidei Chriſtianæ in Chriſti fidelibus per totum mundum tunc exardeſcebat, vt non ſolum bona temporalia, ſed etiam omnia præſentis mundi gaudia, cuncta viſibilia, corpus ſuum & animam, vitamque temporalem ad innumera pœnarum genera, & mortem amariſſimam pro fide Catholica & vita perpetua immortalique tunica patientiſſimè toleranda promptiſſimè tradiderunt.

Feruor eccleſiæ primitiuæ.

Capvt III.

Quod vita communis à cunctis patribus per regularem inſtitutionem ſecundum formam Eccleſiæ primitiuæ reaſſumpta; & poſt ſucceſſu temporis reabolita per Patres de VVindeſem *iterum refloruit & reuixit.*

MArtyrizatione Chriſtianorum, perſecutioniſque tempore iam ceſſante, patres ſancti temporum illorum Apoſtolicæ vitæ perfectionem ex eorum actibus optabant imitari, pluresque ſecum fratres in vnum colligentes, in vita communi ſine omni proprietate, in caſtitate & obedientia pariter cùm eis viuere propoſuerunt. Quidam autem ex ipſis cunctas regulas, & ſpecialem modum & formam in communi viuendi ſuis

Digitized by Google

is fratribus conſcripſerunt, ſicut *Pachomius*, ex
ce Angeli, *Hieronymus*, *Baſilius*, *Auguſtinus*, *Benedi*-
us & Franciſcus, quorum Patrum tantum vltimo-
im quatuor regulæ ab eccleſia Romana aſſum-
tæ ſunt & approbatæ, à ſuis profeſſoribus om-
imodis obſeruandum. Omnis denique Chri-
ianis ſecundum Euangelium Chriſti viuere, &
gulã Chriſti charitatẽ ſeruare tenetur ex præ-
pto ſub pœna æternę damnationis, *ſi enim vis*
d vitam ingredi ſerua mandata; cuncta vero conſi-
a Euangelica omnes ſeruare non tenentur, niſi
uiſque ſponte ad illa ſe obligauerit. Ordinem
erò ingreſſi, & quamcumque regulam profeſſi,
d eius obſeruantiam ex voto neceſsitantur.

Quatuor Regulæ ſanctorũ Patrum in Eccleſia receptæ.

Matth. 19. v. 17.

Patres ergo ſancti *Baſilius*, *Auguſtinus*, *Benedi*-
us & Franciſcus, approbatarum regularum inſti-
utores, vitam Euãgelicę perfectionis & eccleſiæ
rimitiuæ iterum per ſuas regulas cœperunt in-
ouare, quæ ſuo, & longo pòſt tempore in ma-
no ſpiritus feruore, & regularis vitæ decore, à
eligiòſis ſexus vtriuſque ſecundum eas profeſ-
s ſtrictiſſimè ſunt ſeruatę, ita vt plurimi patres
: fratres Ordinum diuerſorum opus, & nomen
eræ ſanctitatis habentes, rebus præſentibus ex-
mpti, animabus ſuis cęlo receptis, ſancti appel-
ri, & ab eccleſia militante iuſtè canonizari me-
erentur.

Vita communis à SS. Patribus per regularem inſtitutionem ad formam Eccleſiæ primitiuæ aſſumitur.

His itaq; viris ſanctis cum ſuis beatis imitatori-
us è medio ſublatis, cùm feruor primę deuotio-
is, & amor veræ dilectionis in cordibus religio-
orum vbique refriguiſſet, & rigor diſciplinæ re-
ularis obſeruantiæ per Prælatorum negligẽtiam,
: ſubditorum diſſolutionem paulatim tepeſce-
t, ac realiter tandem deperiret; Prælatis primũ,

Rigor diſciplinæ regularis negligentia Prælatorum & diſſolutione ſubditorum eneruatur.

ac deinde monachis, & Regularibus Canonicis ad vitia proprietatis, incontinentiæ & inobediētię pariter prolapſus, ſic omnis deuotio, cœnobitarum religio, clauſtralis diſciplina, amor Dei, timor gehennæ, & cuncta virtutum exercitia in huiuſmodi diſſolutis monaſteriis ſexus vtriuſque ſimul interierunt, & à conſpectu viuentium prorſus euanuerunt. Loca enim illa, in quibus Patres eorum, viri religioſi, in veris virtutibus & virtutum operibus, à ſeipſis & ſuis maioribus perfectè exercitati, contra carnem, mundum & diabolum, viriliter decertantes, per ſtrictiſſimam regulæ ſuæ, & conſtitutionum obſeruantiam triumphum victoriæ cum gloria reportantes, cētuplum in pręſenti, & vitam æternam iam in cœlo recipere meruerunt, viri iſti ſolo nomine religioſi, regulæ ſuę tranſgreſſores maximis ſceleribus violare non formidant.

Pudet dicere mala peſſima *in* dictis diſſolutis monaſteriis actualiter ſubſecuta; loca enim illa in quibus corpora, & exuuiæ ſanctorum Patrum ſuorum præcedentium cum omni reuerentia ſunt recondita, facta ſunt iam proſtibula ſcortantium cum meritricibus, & diuerſarum conditionum mulieribus, terreſtriumque dæmonum latibula, in quibus non ſolum laſciuia regnat inaudita, ſed etiam ingluuies, ebrietas, proprietas, & cætera infinita mala. Corde namque cæco & corpore polluto, cruentâ conſcientiâ, manibuſque ſanguinem animarum multarum à ſe interfectarum diſtillantibus, diuina Chriſti myſteria omni creaturę veneranda, ipſis etiam dęmonibus terrifica & metuenda, ſacrilego auſu contingetinge-

tingere & tractare quotidie minimè contremiſcunt; & qui peccatorum remiſſionem, gratiæ augmentationem, & ęternæ gloriæ acquiſitionem cuncto populo Chriſtiano, viuenti & defuncto ab omnipotenti Deo, vt boni interceſſores ab eccleſia conſtituti impetrare deberent: è contrà vitâ ſuâ peſſimâ, & horrendis ſceleribus vindicem omnium Deum ad iracundiam prouocare minimè formidant.

Huiuſmodi ergo criminibus & peccatis permaximis, Deo & hominibus execrandis Patres noſtri primitiui finem debitum imponentes, ipſi primùm regulariter viuere ſollicitè curauerunt, ac deinde etiam aliis bonam & optimam regulariter viuendi formam in ſcriptis tradiderunt, vnde non ſolùm in antiquis monaſteriis regularem vitam & Ordinis diſciplinam refloruiſſe, rępullulaſſeque cognouimus, verumetiam plurima nouiter inchoata monaſteria, primordialia regulariter viuendi inſtituta vidimus accepiſſe, in quibus multa deinceps animarum millia, ad mundi contemptum, Dei cognitionem & amorem accenſi, Deo creatori ſuo die ac nocte ſuas commendant animas in benefactis, ob ſpem ſalutis & æternæ vitæ promerendæ. *Regularis diſciplina Eccleſiæ primitiuæ reabolita refloret.*

Porro vitam, doctrinam & conſtitutiones ab ipſis editas à Deo fuiſſe inſpiratas, probat eorum diuturnitas, tanto temporis ſpatio vtentium moribus approbata, cùm *omnis plantatio quam Pater noſter cœleſtis non plantauit eridicabitur*, *& ſi non fuerit à Deo* (ait Gamaliel) *ſtatim diſſoluetur*. Probat etiam fratrum & ſororum Ordinis noſtri multitudo Deo iuxta eorum tenorem fideliter ſeruientium, quę in diuerſis mundi clima- Math. 15. v. 13. Actor. 5. v. 38.

climatibus, in decem & octo Epiſcopatibus & vltrà, palmites ſuos extendiſſe, & ſub vno Capite, *monaſterio & Priore de VVindeſem*, per annos pluſquam ſeptuaginta in debita obſeruantia, regulari vita & Ordinis diſciplina religioſiſſimè viuere, & vixiſſe ab omnibus vſque hodie approbantur. Meliores enim ſanctæ eccleſiæ flores, adipemque frumenti Virgines, viduas & continentes, Ordines & Capituli noſtri monaſteria de vniuerſis Christi fidelibus in ſinus ſuos colligentia, Angelicam conuerſationem, & Paradiſum terreſtrem in terris eſſe conſtituerunt, cùm valde ſit difficile viros veræ contemplationis, Angelicæ puritatis & virginalis caſtitatis, in huius mũdi exilio, & in hac mundi peregrinatione, mortalitatis noſtræ tempore, extra monaſteria poſſe reperiri.

CAPVT IV.

De ſpirituali fundamento fratrum noſtrorum primitiuorum in Windeſem.

FRatres noſtri primitiui, ſicut veri & viui cæleſtis Hieruſalem lapides expoliti, ignitis illis lapidibus, Angelicis ſpiritibus fide & dilectione ſociati, non ſolùm monaſterium noſtrum materiale manufactum, humanis oculis foras viſibile, erigere & fundare ſtuduerunt, verumetiam monaſterium aliud longè melius & excellentius in æternum, non manufactum, Deo creatori ſuo inhabitabile, Angelis ſanctis ſimile & coæquale, deuotis hominibus imitabile, toti mundo conſpicabile, & ſuper omnia ſibi ipſis iucundum & ama-

amabile, in intimis ſuis animabus, & fratrum ac filiorum ſuorum ſpiritualium, maiori ſollicitudine, multoque laborę ſuperædificare & componere curauerunt. Quam ſpiritualis ædificii ſtructuram ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, id eſt, ſuper veram Chriſti humilitatem, & orthodoxæ fidei veritatem ſumma diligentia collocarunt, ſine quo nullum ſpirituale ædificium firmiter ſtare, aut in bono poterit perſeuerare; pauperes enim erãt fratres noſtri primitiui, modiciſque rebus & vtenſilibus valde contenti; denique ſuper fundamentum ſanctæ paupertatis, verecundæ ſimplicitatis, ac profundæ humilitatis originaliter ſe fundabant, & ideo à mundo & omnibus hominibus maximè ſecularibus, & in poteſtatibus conſtitutis ſe abſcondebant; immò à memoria omnium hominum penitus deliteſcere, nec in corde alicuius creaturæ viuere cupiebant, ſed ſoli Deo, cui ſe deuouerant, cænaculum grande ſtratum in cordium ſuorum latitudine continuè pręparabant.

Humilitas & paupertas ſpiritualis ædificii fundamentum.

Cuncta enim temporalia & viſibilia bona quę corporalibus hominum ſenſibus importunè ſe ingerunt, prægnantem in terris animam, & ab infimis caduciſque huius mundi delectationibus excutere ſe nitentem, & in ſuperna ęterna Dei bona aſſurgere quotidie conãtem plurimum retrahentia, quantumlibet alta, magna & prætioſa à ſeculi amatoribus eſſe putentur, ab ipſis tamen velut exigua nimis, inania, & vt lutum platearum pro nihilo ſunt computata. bona verò inuiſibilia & ęterna, ab ipſa veritate ſanctis & fidelibus repromiſſa, in longè ampliorem & clariorem pręſentię ſuæ cognitionem, intimiique amoris

Deſpectio terrenarum.

Deſiderium æternorum.

amoris fecerant oblectationem per bonorum exercitiorum in interiori lumine cordiũ ſuorum continuam aſſuefactionem, ſicut Deus maior eſt homine, pulchrior ſideribus, ſole ſplẽdidior, omnique creaturâ glorioſior, & ſicut cœlum maius eſt quàm terra, & anima maior corpore ſuo & mundo vniuerſo capacitate, poteſtate, vita, & virtute. Leuauerunt enim ſe ſuper ſe, & ſuper omnia iſta viſibilia, & ſi non ſemper, frequenter tamen illi ſummo & incommutabili bono, eiuſque exercitibus cœleſtibus multorum millium Angelorum præſentes ſe exhibere conantes, ita mundi cordis lætitiâ vera odorantes gaudia, & auidè pręguſtantes quæ ſit ſanctorum gloria.

Verumtamen cum nulla noſtra actio, internáue contemplatio poterit eſſe ædificatoria, niſi paupertatis & obedientiæ, humilitatis & continentiæ, & veræ pœnitentiæ crucem amplecti videamur, & ad eam affici & inclinari cunctis indiciis approbemur, ideo Patres noſtri primitiui hãc crucem pœnitentiæ ardenter ſe amaſſe, poſteriſque ſuis feruenter amplectendam eſſe verbis ſuis & ſcriptis multifariè docuerunt, pręſertim in abdicatione propriæ voluntatis & terrenæ ſubſtantiæ, in corporali exercitatione humiliationis & obedientiæ, in ſummo rigore exterioris diſciplinę. Verè enim cognouerunt, & nobis in ſcriptis reliquerunt, quod quamdiu in iſto ſanctæ paupertatis, profundæ humilitatis, verecundæ ſimplicitatis fundamento ſtabiles & immobiles permanſerimus, quod multis tentationum flatibus, voluptatum blanditiis, minarum aſperitatibus, aut aduerſitatum terroribus, primi feruoris noſtri fundamentum, & regularis obſeruantiæ ſpiri-

Crux pœnitentiæ feruenter amplectenda.

Immobile ſanctæ religionis firmamentum.

ſpirituale ædificium, ſupra firmam Petram Chriſtum fundatum, moueri poterit in æternum. Plãtatio eum bona valde quam Pater noſter cœleſtis in VV*indeſem* plantauit, quomodo poterit eradicari? & vinea Domini Sabaoth electa, dexterâ Dei complantata, quomodo non germinaret, fructum faceret, & totam terram occuparet? *Palmites ſuos vtique extendet vſque ad mare, & vſque ad flumen propagines eius.* Ps.79.v.12. Per ipſos enim ſpiritualis vitæ ædificatio, morum compoſitio, & regularis obſeruantiæ diſciplina in diuerſis Ordinis noſtri monaſteriis, his temporibus nouiſſimis, primordialia ſua ſumpſere fundamenta, dexterâ Dei obſtetricante, & ab æterno id nunc perficiendum iri præordinante, in ſuam gloriam, & totius *Germanici* orbis ſalutem æternam.

CAPVT V.

De ſobrio victu fratrum in Windeſem, *qui per nimiam duorum fratrum abſtinentiam edocti decreuerunt fratres ſuos debere benè manducare.*

QVantos labores, fatigationes, incommoda & defectus in cibis & potibus, cunctiſque rebus neceſſariis in *VVindeſem Monte* vndique patenti, fratres noſtri primitiui, cum ſuis laicis & familiaribus patientiſſimè ſuſtinuerunt, quis enarrabit? nihil enim in hoc loco adhuc vaſto & inculto pro tunc poterat inueniri, niſi quod deuotorum manus fidelium illuc

Temperantia cibi, potuſque fratrum in VVindeſem.

illuc detuliſſent, panem autem in pondere, legumina in numero, & potum in menſura accipere conſueuerunt. Quemadmodum in domo Domini *Florentij* prius ipſi facere didicerunt, vbi amphoras pergraciles, oblongas & permodicas pro potus ſui menſura, & certam panum quantitatem ſinguli pro cibis habebant deputatas, ne deuotionis ſpiritum crapuloſè nimis viuendo, & carnem vegetãdo, extinguere cogerentur. Groſſum tantum panem in cibum, & tiſanam ſeu *ſerpodium* in potum, non ſolum ante Ordinis ſuſceptionem, ſed etiam longo pòſt tempore in refectorio, & in labore cum multa gratiarum actione fratres noſtri aſſumere conſueuerũt, quoniam de facultatibus monaſterii alium pro tũc potum habere non potuerunt, & vt primo ſuo feruori & ſpiritui ſatisfacerent deſideratio cibi melioris interdum edere cogit, quod tamen minus ſapit; labor frequens & eſuries, olera, pultes & legumina facit eſſe ſaporoſa. Breuis eſt voluptas vbi regnat magna paupertas. Tribus in hebdomada diebus carnibus veſcebantur, tribus aliis diebus, ouis & lacticiniis, & ſexta feriâ, cibis quadrageſimalibus in refectorio vtentes, ieiunabant. Carnes tantum lixas ſeu bullitas ſuo tempore manducabant, eò quòd facilioris ſint digeſtionis, guloſitatiſque minoris, & nunquam carnes frixas, verubuſue aſſatas, eo quod interiora conſtringant, & carnis voluptates appetitumque carnalem, qui nequam eſt, ſoleant prouocare. Denique id nobis filiis & poſteris ſuis pro perenni memoria reliquerunt, & vſque in finem modis omnibus in *VVindeſem* iugiter obſeruandum cenſuerunt, dicentes: quàm citò ad huiuſmodi car-

Optimum condimentum fames.

Carnes lixæ ſeu bullitæ.

di carnales corporis voluptates declinare cœpe- rimus, ad-ſtatim ſpirituales delitias, diuinæ guſtum ſuauitatis, & vitæ regularis obſeruantiam pariter amittemus. Nos autem huiuſmodi leges Patrum noſtrorum per annos pluſquam ſeptuaginta inconuulsè obſeruantes, in ſpirituali vita, religioſa conuerſatione & debita reformatione, authore Deo, permanentes, vſque in hodiernum diem continuè profecimus, à quibus parumper declinare vſque ad mortem non intendimus, exemplo *Rechabitarum*, qui de mandato *Ionadab* Patris eorum, cunctis diebus vitæ ſuæ vinum non bibebant. Non enim malum erat eis bibere vinum, ſed piam Patris ſui intentionem in hoc perficientes, non ſolùm ab hominibus, ſed magis ab omnium inſpectore Deo huiuſmodi obedientię remunerationem recipere meruerũt, Ieremia Propheta eos, contra legis tranſgreſſores Iudæos de terra promiſſionis mox eiiciendos, teſtimonium proferẽte, ipſiſque, quod coram Deo cunctis diebus non deficerent, ex ore Dei promittente. Ita etiam aſſatas carnes in *VVindeſem* coquere & præparare in ſe peccatũ non eſſe putamus, ſed laudabilem hãc Patrum noſtrorum conſuetudinẽ, & piam eorum in hoc intentionem, à nobis obſeruari deſideratã ſollicitè cuſtodiẽtes: in pręſenti quidẽ non paruũ religionis & gratiæ Dei incrementũ, & in futuro verę obediẽtię coronã à iuſto iudice Deo indubiè nos ſperamꝰ recepturos.

Carnali corporis voluptate, obſeruantia vitæ Regularis amittitur.

Ieremia 35.

Abſtinentia carnium aſſatarum in VVindeſem.

Porro fratres noſtri prædeceſſores in magna abſtinentia & alimentorum parcitate iuxta morem priſtinum viuere, & pro Chriſti amore omnimodis ſe continere tentabant. Verùm ſucceſſu temporis certâ edocti experientiâ, Ordinis rigorem, indefeſſumq; laborem in ipſius chori con-

tinua frequentatione horarum canonicarum quotidianâ modulatione, internorum ſuorum deuota exercitatione, laborum externorum frequenti fatigatione, regularium ieiuniorum obſeruatione, laborem Patrum pręfatorum plurimùm excedere conſiderantes, tantam abſtinentiam & ſobrietatem, ſaluis ſubſtantiis & viribus ſuis corporalibus & ſpiritualibus, ſuſtinere ſe non poſſe, apertiſſimè cognouerunt.

Immoderata abſtinentia nocet.
Bertholdus ten Haue ſubdiaconus.

Duo enim fratres in VV*indeſem*, propter huiuſmodi rigidam abſtinentiam, & occultam alimentorum ſibi neceſſariorum ſubtractionem, cerebrum & naturalia conturbantes, rationis facti ſunt impotentes. Quorum primus frater *Bertholdus*, cuius ęrat fundus in VV*indeſem*, ad ſubdiaconatus Ordinem promotus, de rebus diuinis ingenii ſui capacitatem excedentibus frequenter meditari, & acutè ſolitus erat diſputare, *el* & *Heloy*, aliaque perplura inuſitata Dei vocabula, corde & voce ſimul ſæpè reuoluens. Vnde tandem mente captus, vt ſemifatuus inceſſit & ne alios eum non agnoſcentes verbis ſuis plurimis ſcandalizaret, commodo ſatis pulchro incluſus ſolus habitauit, in publicum niſi infra fratrum refectionem communiter non emiſſus, & tunc illos redarguens, qui aliquod viuens animal occidere præſumpſiſſent. Alter fuit frater *Nicolaus de Sconouia, M. Pariſienſis* ibidem olim legens in cathedra, ſtatura puſillus, optimis moribus adornatus, tandem ad Ordinem ſuſceptus, & presbyter effectus diuina Chriſti myſteria deuotiſſimè celebrauit. In longa autem Prioris abſentia, ad menſam in refectorio ſedens, amore ſingularis abſtinentiæ, parum valde comedere

Nicolaus de Sconouia.

con-

Digitized by Google

conſueuit, & ne ab aliquo palam inde notaretur, circa panum & pomorum periſomata, manibus ſe occupauit, vt à Suppriore fratre *Arnoldo* Kalker, & aliis ſenioribus non multum aduertentibus, faciliter non poſſet deprehendi, donec irrecuperabilem capitis debilitatem, mente alienatus, rationeque priuatus incurreret. Permulta itaque annorum curricula vſque ad mortem in tali permanens fatuitate, nemini oneroſus & omnibus gratioſus in cella ſua dormitorii, die ac nocte, vt turtur, requieuit, nihil vnqnam deinceps orauit vel legit, ſed cum lectore menſę prandio facto, modicis cibariis coactus aſſumptis, in cellam ſuam iterum ſe recepit.

Arnoldus Kalker Supprior in VVindeſem.

Perpendentes igitur Patres noſtri & ſeniores, huiuſmodi rigidam abſtinentiam pro animarum non eſſe ſalute, nec corporum ſanitate, ſed in perſonarum & Ordinis noſtri perpetuam vergere deſtructionem, volentes tali grandi periculo remedio occurrere oportuno, plenam dederunt licentiam omnibus fratribus & familiaribus ſuis bene comedendi, & de cibariis quæ dantur in communi quantum poterant ſine ſcrupulo & cum bona conſcientia liberè aſſumendi, immò etiam ſi noluerunt, natura ne deficiat, ad ſumendum compellendi iuxta illud regulæ, etiamſi noluerit, iubente præpoſito, faciat, quod faciendum eſt pro ſalute.

Vnde & mos apud nos inoleuit, vt cùm clericus quis ad religionem ſe ſuſcipi deprecatur, tria primum puncta ab ipſo interrogentur, videlicet, an benè poſſet comedere, an poſſit benè dormire, & an velit libenter obedire, quoniam in iſtis tribus punctis fundamentum perſeuerantiæ in

Fundamentum perſeuerantiæ in Religione conſiſtit.

in religione conſiſtit, & cùm ex promiſſis vnum defuerit, ad religionem aptus & idoneus non erit.

CAPVT VI.

De humili & ſimplici habitu tam fratrum quàm laicorum in Windeſem *vſque in præſentem diem.*

HAbitus fratrum noſtrorum in *VVindeſem* ſemper ſimplex fuit & humilis, in nullo penitus ab habitu clericorum deuotarum congregationum diſcrepans aut diſſimilis; nam ante religionis ingreſſum omnes fratres noſtri tam presbyteri, quàm clerici & laici talem per omnia habitum deferebant, qualem *M. Gerardum Magnum*, Dominum *Florentium*, & omnes fratres congregationum modernæ deuotionis ab initio portare conſpexerant. Omnes enim fratres noſtri per annos plurimos à principio monaſterii ab eiſdem patribus conſilii & inſtituti, aliquamdiu in tali habitu in congregatione cum ipſis perſtiterunt, antequam in *VVindeſem* pro religione aſſumenda per Dominum *Florentium* tranſmiſſi fuerunt. Vbi mundi contemptum, propriæ voluntatis abdicationem, & carnis mortificationem per viuida patrum illorum exempla iam tunc didicerant, & ſanctæ ſimplicitatis, humilitatis, deuotionis & charitatis in omnibus motibus, moribus, veſtibus & geſtibus affectum feruidum iam plenè conceperant, ac conſcientiæ ſuę fructum ſuauiſſimum aliquatenus

M. Gerardus Magnus. D. Florentius.

nus prægustauerant, quem in ſuos poſteros benignè deriuare,&altiùs radicare,ſumma diligentia ſatagebant.

Quamuis autem quidam ex ipſis habitum Canonicorum Regularium iuxta Ordinis exigentiam iam induerant, nullam tamen in plicis ſeu rugis capparum, tunicarum,ſubtilium,vel ſuperpelliciorum curioſitatem retinere voluerunt, ſed omnia ſua indumenta non de ſubtili aut pretioſo panno,ſed de mediocri & groſſo fieri mandauerunt, vt humilitatem, ſimplicitatem & mundi contemptum ipſo aſpectu ſuo prętferrent aliis in exemplum, prout nobis poſteris ſuis hoc ipſum in ſcriptis reliquerunt.

Habitus modeſtia.

Vidimus enim ſeniores noſtros cum iunioribus frequenter cappas, tunicas,ſubtilia & ſuperpellicia deferre rupta,petiata & reſarcita, longoque vſu & vetuſtate ſua valde detrita, peneque conſumpta, ita vt ſingulorum fila de facili poterant munerari. Calceamenta eorum & ſotularia vidimus infrà & ſuprà & à lateribus hinc inde in locis plurimis ſubunculata; raò enim aliquis erat qui veſtimenta non haberet notabiliter petiata,exceptis indumētis quibus in maioribus feſtiuitatibus vtebantur, quatenus ſolemnitatem mentium ſuarum, quam Deo tunc præcipuè interius exhibere deberēt,exterior ornatus corporum & eccleſiarū ad oculum demonſtraret,figuriſq; adumbrata vtcumq; repræſentaret. Sartores etiam & ſutores noſtri in Ordine cōuerſi, *M. Gerardi Magni* & *D. Florentÿ* quondam diſcipuli noua fratrum conuerſorū, clericorum & laicorū veſtimenta & calceamenta,poſtquā vel modicū fuiſſent attrita, eiſdem fratribus de induſtria ſine

petiis & ſubunculis minimè reddiderunt, vt omnes in primo feruore, mundi contemptu & deuotione rebus ipſis vt deſpecti à mundo, & à ſeipſis perpetuò remanerēt. Petiati ergo & ſubunculati fratres noſtri quotidie incedebant, etiam coram hoſpitibus, agnatis & amicis, quamuis magni & prædiuites, ſeu de magnis & diuitibus in ſæculo extitiſſent, quia non de veſtimentorum vilitate coram quibuſcumque erubeſcere & confundi ſe putabant, quæ corporum ſunt indumenta periturorum, cum ipſis & cunctis viſibilibus pariter tranſitura, ſed magis ſeipſos, & omnes ſe aſpicientes ad verum omnium rerum viſibilium contemptum per huiuſmodi habitus ſimplicitatem inducere geſtiebant, vnde non ſibi in ſcandalum, ſed in gloriam & honorem maximumque decorem huiuſmodi abiecta deferebant veſtimenta, ſcientes pro certo aurea & pretioſiſſima cœleſtis gloriæ indumenta inter Angelos & omnes ſanctos perinde in æuum ſe ſuſcepturos, quando non ab hominibus ſed vnicuique laus erit à Deo.

Licet autem in præſenti vita inter habitum fratrum, canonicorum, cōuerſorum & laicorum certa ſit diſtinctio, in cœlo tamen non ipſius habitus ſed meritorum excellentia præualebit, & qui eiuſdem meriti fuerint, ibidem per diſtinctum habitum non ſegregabuntur, immo plures laici & fratres conuerſi magnis virtutum meritis, & calore charitatis multos Ordinis noſtri presbyteros negligenter in regno Dei præcedent. Habitus ergo presbyterorum noſtrorum, deuotorum clericorum & laicorum à principio monaſterii noſtri vſque in præſens fuit, eſt, & per-

Forma & color habitus congregationis deuotorum clericorum.

permanebit griſea tunica de quatuor partibus panni conſuta, presbyteris & clericis vſque ad talos, laicis & donatis vſque ad medium tibiarum protenſa, nigris cingulis præcincta, nigroque caputio cum tympa gracili collo ſuperinduto, toga ſimiliter griſea ſemirotunda in dextera aperta ad longitudinem tunicarum prout Patres & clerici cōgregationum deuotarum deferunt in præſenti.

Cùm autem presbyteri, clerici noſtri, vel laici ab huiuſmodi forma ſimplici veſtium ſuarum ecedere tentauerunt, tunc ipſi continuò ad abitum ſecularem anhelantes declinabunt, ac er inſtinctum dæmonum animum ſecularem, nundo complacentem, Deo diſplicentem, pater induere minimè tardabunt. Sic non itur d aſtra, ſed per latam viam ſæculi itur in erditionem, & ita à Deo pedetentim recceit cor eorum, nimirum diabolo cum ſuis itiis & malis vniuerſis illud continuò, tanuam in regnum ſuum proprium, ſubintroeunt. Ecce quomodo veram animæ ſuæ vitam nittunt, mundo viuere cupientes, hominius placentes, fonteſque aquarum viuentium ominum relinquentes, & ſic à cordo mori, æternam gehennæ mortem perpetuò inrrentes.

Capvt VII.

De feruido labore fratrum de Windeſem.

AB initio monaſterii fratres noſtri in *VVindeſem* primitiui, & nos ipſorum ſucceſſores, vnàcum cōuerſis & laicis noſtris deuotis, permaximos & infinitos fecimus labores, ſuſtinuimus ſudores & dolores, paſsi ſumus laſsitudines & fatigationes, prout cūctis, corpus & molem ſtructuræ ędificiorum omnium & murorum eius ad oculum intuentibus, apertiſsimè datur agnoſcere.

Neque enim per laicorum, familiarium & mercenariorum duntaxat laborem, ſine fratrum cōuentualium operoſo & manuali adiutorio hæc omnia ad ſuam completam perfectionem poterant conſummari, & in pecuniis neceſſariis cōparandis, ac mercenariis remunerandis non paruum ſæpè paſsi ſunt defectum. Fratres ergo chorales nullo ſuo labori, quantumcumque humili & deſpecto, etiam aliquando vires ſuas ſupergredienti, vnquam ſe ſubtrahentes, ſicut cæteris in donis gratię, ordine & dignitate, ita etiam in opere & feruore conabantur anteire. Tanto denique affectu monaſterii noſtri prouectum ſedulò ſitiebant, vt ſingulis feriatis diebus externis operibus manuum ſuarum viriliter inſiſtentes, celebribus diebus, & noctibus etiam feriatis certas horas ſomno ſuo ſurripientes, ſacris libris conſcribendis ſummâ indigentiâ inuigi-

Feruidus labor fratrum in VVindeſem.

uigilarent, nunquam tempus vacuum ab opere ſancto Dei abire permittentes. Plura enim manualia & ſatis artificioſa opera clericis inuſitata, ob celeriorem operis progreſsionem ſumptuſque parcendos per ſe arripuerunt. Primus enim Pater & rector in *VVindeſem* frater *Henricus de Huxaria* lapides pro ianuis & feneſtris includendis complanare didicit & formare, eoſque ad debitam regulam perfectè conquadrare. Sic & ligna & aſſeres, cæteraque ſimilia ad varium vſum fratrum multum perutilia aſciâ, dolabro, & ſecuri vſque in finem vitæ ſuæ non deſtitit carpen-:are, dolare, & leuigare tanto aliquan-lo conamine & labore, vt ſudoris ſui gut-as ex omni parte corporis cerneremus diſtil-are.

Architectonicæ operam dat quoque Henricus de Huxaria.

Vidimus & alios fratres domus noſtræ pro-ſſos tres, quatuor, quinque, ſex de expe-itioribus & melius valentibus trullas cœmen-trii manibus gerentes, muros domorum & ionaſterii lapidibus & cœmento pariter com-onentes, & eos ad chordæ regulam in al-m producentes, alios autem fratres cal-m cum arenula aqua permiſcentes, cœmen-m exinde magnis cum laboribus debitè nficientes, alios lapides & cœmentum hu-ris ſuis & manibus alacriter comportan-, alios itidem fratres diuerſis laboribus ipſis ędificiis celeriter perficiendis fide-imè inſiſtentes, debiliores autem fra-s viribus deficientes humilitate aliis ſe uiparantes, baiulariis, videlicet lapides

Mechanicam artem exercent fratres in Monaſterii VVindeſemenſis ædificatione.

imponentes, portariis hinc inde ſportulas adimplentes, ſeu haſtulas ſub carpentariis colligentes. Hæc omnia, & plura his ſimilia vidimus, quoniam in his omnibus cooperatores fuimus, & per ſingula penè tranſiuimus.

Cunctis ergo fratribus ſtudioſiſſimè laborantibus, & pro perpetua ſua ſalute ſedulò negotiãtibus, nemini dabatur otium, & tempus pretioſiſſimum ſine fructu legitimo pertranſire vacuũ, niſi duntaxat ſenibus, & nimium debilibus, feriatis laboribus, intentis orationibus ob mentium ſuarum quietationibus inde repauſandis. Tanto denique animi ſui feruore ſanctis huiuſmodi inſiſtebãt laboribus, vt quidam eorum, diurno labore ſtrenuè peracto, feſſa membra nocturnæ quieti & ſopori lecto componentes, manè præ laſſitudine præteritæ diei vix membra ſua poſſent erigere, & abſque notabili dolore ad operandum iterum commouere, quæ tamen per ſequentem laborem calefacta, vires ſuas deperditas paulatim receperunt.

Ruſticanis operibus hilariter inſiſtunt.

Vidimus & alios fratres noſtros chorales humilibus ſępiſſimè & ruſticanis operibus, neceſſitatis ſeu exercitii cauſa à maioribus noſtris eis deputatis, hilariter & iucundiſſimè inſiſtentes, quoſdam eorum in coquina, ollas, ſcutellas, cacabos & patellas diligentiſſimè lauantes; alios in lotorio immunda fratrum veſtimenta per manuum ſuarum laborem alacriter purgantes; alios in piſtrino panibus pinſendis, & in braxatorio potibus braxandis longo tempore deſeruientes; omnes autem vtcumque valentes fenis & bladis tempore meſſis tempeſtiuè colligendis, ſuſcipiendis & conuehendis in agris & machalibus,

Digitized by Google

is, agriculturæque noſtræ domibus prom-
iſsimè ſuccurrentes, & fidelisſimè collabo-
ntes.

Quamuis autem fratres noſtri pro monaſte-
noſtri noua conſtructione, & ſingulorum
dificiorum perfecta conſummatione pluribus
ternis ruſticanis laboribus neceſſe haberent
equenter inſudare, cellæ tamen excubias, cor-
ſque & ſenſuum ſuorum cuſtodias diligentiſ-
nè conſeruabant, & cum vnquam poterant,
rtiuas ſibi horas pro diuinis libris in cõmuni
nſcribendis, ſollicitè captabant, & finitis ma-
tinis, quas pro primo legere conſueuerant, in-
gram ad id horam deputatam habebant. Per
iuſmodi enim fratrum noſtrorum diligentem
ipturarum laborem, ſollicitamque laborum
rrectionem monaſterium noſtrum in VV*in-
em* copioſam librorum bene emendatorum
nc habet multitudinem, vt eccleſiam Dei per
nc noſtrum *Horizontem* huiuſmodi ſanctorum
torum voluminibus, hinc inde vt aſſolent
nmunicatis, & ſuis ſanctis exemplis & con-
ſationibus longè amplius ædificare, & ad me-
a credantur prouocare, quàm ſi publicis ſer-
nibus declamatione in eccleſiis populo prę-
rent.

CAP.

CAPVT VIII.

De deuotis exercitiis tempore laboris fratrum in Windeſem.

QVamuis fratres noſtri in *VVindeſem* faciem mentis ſuæ puriſſimam, & ſemetipſos mundos & immaculatos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus in luce claritatis æternæ, in effectiua cognitione, & ęternæ veritatis amore ſingulis horis & momentis per cotidiana internorum ſuorum exercitia Deo creatori ſuo offerre, ac præſentare conarentur, magnam diuinorum cariſmatum abundantiam ac mellifluam cœleſtium gratiarum influentiam ſecretis ſuis contemplationibus frequentius prægustando; externis tamen laboribus occupati ſemetipſos minimè neglixerũt. Erant enim, ſicut *Aod* quondam ille dux Iſrael, ambidextri, vtraque manu pro dextra vtentes, exteriora manibus & interiora mentibus induſtriè complectentes; manuali opere hominibus, mentali Deo conſpicabiles. Nam ante laborem tanquam inter dæmonum tentationes ituri per mentium ſuarum innouationem propoſitum bonum & orationem ſe armare; & ſtatim poſt labores de minus bene actis veniam, pro bonis gratiam deprecari conſueuerunt, omnia bona facta ſua foris & in conuentu Deo, cui omnia nuda ſunt & aperta, cum debita gratiarum actione præſentantes. Cùm autem alicui externo operi minus graui nec multum diſtractiuo pariter fuiſſent deputati, tunc Cantica Dauidica, Septem Pſal-

Contemplatio.

Labor.
Iudicum. 3.

Digitized by Google

almos, aut Vigilias, quindecim Gradus & ſi-
ilia inter operãdum pariter pſallendo college-
int. Cumque ab huiuſmodi ſacris ceſſarent le-
ionibus, ſilentium ad tempus de bona eorum
luntate etiam in labore interdum ſeruantes,
uota exercitia & diuina ſacræ ſcripturæ myſte-
dulciter ruminando, deuotioni propriæ ſatiſ-
ere curauerunt. Aliquando tamen cauſa re-
ationis, mutuę informationis, & fraternæ
ectionis de diuinis ſcripturis, refectorii ac
dii lectionibus etiam in labore pariter confer-
minimè neglixerunt. Sic itaque intus & ex-
, in choro & in foro, in cella & in labore ſin-
li fratres noſtri animę ſuę ſalutem, ſpiritualem-
e profectum vbique agere conſueuerunt. Fra-
s verò nouitii & in Ordine minores, in tali
nmuni labore, ſeu etiam in pomerio recrea-
nis cauſâ in omnium fratrum ſpatiamento il-
ſenioribus ſe iunxerunt, qui magis illuminati
videbantur, qui gratiam habebant conferen-
& aliis ſua deuotionalia communicandi, à
bus ſuas tentationes, earumque remedia
irtutum exercitia, cæleſtiſque Patriæ arden-
deſideria viuæ vocis eorum incendio ad imi-
lum haurirent. Ita fiebat vt in ſuis exercitiis
rioribus, in Dei cognitione & amore, in vno
ecreationis die plus proficerẽt, quàm in octo
us aliis lectiones chori & refectorii commu-
audiendo.
: prætereà, ni fallor, in cæteris monaſteriis nõ
interiorũ ſuorũ ignari, Dei ſui, boni propoſi
onſciẽtię ſuę obliti, qui in publicũ venientes
de deuotis exercitiis & animæ ſuæ profectu
irendo aliis ſe aſſociant, ſed ſtatim ad inania
huius

Exercitia varia tempore laboris.

Communicatio Nouitiorum cum ſenioribus in exercitiis ſpiritualibus.

Spiritualium exercitiorum congreſſus & fructus.

huius ſęculi negotia, temporalium principum acta, patriæ & ciuitatum regimina, perſonarum qualitates, ſæcularium rumores, bellaque terrarum ſollicitè indaganda totos ſe conuertũnt, magnos in oculis hominum & prudentes ſe arbitrantes, ſi de huiuſmodi in maligno poſito ſtatu & curſu fortunato, hominumque perpetuò damnandorum actis ſæcularibus quicquid ſcire, ſapere, ſeu poſſe referre ab aliis credantur, ac per hoc ſe eſſe ſapientes ab aliis æſtimentur. Quę tamen ſcientia & horum falerata narratio nihil omnino proderit, niſi quod in conſcientiis, vbi aurum, argentum & lapides pretioſos per ſanctarum virtutum merita recondere debuiſſent, ibi lignum, fœnum, ſtipulam, ne dicam ſiliquas porcorum, plumbi talentum & puluerem terrenum interiores oculos excæcantem, vt à corde mortui ſibi coaceruare conantur. Iſti quales ſunt in ore, tales ſunt in corde: quales in foro, tales in choro: corpore à mundo ſequeſtrati, corde variis tentationibus & mundo pleni; & ſicut canes rabidi ad carnes, ſic iſti ad corporum & cordium ſuorum noxias delectationes quotidie diſcurrunt, corpore in deſerto pœnitentiæ ad terram promiſſionis dirigente; ſed corde ſunt in Ægypto ſuper ollas carnium deſideriorum ſecularium reſidentes, ventremque cordis ſui inde ſatiare cupientes, nemo tamen illis dabat, miſeri vtrobique, cùm & in præſenti bonæ conſcientiæ ſuauitate, & in futuro æternâ felicitate meritò ſint priuandi.

Nouarum rerum inquiſitio & narratio eſt multorum in monaſteriis perditio.

Nouarum relatores qui qualeſue ſint.

Fratres ergo noſtri omnes qui in via regularis vitæ in *VVindeſem* nos præceſſerunt, hanc laborum practicam manualem omnino eis incon-

onſuetam, regni tamen cæleſtis lucrifacti-
n, & hanc deuotam meditationum ſancta-
n, exercitiorumque bonorum in opere vigi-
tiam, non in vniuerſalibus ſeu ſtudiis particu-
bus antè didicerunt, ſed in humili ſchola
riſti, veræ obedientię, & ſingularis patien-
cum feruida humilium operum adimpletio-
. Ægyptiorum abominationes Domino Deo
deuoto corde non ſæculo offerendo, & diui-
verba ſcripturæ frequentibus audita non
ı memorię commendando, quam in opera
tendo.

Capvt IX.

charitate Patrum in Windeſem *ad om-
nes deuotos hoſpites & clericos cauſa ex-
empli boni & cohabitationis ad ſe venien-
tes : & de laude & bona conuerſatione eo-
rum.*

Vm fama ſanctæ conuerſationis fratrum in
VVindeſem primitiuorum per ora cūctorum
erra noſtra fructuoſe reſperſa vbique percre-
let, ac celebre nomen regularis obſeruan-
& optimæ reformationis eorum in notitiam
imorum deueniſſet, volens Dominus iam re-
oſtendere quæ ante ſæcula ab æterno per
es noſtros de *VVindeſem* fieri diſpoſuerat,
alem videlicet hunc mundum ab errore vię
ad veram delictorum ſuorum cognitionem
enitentiam reuocare, & ad agnitionem ſui
inis iterum peruenire; dictum noſtrum in
VVinde-

VVindeſem monaſterium ſuper eccleſię ſuæ candelabrum dignatus eſt collocare, vt luceret omnibus in domo Dei, in eccleſia militanti conſiſtentibus, & pro regno Dei viriliter decertantibus. *Non enim abſcondi poteſt ciuitas ſuper montem poſita*, hoc eſt, in Chriſto & in veris virtutibus eius fundata, ſed mons ipſe in alto conſtitutus cunctis eam facit manifeſtam. Suaue igitur olentium virtutum fragantia monaſterii in *VVindeſem* plures vtriuſque ſexus & ætatis homines à tempore venerabilis Patris *Ioannis Hueſden* Prioris, vſque in pręſentem diem vehementer attraxit, qui causâ ſalutis animarum ſuarum conſilium, auxilium & fauorem quæſituri exemplaque viſuri in multo ſæpè numero illuc confluxerunt.

Matth. 5. v. 14.

Hic autem Prior deuotus ab initio Prioratus ſui vſque in finem vitę ſuæ, cunctique fratres ſui temporis omnes bonæ voluntatis homines, causâ pietatis ad ſe declinantes benignè ſuſcipere, humanè pertractare, & gratioſè cum eis conuerſari, conferreque conſueuerunt, iuxta ſingulorum conditionem, ſtatum & qualitatem. Et ſicut hoſpitũ corpora corporalibus alimentis, ita etiam illorum corda ſpiritualibus epulis quotidiè reficere curauerunt. Omnibus igitur & ſingulis causâ Dei ad ſe venientibus hoſpitio charitatiuè ſuſceptis, vitæ & victus neceſſaria iuxta monaſterii facultatem libentiſſimè miniſtrabant, quoniam ipſi perſæpè ſatis modicis contenti patienter aliquam ſuſtinuerunt penuriam, vt eis, qui propter amorem Dei & animæ ſuæ ſalûtem ſe viſitaſſent, aliquantò meliùs prouideretur.

Charitas VVindeſemenſium erga hoſpites & aduenas.

Nemi-

Neminem itaque inconſolatum, niſi prius mente & corpore recreatum vnquam abire permiſerunt, ſed Deum timentes, & ipſi ſeruire cupientes, lætâ facie, paterno affectu, obuiiſque manibus cum gaudio ſuſceperunt quos non tam accuratâ delicatorum ciborum præparatione, quàm bonæ voluntatis ſuæ charitatiua conuerſatione iucundè reficere conſueuerunt.

Vnde factum eſt, vt plurimi ſcholares viri docti & indocti ſanctam eorum vitam & Angelicam conuerſationem, morum diſciplinam & verborum charitatiuam ædificationem aſpicientes, vnitatem & concordiam admirantes, beatos ſe exiſtimarent ſi eorum ſancto collegio, feliciique conſortio vniri & coniungi mererentur. Ex tunc igitur & deinceps eccleſia noſtra *VVindeſemenſis* a Spiritu ſancto diuinitus congregata, rore cæleſti gratiæ Dei vberius fœcundata, electos Dei filios, ęterni regis vernaculos, viros vtique multa virtutum perfectione decoratos, Ordinis noſtri, ecclesiæ Dei columnas, immobileſque baſes mox futuros ad ſe recipere, eoſque in ſuo gremio religioſè cœpit ęducare, & ad perfectum vſque perducere.

Et hæc eſt gloria monaſterii in *VVindeſem* & eius non parua dignitatis prętogatiua, quod de quadraginta fratribus per Priorem *Ioannem de* *Heſden*, & ante eum inueſtitis, media pars fratrum, videlicet viginti fratres in diuerſis monaſteriis Ordinis noſtri & Capituli Generalis priores ſeu rectores canonicè ſunt electi, & ritè confirmati.

Vidimus tunc in *VVindeſem* ſeniores noſtros ... maturatos benè barbatos, ſtatura proce-

ros,caluitie venuſtos,canitie venerandos,magna cum grauitate incedentes, ingenti morum probitate decoratos, in conuentu & in choro clauſis oculis,aut ante ſe retentis,non puerili ſeu muliebri voce,ſed viriliter Dauidica cantica reboantes, iuueneſque noſtros,in communi vitæ ſanctitate, ſenſuum cuſtodia & morum diſciplina more ſenum ſe ſeruātes. Omnes igitur vtriuſque ſexus deuoti,& Patres Capituli noſtri Generalis in *VVindeſem* ſedulò confluentes,&fratrum noſtrorum officialium, ſeniorum & iuniorum morum grauitatem, occurſus honeſtatem, ſalutationis charitatem, apparatus venerabilitatem, & Ordinis diſciplinā diligentius intuentes,animis ſuis in maturitatem tranſmutatis mente conſurgere, & Domino Deo,ipſiſq; patribus noſtris & loco cōdignam authoritatem &reuerentiā non immeritò permoti ſunt exhibere.Tantâ deniq; diuinorū cariſmatū abundantiâ monaſterium noſtrū tunc exuberare cernebatur,vt nō immeritò Paradiſus delitiarum Dei eſſe crederetur, & in eo commanentes Angelico nomine appellari dignè mererentur propter Angelicæ conuerſationis celſitatem,animi puritatem & deuotionis ſanctitatem.

Lcus,vita & conuerſatio Patrum in VVindeſem.

Nouos enim *Palaſtinæ* deuotionis, *Thebaidæ* obedientiæ,*Ægyptiacique* feruoris monachos,nouoſque *Anthoniorum, Machariorumque* diſcipulos interioris eremi, cum videlicet ſui veri cultores ac ſuaue olētium germinum flores in terram noſtrā è cœlo miſſos arbitrati ſumus apparuiſſe, ex quorum proſapia ſpirituali, multa millia animarum Deo complacentium vidimus exurrexiſſe. Qui ſanctam,celibemque patrum & præcedentium conuerſationem,& vitam in terris imitari,

ıti,eorum cum gaudio præmiorũ haud dubium ı cœlis conſortes eſſe meruerunt, vt ſicut ſocii ıere tribulationũ & gratiarum ipſorum in præ-nti,ita etiam ſodales gloriæ & conſolationis eo-ım permaneant in futuro.

His paucis de laude, vita & conuerſatione ıtrũm noſtrorum primitiuorum in generali ęmiſſis, nunc ad ſingulares, illuſtrioreſque Pa-es monaſterii noſtri in VV*indeſem* ſtilum ver-mus, & primum de Patre noſtro deuoto ıtre *Ioanne de* Hueſden, cuius primam morum animi inſtitutionem,exercitiaque deuota enu-eatiùs explicabimus, vt ex ipſis aliorum etiam ıtrum noſtrorum ab ipſo inſtitutorum animi ımpoſitionem, ac morum diſciplinam prudens ɔſſit lector aduertere.

CAPVT X.

e conuerſatione, bonis moribus, inueſti-tione,& profeſſione fratris Ioannis Vos de Hueſden *ſecundi Prioris in* Windeſem.

M*Agnus Dominus & laudabilis valde cuius ſapien-tia non eſt numerus*, perelectum ſibi famu-n fratrem *Ioannem* V*os de* Hue*ſden* in hoc ipſum æuo præordinauit vt vir eſſet vitæ laudabilis, ſanctæ conuerſationis, monaſterii & Capituli ſtri de VV*indeſem* ſingularis gloria,futurus pri-ıs Capituli Generalis inchoator, fideliſſimuſ-e promotor, omnium deuotorum modernæ ıotionis Pater & in neceſſitate patronus,lumẽ antium,ſanctitatis ſpeculum & patriæ decus. Hic de Hu*eſden* oriundus in diebus iuuentu-ſuæ liberalibus artibus imbuendus venit

Pſ.144.149.

Ioannes Vos de Hueſden.

Dauentriam, vbi tunc particularium gymnaſia ſtudiorum permaximè floruerunt. Cumque in huiuſmodi ſcientiis præſertim grammaticalibus operam impenderet diligentem, paulatim ad Domini *Florentij*, fratrumque ſuorum presbyterorum & clericorum peruenit notitiam, quos frequenter viſitans, æternæ ſalutis monita & veræ ſanctitatis exempla pio recondens pectore, in animi ſui tranquillitatem & in proprios mores contraxit. Cùm autem ad ſcribendum bonam manum haberet, *M. Gerardo Magno*, vt ei ſcriberet pro pretio, ipſum præſentauerunt. Qui eum intuitus & bonæ indolis iuuenem, verecundum, humilem, ſimplicem, induſtrium, moribus bene compoſitum, acutè conſpiceret, ſpiritu ait prophetico: *Iſte eſt homo quem quæſiui, cum quo bona in terra operabor.* Spiritu enim ſancto id reuelante cognouit, eum Patrem & patronum futurum omnium deuotorum & canonicorum regularium reformandorum, idcirco ſæpè ad ſuum familiare colloquium ipſum etiam vocauit in bono confortans, & ad religionis ſanctæ ingreſſum ipſum exhortans.

Scholis additur.

Gerardo Magno præſentatur.

Gerardi Magni de Ioanne Vos prophetia.

Poſt cuius felicem ab humanis ad patriam trãſitum, *Ioannes de* Hueſden deuotus clericus ſub obedientia Domini *Florentij* in ſchola patrum primitiuorum cum Domino *Ioanne de Gronda*, Domino *Ioanne Brinkerinck*, Domino *Gerardo de Zutphania*, Domino *Lubberto de Buſche de Zvvollis*, & *Ioanne* Keßel coco, omnium deuotiſſimo, veris virtutum exercitiis & exercitationibus corporalibus in feruore ſpiritus & charitatis viſceribus apprimè imbuendus, conſtanter permanſit. Dominus autem *Florentius* præfatus dictum *Ioannem*

Diſcipulus Florentii.

Digitized by Google

nem clericum de Hueſden bene exercitatum & probatum ad Ordinem Regularium aſpirãtem. tandem miſit in *VVindeſem* cum alio eiuſdem deuotionis & feruoris clerico *Henrico Balueren de prope Dauentriam* exorto. Qui à cunctis in *VVindeſem* tunc fratribus in omni charitate obuiis manibus benignè ſuſcepti, & ad Ordinem probandum admiſſi, tales ſe in bonis moribus & ſancta conuerſatione omnium aſpectibus exhibere ſtuduerunt, vt deuota ſe ſancti ſpiritus organa, religioni valde proficua, futuros eſſe cõprobarent.

Henricus Balueren venit in VVindeſem.

Cumque ſedulas pro habitus ſuſceptione preces à ſingulis in priuato, & à cunctis ſimul in publico humiliter profundere minimè ceſſarent, miſericordiam conſecuti ad ipſorum fraternitatem capitulariter ſunt admiſſi in certo die tũc eis deputato ad habitus ſuſceptionem præparaturi. A ſingulis autem fratribus, & omnibus inhabitantibus orationum ſuffragia flexis genibus deprecantes, vt ad honorem Dei, & animarum ſuarum ſalutem religionis ſanctæ habitum induere mererentur, obnixè flagitabant. Qui mos ab illo die & deinceps in *VVindeſem* continuè inoleuit, vt omnes inueſtiendi, ſeu etiam profitendi, aut ad ſacros Ordines promouendi, ante habitus ſuſceptionem, vel ad Ordines miſſionem fratrum ſingulorum cõuerſorum quoque & laicorum, quos commodè poterunt reperire, orationes deuotas, flexis genibus, exorare, impedimento quocumque non obſtante, feſtinent, videlicet pro perſeuerantia in bono propoſito, pro diuina gratia, & vt illa religionis & Ordinis ſuſceptio ad honorem fiat Dei, & perpetuam ſuam ſalutem.

Mos inueſtiendi, profitendi, aut ad Ordines promouendi in VVindeſem, ab omnibus orationum ſuffragia flexis genibus deprecari.

Anno igitur milleſimo trecenteſimo octuage- 1388.

ſimo octauo, ipſo die beatæ *Mariæ Magdalenæ*, prę-nominati duo clerici *Ioannes Vos de Hueſden*, & *Henricus Balneren* habitum ſanctę religionis, à deuoto Patre fratre *Henrico de Huxaria* primo rectore in *Windeſem* deuotè ſuſceperunt: qui nouitiatus ſui peracto tempore, Patre *Wernero Keynkamp*, primo in *VVindeſem* Priore electo & confirmato, ſolemnem fecere profeſſionem anno natiuitatis fratris *Ioannis Hueſden* viceſimo ſexto. Habitu ergo ſanctæ religionis deuotiſſimè ſuſcepto, dictus frater *Ioannes Hueſden* in alium virum continuò mutatus, ſicut veſtibus externis, ita Spiritu mentis ſuę interius renouatus eſt, & tanquam mundo & ſibi ipſi mortuus, ab omnibus alienis rebus ſe fecit peregrinum, ſoli Deo ſeruire & viuere quęrens. Peccatorum enim remiſſionem, internę ſuauitatis dulcedinem, & gratiam ſanctæ contemplationis, à Deo, in oratione tota mentis deuotione iugiter requirebat, qui exemplo *Iacob Patriarchæ* in intimis ſuis ſolus ſecum didicit habitare.

Suſcipit habitum.

Profitetur in VVindeſem.

Pia eius exercitia.

CAPVT XI.

De deuotis exercitiis fratris Ioannis Hueſden, *in initio religionis.*

QVicumque aliquando ingreſſi fuerint religionem, continuò habent neceſſe ſuper ſuas cogitationes, & etiam affectiones ſollicitè vigilare, & circa deuota exercitia ad mundi contemptum, timorem gehennæ, amorem cœleſtis patriæ, ad Deum cognoſcendum & ex toto

Veri religioſi exercitium.

Digitized by Google

oto diligendum eos inducentia per ſingulos lies exercere, ſpinaſque & tribulos carnalium oluptatum ac ſecularium vanitatum de agro ordis ſui radicitus euellere, & varia florum geera, bonarum virtutum ſeminaria, ſanctarum ogitationum plantaria, affectionum ſuarum in ortunia ſeduliùs in eo congerere, aliàs nunquam poſteà ad verum diuinę ſuauitatis ſaporem lenè deguſtandum poterit peruenire. *Quæ enim n iuuentute non congregaſti*, Sapiens ait, *quomolo habebis in ſenectute?* Et quorum radicem in primis quinque annis vitę ſuę ſpiritualis in corde on plantauerit, aut nunquam aut rarò cunctis liebus vitæ ſuæ poterit adipiſci, nec fructum orum ſuauiſſimum aliquando deguſtare, ſed rit vt homo pictus, ſolo nomine religioſus, abitum, ac tonſuram, ac Ordinis cæremoniaia vt ſaccos aſinus portans, *& vitula Ephraim docta diligere trituram, ſepulchrum foris dealbatum intus nortuum, mortuorum oſsibus plenum*, carnalibus videlicet & ſecularibus deſideriis commaculatum quibus poſtmodum ſine maximis laboribus ion poterit emundari, ſed *labor* ſecundum Virgilium, *vincit omnia improbus*. Eccli.25.v.5. Ozeæ 10.v.11. Matth.23.v.27. Virgilius.

Cùm enim fratres deuotis exercitiis aſſuefacti in bona pace ſunt cum Domino in intimis cordium ſuorum, valde illuminati ſpiritualiterque iubilantes quaſi cœlum ſit eis ſemper apertum, iuxta illud Pſalmiſtæ: *Beatus populus qui ſcit ubilationem, Domine in lumine vultus tui ambulaunt, & in nomine tuo tota die exultabunt*, &c. Tunc iſti à corde mortui, à facie Dei & à lumine claritatis internæ, ac ſapore bonitatis diuinæ, in tenebras interiores cordis Pſ.88.v.16.17.

ſui & corporis ærumnas proiecti, porcorum ſiliquas, carnalium voluptatum, ſeculariumque vanitatum, conſcientia remordente, mendicare conantur, & propter ſpiritus inopiam manducare coguntur, quia cor humanum ſine delectatione nō poteſt eſſe, aut in bono aut in malo oportet ipſum delectari; ſi in malo delectatur, apertis oculis in ignem vadit purgatorii vel gehennæ; ſi delectatur in bono, delectabitur in craſſitudine ſpiritus, & multa deuotione anima eius hîc, & in futuro regnum Dei intra ſe habens, cuius gaudiū verum & æternum nemo ſibi tollere poteſt. Huiuſmodi autem exhortationibus ſanctis *Ioannes Hueſden* Prior factus fratres ſuos informare conſueuit, in quibus ipſe prius ſtrenuè ſe exercuerat, vt ex ſententia & experientia propria doceret, quod didicerat. Quamuis autem cum fratribus deuotis in domo Domini *Florentij*, aliquanto tempore conuerſatus, mores, vitam, & doctrinam eorum vertiſſet in opera, attamen nunc quaſi de nouo emendare ſe & proficere incipiēs, nouum timoris Domini, humilitatis, & ſimplicitatis collocauit in ſe fundamentum. Cuncta enim quę animum ſuum ad veram cordis compunctionem, primum animi ſui feruorem, & perfectum Dei timorem efficacius inducere poterunt, ſedulius cogitabat, videlicet de quatuor nouiſſimis, de morte, de iudicio extremo, de pœnis inferni & de gaudiis regni cæleſtis. Vnde & verbum beati *Gregorij* de peccatore *Criſorio* ad inferos protinus deſcenſuro, corde pauido ſæpe reuoluit, quotidianiſque ſuis exercitiis parua ſcedula inſcriptis inſeruit, dicens: Inducias vel vſque mane. *Cum enim in multis offendimus omnes* & non

Spiritualia rudimenta fratris Ioannis de Hueſden.

ꝛ non ſit homo ſuper terram qui viuat & non
eccet, & ſe oculos amantiſſimi Patris & iudicis
ıi ſæpè offendiſſe conſiderans, qui reddet vni-
ıiique ſecundum opera ſua, & in iudicio dicet
is qui à ſiniſtris erunt: *Ite maledicti in ignem ӕter-
um*, nimirum ſi mortem omnium terribiliſſi-
ıam, vultum iudicis irati, & æternum inferni
ȝnem expaueſcens, petiit cùm tremore, cordis
ompunctione, & lacrymarum effuſione indu-
ias vel vſque mane, à miſericordiſſimo Patre ad
gendam pœnitentiam pro peccatis, ne à laruali-
us ſpiritibus, inferni tortoribus, in ſupplicia æ-
ꝛrna cum eodem *Chriſorio* raperetur. Huiuſmo-
i enim exercitiis, mentem ſuam ad agendam
œnitentiam, ad Ordinis diſciplinam ſtrictiſſimè
ꝛruandam in Dei timore immobilem conſerua-
ant. Igitur à timore emendationem vitæ ſuæ
ıcipiens paulatim, ad ſpem beatitudinis futurę
ı animo ſuo aſcendit, non recedens à timore,
ꝛd in filialem commutans timorem, hoc eſt, in
erfectam Dei dilectionem, vt quàm ſuauis ſit
)ominus, quàm bonus animæ quærenti illum,
ꝛ ſi non ſemper, aliquando tamen inciperet prę-
uſtare.

Matth.25.v.41.

Nouiſſimorũ recordatio.

Quamuis autem dilectus frater noſter emen-
atioris vitæ primordia à Dei timore inchoauerit,
ꝛ ita vſque in finem perſeuerauerit, in his ta-
ıen, quę animum & affectum ſuum in Dei amo-
m & cognitionem citius & melius inducere
otuerunt, & à præſentibus tranſitoriiſque rebus
ɔſtractum in æterna bona peramplius ſubleua-
, deinceps tenacius inhæſit, eaque ſedulius re-
ɔgitauit. Ad quæ citius adipiſcenda, memoriæ-
ıe commendanda melius non poterat perueni-

Initium bonę vitæ à timorè Domini.

Beneficiorum & promiſsionum Dei contemplatio.

re niſi per beneficiorum & promiſſionum Dei frequentem & amoroſam memoriam, in creatione, redemptione, iuſtificatione & glorificatione ſibi conceſſorum & exhibitorum vt ſibi videbatur. Vitam ergo & Paſſionem Chriſti Domini Dei noſtri in corde ſuo iugiter portare, & ſemel eam in hebdomada ex integro in animo ruminare & reuoluere apud ſe deliberauerat, quatenus vera dilectionis eius xenia, ac vulnerati cordis eius amoroſa interſignia, ex ipſis concipere & perfectè prægustare efficaciter mereretur. Pro cuius compendioſa geſtę rei forma menti ſuę facilius imprimenda cuncta ſua quotidiana formauit exercitia iuxta dies & tenorem in libello dicto, *Qui perſeuerauerit autem dilecte frater*, expreſſè ſatis deſcriptos, apteque diſtinctos. In quo tria deuotionis fercula quotidie ſingulis apponuntur, vt ſi vnum non ſapuerit, ſapiat vel ſecundum aut tertium, cum aliis notabilibus exercitiis ſpiritualibus. Quem libellum nobis filiis & fratribus ſuis pro deuotis exercitiis acquirendis plurimum recommendans, eà nobis perſuaſit aſſumenda. Venit itaque apud nos in vſum optimum, vt tam fratres quàm conuerſi, clerici & laici eius vſque hodie exemplum imitantes in dictis exercitiis ſedulò ſe exercent, non paruum deuotionis fructum, & diuinæ dulcedinis ſaporem exinde conſequentes.

Meditatio Paſsionis Christi.

Libellus dictus: Qui perſeuerauit, eſt VVindeſemenſis monaſterii inquilinus.

CAP.

CAPVT. XII.

Quod ad Ordines ſacros promotus humillimè ſe habuit, & ante & poſt eorum ſuſceptionem deuotè ſe exercuit.

DEuotus Dei famulus frater *Ioannes de Hueſden* ſpiritualibus exercitiis quotidie occupatus, & de virtute in virtutem continuè proficiens, vnà cum ſuo collega fratre *Henrico Balueren* feruenti ac deuoto ſecum in via Dei expeditè currenti, & in humilitate & feruore ſpiritus præcurrere feſtinanti, miſſus eſt à venerabili Priore ſuo *VVernero*, & conuentu ſuo altiora conſcendere, & ad ſacros Ordines promoueri. Quo audito, frater humilis & totus verecundus *Ioannes* præfatus, nil tale in ſe ſentiens, vnde ad præcelſam tanti Ordinis dignitatem meritò poſſet accedere, propter Dei creatoris ſui magnitudinem, propriamque paruitatem, eiulans & ſuſpirans ex intimo cordis affectu eorum ſupportationem humilem precabatur, indignum ſe vociferans & omnino inutilem ad gradus eccleſiaſticos, Angelicis etiam humeris meritò formidandos, in ſe recipiendos. Ipſe enim cum fratribus deuotis Domini *Florentij* in ſcala humilitatis enutritus in humili ſtatu vbi nullus honor, ſed magis labor & dolor & afflictio ſpiritus animarum gregatim exerceri ſolent, Deo ſeruire præoptauit. Priore autem ſuo *VVernero* de conſilio conuentus in ſua ſententia permanente, Domino-

Beneficiorum & promiſſionum Dei contemplatio.

re niſi per beneficiorum & promiſſionum Dei frequentem & amoroſam memoriam, in creatione, redemptione, iuſtificatione & glorificatione ſibi conceſſorum & exhibitorum vt ſibi videbatur. Vitam ergo & Paſſionem Chriſti Domini Dei noſtri in corde ſuo iugiter portare, & ſemel eam in hebdomada ex integro in animo ruminare & reuoluere apud ſe deliberauerat, quatenus vera dilectionis eius xenia, ac vulnerati cordis eius amoroſa interſignia, ex ipſis concipere & perfectè prægustare efficaciter mereretur. Pro cuius compendioſa geſtę rei forma menti ſuę faciliùs imprimenda cuncta ſua quotidiana formauit exercitia iuxta dies & tenorem in libello dicto, *Qui perſeuerauerit autem dilecte frater*, expreſſè ſatis deſcriptos, apteque diſtinctos. In quo tria deuotionis fercula quotidie ſingulis apponuntur, vt ſi vnum non ſapuerit, ſapiat vel ſecundum aut tertium, cum aliis notabilibus exercitiis ſpiritualibus. Quem libellum nobis filiis & fratribus ſuis pro deuotis exercitiis acquirendis plurimum recommendans, ea nobis perſuaſit aſſumenda. Venit itaque apud nos in vſum optimum, vt tam fratres quàm conuerſi, clerici & laici eius vſque hodie exemplum imitantes in dictis exercitiis ſedulò ſe exercent, non paruum deuotionis fructum, & diuinæ dulcedinis ſaporem exinde conſequentes.

Meditatio Paſſionis Chriſti.

Libellus dictus : Qui perſeuerauit, eſt VVindeſemenſis monaſterii inquilinus.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT. XII.

Quod ad Ordines ſacros promotus humillimè ſe habuit, & ante & poſt eorum ſuſceptionem deuotè ſe exercuit.

DEuotus Dei famulus frater *Ioannes de Hueſden* ſpiritualibus exercitiis quotidie occupatus, & de virtute in virtutem continuè proficiens, vnà cum ſuo collega fratre *Henrico Balueren* feruenti ac deuoto ſecum in via Dei expeditè currenti, & in humilitate & feruore ſpiritus præcurrere feſtinanti, miſſus eſt à venerabili Priore ſuo *VVernero*, & conuentu ſuo altiora conſcendere, & ad ſacros Ordines promoueri. Quo audito, frater humilis & totus verecundus *Ioannes* præfatus, nil tale in ſe ſentiens, vnde ad præcelſam tanti Ordinis dignitatem meritò poſſet accedere, propter Dei creatoris ſui magnitudinem, propriamque paruitatem, eiulans & ſuſpirans ex intimo cordis affectu eorum ſupportationem humilem precabatur, indignum ſe vociferans & omnino inutilem ad gradus eccleſiaſticos, Angelicis etiam humeris meritò formidandos, in ſe recipiendos. Ipſe enim cum fratribus deuotis Domini *Florentij* in ſcala humilitatis enutritus in humili ſtatu vbi nullus honor, ſed magis labor & dolor & afflictio ſpiritus animarum gregatim exerceri ſolent, Deo ſeruire præoptauit. Priore autem ſuo *VVernero* de conſilio conuentus in ſua ſententia permanente,

Domino-

d by Google

Dominoque *Florentio* id omnino ſuadente, pauper & inops meriti vt ſibi videbatur obedientia cogéte amplius recalcitrare non audebat, ſed accepta in Deo confidentia, diuinæ voluntati & patrum ſuorum ordinationi omnino ſe ſubmittens cum cordis ſui timore & grandi tremore ſuppliciter acquieuit. O Deus quot gemitus & ſuſpiria, ſingultus & lamenta tam humilis & verecundi cordis; quæ mentis compunctio, omniumq; interiorum & exteriorum ſenſuum ſuorum cuſtodia, vt ad Sacerdotii gradum pro modulo ſuo dignè ſuſcipiendum vel aliquatenus ſe præpararet.

Ordinatur Presbyter.

Factus ergo Presbyter frater ſimplex & deuotus, omnem animæ ſuæ profectum in hoc ſciens conſiſtere ſi rem tantam, prout eſt in veritate, dignè ponderaret, & ſeipſum ſanctum ab hoc ſæculo immaculatum de cetero conſeruaret, ne os ſuum & lingua quibus Deum in hoc viuifico ſancti altaris Sacramento frequenter eſſet ſuſcepturus, quicquam loqueretur in quo Deo diſpliceret, ne digiti illi & manus quibus verbum Dei incarnatum quotidie contrectaret, facerent omne malum etiam leuiſſimum, quo oculos amantiſſimi Patris vtcumque poſſet offendere, ne cor ſuum, in quo Deus de cœlo deſcendens, vt ſponſus in ſuo thalamo deberet requieſcere, aliquâ malâ cogitatione, prauâ delectatione, immundâue affectione aliquando commacularetur, ſed vt templum Dei viui veriſſimum mundiſſimè cuſtodiendo, amoroſa Paſſionis Chriſti myſteria deuotiſſimè recolendo, & hæc venerãda Chriſti Sacramenta reuerendiſſimè frequentando, ſuam & omniũ Chriſti fidelium viuorũ & mor-

Boni Sacerdotis exercitium.

mortuorum in Deum ſalutem quotidie ſic efficere & operari mereretur, vt in Dei amorem & cognitionem perfectiorem ipſe quoque creſcendo continuè proficeret. Nouit enim mentem ex frequenti & impræparato huius ſanctiſſimi Sacramenti,& tam præclari luminis acceſſu oculis magis obcæcari, inſenſibilem fieri & obdurari,quodque huiuſmodi cibus bonus ſuauiſſimus iuxta ſumentium diſpoſitionem aliis in vitam & aliis in mortem proficiat ſempiternam. Idcircò deuotus hic *Ioannes* ab omnibus quę mundi ſunt ſe fecit alienum, & ſuper terram peregrinum, ſoli Deo vacare deſiderans, cui primo per religionis ingreſſum, & iam ſecundo per ſacrorum Ordinum ſuſceptionem à Chriſti vicariis fuerat conſecratus. Abſtractus igitur à mundo in intima ſua ſolus intrauit,ibique Chriſto Domino cænaculum grande conſtrauit,habitans ſecum in latitudine cæli & cordis ſui ſolitus deambulare, mentemque à terrenis ſuſpenſam Deo & ſanctis eius in cœlo quotidie præſentem exhibebat, claritate aſpectus interioris & dulcedine affectus diuini ſuper omnes huius mundi delitias valde delectatus; vidit enim quid ſibi eſſet Deus,quàm bonus & ſuauis ſit animę quęrenti eum in veritate,limpidè prægustauit, & quod in patria ſanctis promittitur à longè conſpiciens, in via ſalutauit.

Religioſa eius domi exercitia

Denique Deo ſoli & ſibi vacans ita fuit internus, vt quando cum cæteris ad conuentualia colloquia vocaretur ſuam etiam in exterioribus negotiis ſententiam prolaturus, communiter reſpondere ſoleret, neſcio; vnde & plerique eum, *Ioannes neſcio* appellare conſueuerunt. Qui licet naturaliter ſagax ingenio, & prudens cerneretur

tur-

Digitized by Google

tur eloquio, pluresque ſapientiâ ſibi innatâ anteiret, exteriora tamen omnia vt continuò tranſitura paruipedens, animo Chriſtum ſolum & ſuum regnum glorioſum in corde ſuo magnificauit, ideoque dixit, neſcio, quia minimè deſuper cogitans Priori & conuentui totum commiſit, reputans eos Spiritu ſancto duce & magiſtro, ſecundum Dei timorem & honorem pro animarum ſuarum ſalute cuncta bene diſpoſituros, vt ipſe de illis ſe intromittere non eſſe neceſſe clariſſimè peruideret. Soli ergo Deo placere deſiderans, hominum frequentias, quantum ſaluâ charitate poterat, declinans, paruus ipſe ſibi & in oculis ſuis inutilis videbatur, cùm tamen in oculis aliorum magnus & bonus appareret ſeruus Dei, & luceret in eo gratia diuina; vnde factum eſt, vt deuoto Patre *VVernero* propter ſcrupulum conſcientiæ ſuæ Prioratum in *VVindeſem* reſignante, ipſe voce omnium vnanimiter & concorditer ibidem in Priorem eligeretur anno ætatis ſuæ viceſimo octauo, anno Domini milleſimo, trecenteſimo nonageſimo primo.

Soli Deo placere deſiderat.

Eligitur in Priorem.

1391.

Qualiter autem iſta electio eius & confirmatio facta ſit, qualemque in officio Prioratus ſe præſtiterit, & quomodo regularis diſciplina ſub eo viguerit, quot fratres conuentuales conuerſos & laicos ad Ordinem, habitationemque perpetuam ſuſceperit, quod chorum, dormitorium & refectorium aliaque plurima monaſterii noſtri ædificia conſtruxerit, murumque lapideum per totum monaſterium in circuitu circumduxerit, quanta hęreditaria, aliaque temporalia bona temporibus ſuis monaſterio noſtro acquiſita ſint,

ſint, & de multis aliis per eum actis & procuratis; ecce omnia in *alio huius libri volumine* luculenter ſatis ſunt digeſta. Ibi enim propter hiſtoriæ congruentiam, & debitam profectus monaſterii noſtri continuationem, iuxta rerum geſtarum Ordinem ordinatè ſunt deſcripta, quò etiam horum diligentem remittimus lectorem, qui ſanctam venerandi Patris huius poſt adeptum Prioratum ſcire deſiderat conuerſationem, de quibus tamen hîc aliqua ad legentium ædificationem proferre tentabimus, & ea quæ corâm poſiti vidimus vel audiuimus, expreſſius elucubrare. *Cap. 18. & ſeq.*

CAPVT XIII.

De virtutibus & bonis moribus eius in Prioratu, & quomodo omnibus forma fuit ædificationis.

PRior factus in *VVindeſem* eandem habitus humilitatem, morum grauitatem, mentis puritatem, animi feruorem, cordis deuotionem, ingenuæ verecundiæ nobilitatem ſicut inter Patres congregationis *Dauentrienſis*, & inter fratres ſuos *VVindeſemenſes* antè ſeruare conſueuerat, fidelitèr cuſtodiuit, & vſque in finem vitæ ſuæ ita humiliter & deuotè ſe cunctis exhibuit, quaſi vnus & minimus inter eos ſemper remanſiſſet, quoniam à primo ſpiritus ſui feruore, quem *M. Gerardi Magni* tempore in domo *D. Florentij* iuuenis imbiberat, nulla aduerſitate pulſatus

Ioannes Vos de Hueſden Prior II. in VVindeſem.

ſtatus aut prælaturæ dignitate ſubleuatus vnquam receſſit; Optima enim & bene compoſita morum & ſermonum eius, phiſionomiæque qualitas, & exterior corporis diſpoſitio de eo annunciabant, ac interioris hominis ſui pulchritudinem, ſanctitatem & puritatem certis indiciis declarabant; vno quippe, eodemque decentiſſimo ac religioſo modo omnibus vbique ſe gerebat, vt nihil prorſus in eo vitioſum foris appareret, quod oculos intuentium meritò poſſet offendere; ita enim in inceſſu, ſtatu, aſpectu, vultu, verbo, habitu, & in omnibus ſuis motibus fuit ædificatiuus, vt totum in eo diſciplinatum inſigne virtutis, & forma perfectionis videretur.

Animi dotes in Ioanne.

Serius erat non auſterus, bene ſciens temporizare, inter amicos & deuotos patres ſocialis, & iucundus; inter ſeculares, & potentes ſuauiter iraturus; inter fratres & familiares pius, & diſciplinatus; in conuentu ſemper præſens, niſi domus aut Capituli noſtri Generalis negotiis hoſpitibúſue præpeditus, nihil negligens & multa pro tempore diſſimulans, in cella ſemper quietus, ſed minimè otioſus. Et quod frequenter mirati ſumus, in eodem inſtanti, alium ſe fratribus, alium ſe deuotis patribus, alium ſe ſæcularibus, & alium ſe potentibus, iuxta ſtatuum congruentiam & conditionem perſonarum, ſingulis ſe exhibebat.

Sicut enim quotidie in virtutibus, ita etiam in experientia omnium rerum magiſtra per ſingulos dies profecit, & ipſe de ſe dicere conſueuit:
" *Ego Prior huius domus tot annis vocatus adhuc quotidie*
" *habeo diſcere, & qualiter cum hominibus conuerſari,*
eoſquo

Digitized by Google

eoſque regere debeam experientiâ edoceri, ad quam patientia ſumme erit neceſſaria, & ipſa experientia plura nos docebit, quæ aliàs ignoramus. Acer erat ingenio, prudens eloquio, conſtans animo, corde humilis, aſpectu verecundus, moribus compoſitus, Deum diligens, animarum ſalutem ſitiens, honorem diuinum cunctis rebus anteponens, & zelo Dei in peccantes cum pietate feruens. Omnia iſta multoque maiora miro modo ſimul in ipſo fuerant habituata; vt miraculum eſſet omnibus, quòd cum tanta animi magnanimitate, & difficilium rerum longanimitate, veram cordis humilitatem & morum verecundiam in ſe pariter inconfuſè ſeruauit. Vidimus multos in ordine noſtro, & alios Patres ſanctos & humiles, vidimus & magnanimos, ſed cùm tanta humilitate & verecundia, tantam animi magnanimitatem, & conſtantiæ in Deo confidentiam in alio nemine vidimus.

Variæ eius virtutes.

Pertinax non fuit in ſenſu ſuo, ſed cum grande aliquid agendum erat vel ædificandum, ipſe cum ceteris fratribus magis expertis, etiam aliquando conuerſis & familiaribus, qui maiorem illarum rerum habebant peritiam primùm in priuato conferre conſueuit, vt, quamuis expertiſſimus, variis tamen auditis rationibus, eligeret ex omnibus quod in conuentu à fratribus prudentiùs proponeretur, quibus tamen non obſtantibus ſinguli fratres liberè reſpondent, quod eis in tali negotio fuerat expedire. Cunctis autem fratribus ſingillatim piè auditis tandem ipſe reſpondit. *Fratres chariſſimi, etiam locutus ſum cùm alijs de his intelligentibus, & omnibus hinc inde debitè ponderatis, ille & ille bonus & aptus videtur modus id*

Nihil non agit de conſilio fratrum.

 quod

quod intendimus melius perficiendi, executionique mandandi. Videturne vobis quod ita ſiet? ſic igitur de nouo ſingulis interrogatis, & rationibus aliquorum in contrarium facientibus rationabiliter benigneque ſolutis, cunctis fratribus in eandem ſententiam conuenientibus, omnia quæ erant vtilia ex corde & ore omnium vnanimiter perfecerunt. Charitatis his tractatibus ſæpe interfuimus, nuſquam percipientes, quod ſuam ipſe ſententiam contra aliorum, melius forſitan ſapientium, iudicium niſus ſit defendere, aut alterius cuiuſcumque fratris conuentualis etiam minoris, licet minus dilecti, vt ab aliquibus fieri ſolet prælatis, ſenſum bonum refutare: ſed quicumque melius aut prudentius aliquid propoſuiſſet, illius ſententiam meritò cenſuit eſſe ſequendam. Cum enim prudens eſſet ipſe, alterius audita prudētia, non in animi commotionem, ſed magis in lætitiam ſoluebatur, eo quod ei ita non auferretur ſed adderetur ſapientia. Omnes fratres ſuos dilexit, & veræ dilectionis indicia opere & ſermone in veritate ſingulis demonſtrauit, odium & amaritudinem in corde contra nullum vnquam retinuit, reprehenſibilia tamen in fratribus, zelo motus diſciplinæ, loco & tempore congruis emendare non omiſit. Cuncti ergo fratres ſui & Patres diuerſarum congregationum ſingulari affectu dilectionis erga eum mouebantur, in eius præſentia plurimum delectari, eiuſq; abſentiam longiorem propter Capituli noſtri, monaſteriorum viſitationes, aliiſue de cauſis moleſtè ferentes.

Correctio fraterna.

Vbicumque enim contigit ipſum aduenire, tam in propriis quàm in aliis monaſteriis, & congrega-

Digitized by Google

gregationibus ſexus vtriuſque, ibi ſemper ipſum vt angelum Dei ſanctum deuotiſſimè ſuſcepe- runt, filialique amore toto ſuo conamine affe- ctuoſiſſimè pertractauerunt, quoniam in eius præſentia ſemper vera virtus, vitæ ſanctitas, fraterna charitas, & regularis diſciplina, tam in ipſo quàm coram eo, moribus, verbis, & geſtibus à cunctis ſunt exhibita: verè cognoſcētes & cor- de percipientes Spiritum Dei ſanctum in tanti hoſpitis præſentia ipſis ſuperueniſſe, de cuius ad- uentu iucundo, ſinguli ſuum ſpiritum in Deo, & in ſeipſo exultare perſenſerunt, eo quòd talis præſentiâ patris honorari meruiſſent. *Suſcipitur ab omnibus vt ſanctus Dei Angelus.*

CAPVT XIV.

De virtutibus & doctrina eius in ſingulari.

QVamuis vir iſte magni fuerit nominis, & ſolemnis monaſterii prælatus, à cunctis religioſis & etiam ſæcularibus huius patriæ de- uotis perſonis plurimum honoratus; non ta- men vt leo fremens ac frendens in domo, ſed vt paruus & modicus in medio fratrum ſuorum conuerſatus, nunquam cum imperio ſed cum omni benignitate & manſuetudine, quòd faciendum erat, iuſinuauit, plenus erat pietate, plenus gratia, & auctoritate coram Deo & homi- nibus; vt quidam de foris veniens, eumque more ſuo humiliter & verecundè incedentem

Digitized by Google

Humilitas eius inter fratres conuerſatio.

" cernens, nobis diceret. *Putabam ego tanti nomi-*
" *nis virum totius Capituli noſtri patrem, tantaq; reue-*
" *rentiæ & authoritatis perſonam, erecto collo, oculorum*
" *ſuperciliјs ſuper pectus ſuum in altum porrectis plurimis*
" *obſequentium vallatum turmis, animosè glorioſeq;*
" *proceſsiſſe, nunc autem aſpicio eum inter fratres, tan-*
" *quam agnum manſuetiſsimum piiſsimè conuerſantem,*
" *ab ipſis tamen & cunctis eum cernentibus, religioſis &*
" *ſecularibus perſonis in maxima reuerentia tentum & re-*
putatum. Tantæ fuit verecundiæ, vt per ambitum transiens, & alicui etiam fratri iuniori obuians, membris ad ſe contractis, oculis in terram defixis, capite inclinato parietem præ verecundia contingendo ſub ſilentio pertranſiret. Cùm autem frater quidam iuuenis inde contriſtatus in minorem fraternæ charitatis exhibitionem id ſibi fieri reputaret, ſuper hoc interrogatus eidem reſpondit: *Frater chariſsime, de multis rebus & mo-*
" *naſterij negotiis habens cogitare, neſcio an vos vel alius*
" *ſitis qui mihi ſic occurrunt.* Attamen poſtmodum habens eum obuium, cùm potuit aduerterere, vultum eidem ſemper ſuum oſteudit lætiorem. Fratres aliquando ſpatiandi gratia in pomerio conſidentes in eius præſentia contulerunt, murum dicẽtes lapideum in certo pomerij loco neceſſariò fore ponendum, ne quis fratrum ſeu laicorum illic poſſet accedere. Quibus reſpondit:
" *Nos ibi murum ponere voluimus obedientiæ,* peroptimè ſciens neminem eorum talem murum transgreſſurum.

Verecundia.

Obedientia murus religioſi.

Sacra monita P. Ioannes de Hueſden Prioris in VVindeſem.

" Dixit laico à monaſterio volenti recedere. *Om-*
" *nibus propter Deum & animarum ſalutem hic introeun-*
" *tibus, & in vera obedientia perſeuerantibus regnum*
" *poſſum promittere.*

Dixit

Dixit fratri tribulato, & ſpiritualiter iterum recreato. *Prius Dominus aperit manum ſuam ſicut buccellas paruum morcellum de ſua nobis præbens dulcedine, ſed cito iterum claudit eam, vt eius deſiderio peramplius inardeſcamus.* Conualeſcens aliquando de infirmitate, & agriculturæ domum ingreſſus ait *Giſberto* laico, molitori noſtro deuotiſſimo. *Quomodo fratres noſtri laici iam ſunt in pace?* qui reſpondit. *Neſcio niſi bene.* Cui ipſe. *Si vnuſquiſque maior & humilior eſſe vellet, tunc bona pax ſemper inter eos bene remaneret.* Noluit etiam vt fratres ſui ſtatim poſt prādium aut circa ignem ad inania verba cito prolaberentur; *quoniam hominis natura ad vanitatem*, ait, *tunc eſt procliuior.* Tecto quoque capite ad correquiſita naturæ eos voluit ire tanquam erubeſcentes, quòd tam nobilis creatura, ſummi Dei imago, illic adire haberet neceſſe.

Dixit iterum. *Fratres nos nimis diu viuimus. In initio conuerſionis noſtræ boni ſumus, parati ad omnia deinde perficere, & in veris virtutibus creſcere laboramus; in fine autem tepeſcere incipimus, nihil mali ſuſtinere, & parum boni agere valentes, commoditati propriæ, & corporis quieti continuè intendentes.* *Initium conuerſionis ferueſcit, finis verò tepeſcit.*

Dixit etiam. *Sancti viri qui ante nos fuerunt multo plura quàm nos fecerunt, parum eſt valdè quod pro regno Dei facimus, ſi tamen in hoc bono perſeuerauerimus, ſalui erimus.* *Perſeuerantia in bono operatur ſalutem.*

Frater quidam iunior in vigiliis defunctorum à ſomnolentia ſua ſe excutere, aliquando etiam per vim non potuit, qui ſemel veſperis & vigiliis finitis Priorem in cellam ſuam ſecutus interrogauit, dicens: *Chariſſime Pater, vidiſtis quod in vigiliis vigilem me tenere omnino iam non potui, debeo ergo*

Pro ſcrupuloſis.

„ *de nouo repetere?* Cui piè reſpōdit. *Frater chariſsime non* „ *faciatis, ſed inde doleatis*: melius eſſe arbitrans quod illam negligentiam per compunctionem & dolorem ſatisfaciendo deleret, quàm plura repetendo, præſertim in *vigilijs & horis Beatæ Virginis*, intricatam nimis & ſcrupuloſam exinde conſcientiã acquireret, quàm multo poſt labore vix poſſet deponere.

Vigiliæ defunctorum Horæ B. Mariæ Virginis.

Quando fratribus in labore vel alibi ſimul exiſtentibus contigit ipſum ſuperuenire, antequam appropinquauit, per tuſſim, quia aſthmaticus erat, aut per alium ſonum ſeu ſtrepitum dedit eis intelligere quòd veniret; vt ſic ad morum compoſitionem, verborum maturitatem, ordinis rigorem & vitæ diſciplinam cõtinuò ſe componerent, vt nihil vanitatis, minoris diſciplinæ aut diſſolutionis in eius pręſentia in ipſis reperiretur: & ita fratres ſemper eum diligere & vbique reuereri hoc modo conſueſcerent.

Dum in curru per viam ſeu per pedes ambularet, variis tempus cõfabulationibus, & inutilibus occupare minimè conſueuit, vt pleriſque moris eſt itinerantibus, ſed aut legebat, aut tacebat, aut contemplationi vacabat; niſi cum aliquãdo cauſa releuationis itineris, aliquid boni aut de rebus neceſſariis cum ſocio ſuo conferret. Vidimus eum cùm fratre *Gerardo Naeltvvic* procuratore ſuo per pedes ambulantem, qui per totam pæne viam, Priore præeunte, ad vnum iactum lapidis ab inuicem ſequeſtrabantur; orationi, lectioni, ſeu contemplationi vacãtes; donec ciuitati, quò ibant, appropinquarent. Hæc vidimus, quia cappam Prioris tunc portauimus, procuratore id renuente, vt etiam ſuam cappam portaremus. Et in curru à magiſtro *Ioanne Cele* rectore ſcholarium in

In itinere aut legit, aut tacet, aut meditatur, aut aliquid boni cum ſocio ſuo confert.

Gerardus Naeltvviic Procurator.

M. Ioannes Cele Rector ſcholarium in Zvvollis.

in Zvvollis Dei magnitudine accenſo interrogatus, quomodo in oratione Dominica nomen Dei Patris ſanctificetur, reſpondit. *Nomen Dei in ſe amplius ſanctificari non poteſt, ſed in nobis ſanctificatur cum per eius gratiam ſancti facti fuerimus.* „ „ „

Habuit etiam in choro hebdomadam, vt fratres cæteri, cum ipſum tangeret ordo. Contigit autem vice quadam quod ipſe ſummam Miſſam tota hebdomada per ſe decantaret, & nihilominus die Dominicâ, & ſecundâ feria ſequentibus, etiam in priuato celebraret. Vnde attoniti valde mirabantur, quod ipſe præter ſolitum ſuum tot diebus continuè celebraret, & cauſa reuerentiæ aliquando, vt aſſolebat, inde ſe non ſubtraheret. Videbatur enim tunc nobis, vt ipſe more ſuo, quòd ad tantæ rei magnitudinem, omnipotentis Dei maieſtatem in altari præſentem homo mortalis, ſuam mortalitatem circumferês, & paruus in terra vermiculus, tam frequenter accedere non deberet, quòd vultui gloriæ Dei ſe tam ſæpe præſentare, verum Dei filium manibus ſuis contrectare, ore ſumere, corde recondere merito trepidaret: qui tamen per humilem aliquãdo, vel ſemel in hebdomada, ab huiuſmodi diuinis myſteriis ſubtractionẽ quaſi mente renouatus, vehementiori quodã deſiderio ad eorũ celebrationem deuotius peragendã ardentius iterũ inflãmaretur.

Humilis eius & vnica in hebdomada à diuinis myſteriis ſubtractio.

Dicebatur de eo quomodo à Deo orationibus impetraſſet, quod in diebus ſuis nullus fratrum in peſtilentia in *VVindeſem* moreretur, quia non habuit libenter quod fratres mutuo ſe viſitarent, vt fieri ſolet, in peſtilentia. Quod ita fieri conſpeximus, quoniam nullus de fratribus vel laicis noſtris cunctis diebus vitæ ſuæ, & poſt

eius obitum iam per annos ſeptuaginta vſque in præſens, per peſtilentiam apertam mortuus eſt in *VVindeſem*. Nam cùm *Zvvollis*, & in omni circa regione peſtilentia grauis in populo graſſaretur, & nouem fratres *Zvvollis* de domo clericorum ſubito inficiens è medio ſubtraheret, qui omnes in *VVindeſem*, vbi ab antiquo habebant ſepulturam, ſunt ſepulti; cùm primi eorum ab aliis poſt tres dies, aut in breui ſecuturis in *VVindeſem* ad ſepeliendum portarentur, nobiſcum in refectorio comederunt & biberunt, in dormitorio & in clauſtro vbique ſunt conuerſati; nullus tunc ex nobis peſtilentia per eos eſt infectus: ita Dei gratia ab omni peſtilentia liberi ſumus cuſtoditi, vnde intus & foris plurimi mirabantur. Quidam hanc gratiam fratribus noſtris à fratre *VVernero primo in VVindeſem* Priore, alij à fratre *Gerardo Naeltvvyc* noſtro procuratore impetratam à Deo dicebant, quorum ſinguli propriæ vitæ ſanctitatem, & fidem in Deum id impetrare à Deo potuiſſe, minimè dubitamus.

Dixit Prior noſter *Ioannes de Hueſden* præ-
" fatus de fratribus noſtris defunctis. *Dominus*
" *grana meliora, vt è tritico columba, ex nobis ele-*
" *git, fratres feruentiores ad ſe, & ad regnum ſuum cæleſte primo vocando*. Raro tunc temporis in *VVindeſem* moriebatur quin alicui reuelaretur, quid ſecum poſt mortem ageretur. Nec vnus ſolus tunc hinc deceſſit, qui poſt ſe in breui non habuerit ſubſequentem.

Variæ apparitiones fratrum in VVindeſem ſuper ſalute ſua.

Ancelmus de Breda.

Viſitauit aliquando pater noſter fratrem *Ancelmum de Breda*, grabato decumbentem, dicens ei, me præſente. *Frater chariſsime, Dominus vobiſcum*

Digitized by Google

biſcum vult agere, ſicut aliȷs fratribus noſtris morituris facere conſueuit, vt purgatorium veſtrum in vita præſenti ſuſtineatis. Poſt cuius mortem audiui Suppriorem noſtrum fratrem *Arnoldum Kalket* dicentem, *maius fuiſſe* ſuum purgatorium, quod tam ardenter mori deſiderauerat. Et dixi intra „ me. O Deus, quàm bene ſibi, qui maius „ non ſentitur habere purgatorium! Quid erit „ de me qui adhuc mori non deſidero, im- „ mo & pertimeſco? Optaui ergo iuueni decem mihi annos vitæ à Deo concedi ad agendam pœnitentiam, & me ad ſe poſt hoc tolleret, quando vellet. Itaque communiter in *VVindeſem* ſic factum vidimus, vt fratres noſtri conuentuales non diſcederent ab hac vita, niſi longo prius tempore, alii per annum & multo eo amplius, aliȷ per dimidium, quidam per anni quartale ante mortem & magis aut minus graui ægritudine in Valitudinaria infirmi detinerentur, donec plenè purgati, expolitique, gratias Deo referentes, tranſierent ad meliora.

Arnoldus Kalket Supprior.

Capvt XV.

Quòd Prior in Windeſem *curam geſſit omnium deuotorum, & de charitate Domini* Florentij *ad fratres de* Windeſem *proprÿs litteris expreſſâ.*

Gerardus Magnus Congregationis deuotorum Clericorum pater & origo.

Florentius Radevvini primus Rector Congregat. Clericorum Dauentriæ.

SIcut magiſter *Gerardus Magnus* origo fuit, & Pater primus omnium hominum modernæ deuotionis huius patriæ, ad quem Deo ſeruire cupientes ſecurum ſemper habuere recurſum, & poſt eum Pater venerabilis Dominus *Florentius Radevvini*, primus rector congregationis clericorum in Dauentria; ita deuotus Pater noſter frater *Ioannes de Hueſden* Prior in *VVindeſem* eorum fidelis factus eſt ſucceſſor, in cura conſulendi, auxiliandi & defendendi. Ipſe enim diſcretâ ſuâ prouidentiâ, charitateque latiſſimâ omnium corda deuotorum benignè ad ſe trahens, vnum ex ipſis ſe fuiſſe, & etiam ſemper manſiſſe verbis, rebus, & moribus vbique demonſtrauit. Qui totum mundum ſaluare cupiens, plurima ſeruorum & ancillarum Dei habitacula vndique in patria multiplicari procurauit; nam & fratres domus ſuæ, capitulique generalis ad hoc aptiores in loca diuerſa tranſmiſit, pro nouis monaſteriis ordinis noſtri erigendis, fundandis, & conſummandis, antiquiſque reformandis, & in regulari obſeruantia debitè inſtituendis: Patres etiam congregationum valde ſollicitauit, vt presbyteros clericos & ſorores

Ioanes Prior in VVindeſem Congreg. Clericorum & ſororum propagator.

rores ſiue *Beginas* ad hoc vtiles, vel idoneos ad diuerſas mundi partes, in ciuitates, oppida & villas, pro nouis congregationibus inchoandis, & in communi vita more ſuo inſtituendis, animo pio & volenti non tardarent. *Begina.*

Vnigenitus, inquit, *Dei filius* IESVS CHRISTVS, *à regalibus ſedibus ſuis in huius mundi carcerem & exilium omnino ſibi peregrinum dignatus eſt deſcendere, vt animas ſaluas faceret, mortem noſtram deſtrueret; & viam nobis vitæ & diſciplinæ oſtendens ad æterna gaudia reuocaret. Faciamus & nos ſimiliter, & animas Chriſti ſanguine redemptas, verbo & exemplo noſtro ſancto à faucibus inimici eripere feſtinemus, eaſque ſanctas, & immaculatas Chriſto præſentare laboremus.*

Factum eſt autem, vt plurima ordinis noſtri monaſteria, multæque clericorum & ſororum deuotarum congregationes per totam iſtam patriam *Zallandiam*, *VVeſtphaliam*, *Gelriam*, *Brabantiam*, *Hollandiam*, *Zelandiam*, *Drentheam*, *Tvventheam*, *Friſiam*, *Traiectum*, & circa partes Rheni in diebus noſtris, de nouo ſunt conſtructa, & etiam ex antiquis plurima reformata, ex quibus Patres, fratres & ſorores de tertia regula ſancti *Franciſci* nuncupati *pluſquam centum* domos ſiue congregationes deuotas extrahentes, ſub vno Prouinciali capitulo regulariter viuere, & Deo fideliter deſeruire vſque hodie comprobantur, & ipſi Patres *congregationum deuotarum primi*, iuxta morem eccleſiæ primitiuæ ſub regula Chriſti charitate pariter

Tertiariorum Congregat. numerus pluſquam centenarius.

Congregationum Patrum deuotarum domus vtriuſque ſexus pæne quinquaginta.

Canonicorum Regularium Capituli VVindeſemenſis virorum monaſteria 62. ſanctimonialium 13.

pariter in communi ſecundùm Euangelium viuentes, habent adhuc hodie domos ſexus vtriuſque vnitas, numero pæne quinquaginta, virorum videlicet pæne viginti, & ſororum triginta; noſq; iam habemus monaſteria ordinis canonicorum regularium ſexus vtriuſque capitulo generali de *VVindeſem* incorporata pluſquam ſeptuaginta, virorum videlicet ſexaginta duo, & tredecim ſanctimonialium. Ita in annis ſeptuaginta duobus ab obitu magiſtri *Gerardi Magni*, primi Patris omnium creuit numerus perſonarum ac domorum Deo fideliter deſeruiētium, multorum millium animarum ad laudem & gloriam eius, qui fecit hæc omnia ſuâ clementiſſimâ bonitate ad noſtram perpetuam ſalutem.

Florentius Radevvini Rector Congregationis clericorum.

Theodricus de Herxen Rector Congregat. Clericorum.

Colloquium annuale inter Patres Congregat. deuotarum & Canonicos Regulares Capituli VVindeſemenſis.

Patres ergo deuoti in diebus Domini *Florentij Radevvini* pro ſui ſtatus & deuotionis conſeruatione in Dauentria ſimul ad colloquium conſueuerant conuenire; poſt eius tranſitum ad congregationem clericorum in Zvvollis, vbi tunc magnus pater ille *Theodoricus de Herſen* præfuit annis pluſquam quinquaginta ſeptem ad colloquium annuale in Dei timore celebrandum omnes pariter conuenerunt, in Dominica *Miſericordia Domini* poſt Paſcha, aut in feriis conſequentibus, cum eccleſia Generale Capitulum in *VVindeſem* celebraret, propter loci conuenientiam, & capituli noſtri generalis propinquitatem, & maximè propter Priorem noſtrum in *VVindeſem*, ad quem finito colloquio cuncti Patres eorum principaliores accedere ſolebant, vt cuncta in ipſorum decreta colloquiis, perpetuè de ipſius conſilio firmarentur.

Simili modo Patres congregationum *VVeſtphaliæ*,

phaliæ, Saxoniæ, Coloniæ, Dominica *Iubilate,* in Monaſterienſem ciuitatem ad colloquium annuale pariter conuenirent Priore de *Northorn,* aut Priore de *Bodike,* ibidem tunc præſente. Quod Dominus *Florentius Radevvini* ita fieri deſiderauerit, vt patet in epiſtola quàm ad Patrem *Ioannem Hueſden de VVindeſem Priorem* ſcripſit in hæc verba.

Prædilecte Pater Ioannes in VVindeſem, vobis & generaliter omnibus fratribus veſtris in vita & in morte committo fratres meos in domo noſtra in Dauentria, vt ad inuicem conſeruentur in gloriam & honorem Dei. Et ſpero quod ego quamdiu vixero, & ipſi poſt me ſingulariter debent vobiſcum conſulere in omnibus eorum negotiis; quare vos cordialiter pro nobis ſollicitare exoro. Video multos ad religionem affectatos, & paucos ad congregationes. Et quamuis aliqui pro primo afficiuntur ad nos, & nobiſcum per tempus bene ſtant contenti, viſâ tamen poſtea quiete & conuerſatione veſtra ſancta, per veſtras confabulationes leuiter ad vos afficiuntur, ſicut fuit cum Domino Ioanne Brinkerinc qui VVindeſem libenter voluiſluiſſet inueſtiri etiam Pater ſic fuit vobiſcum; & cum aliјs aliquibus qui nunc ſunt vobiſcum. Non moueat vos quod ſic ſcribo propter Deum, libenter me ſubiicio ſaniori veſtræ & fratrum informationi. Centum florenos & quidquid nobis vltra quotidianam noſtram neceſſitatem ſuperfuerit, dabimus vobis libenter in ſubſidium ædificationis domorum & cellarum retro cellam veſtram. Si ſuper hoc deficerent vobis quadraginta ac quinquaginta floreni, de tanto Dominus prouidebit. Grauamur enim de hoc quod ducentos habemus florenos, quos auunculus meus miſit nobis, & quod vos propter ſtructuræ pretioſitatem, & etiam propter*

Digitized by Google

propter alia veſtra grauamina deficitis, ideóque demandetis nobis veſtram voluntatem de prædictis pecunijs.

Ex alia eius epiſtola. *Prædilecte Pater Ioannes Prior in VVindeſem. Littera veſtra dulciter ſonuit in auribus meis, & me aliqualiter lætificauit, ſperans vos fore pacatum. Præter quotidiana noſtra grauamina tam in nobis quàm in hoſpitibus, oportet nos multis clericis deuotis quotidie ſubuenire, quos bona conſcientia non audemus bene derelinquere, quamuis multi eorum nec vobis, nec nobis ſint bene apti ad commorandum nobiſcum. Spero tamen quod multi eorum poſſent ſibi & alijs proficere in futurum. Reſpondebimus etiam Stephano qui vobis dedit pecunias, quod propter charitatem vobis exhibitam vos & nos eum derelinquere nolumus.*

Quando vobis placet libenter volo ad vos venire, per duos enim dies ſenſi me ſatis infirmum, potius vellem vobiſcum infirmari, communicari, inungi, & mori quàm Dauentriæ. Non habui tempus plus ſcribendi.

CAPVT

Capvt XVI.

Quòd laudauit ſtatum deuotarum congregationum vtriuſque ſexus.

LIcet nos canonici regulares altiorem in eccleſia Dei militante, gradum ſuper Patres & fratres congregationum deuotarum obtinere videamur, & in oculis hominum ſtatum gerere digniorem, quamuis Pater noſter *Ioannes Hueſden* frequenter nobis valde eos commendauit, dicens; quod ipſi in veris virtutibus, vitâ, ſanctâ conuerſatione & moribus in regno Dei nos ſæpe præcedent, quia verè vitam ducunt apoſtolicam in eccleſia primitiua, ſub ſancti Spiritus regimine ab omnibus Chriſtianis obſeruatam, à mundo iam tunc deſpectam & parum reputatam. Nos autem cappam deferentes, quam ſancti Patres in heremo, & eccleſiæ prælati, & doctores etiam in ſæculo ſicut ſaccum ſuper carnem ſuam ieiuniis & abſtinentiis ſqualidam & exeſam, in ſignum veræ pœnitentiæ, & in mundi contemptum ſuperinduere conſueuerunt, à mundo videmur honorari; & timendum nobis valde eſt, ne ſanctos & plenos nos exiſtimantes, quia ante hominum oculos honoramur & glorioſi apparemus, ante oculos interni iudicis inanes & virtute vacui inueniamur. Quid enim eſt cappa niſi ſaccus? vt ſi quis ſaccum induat & in vno eius angulo

Cappa fratrum Congregationum deuotarum.

angulo integrò faciat foramen per quod poſſit videre, & caput ſuum extendere, reliquum autem angulum ſacci illius integrum ſuper ſcapulas per dorſum quaſi tympam ſiue cucullam reflectat, tunc omnium pæne monachorum conſuetam capparum habet formam, licet in modo, colore, & amplitudine iuxta ordinum differentiam variæ ſæpè formetur.

Commendauit autem eos non ſolum ex eo quod vitam ſanctam & communem, ſimplicem obedientiam, cordis & corporis caſtitatem, ſub ſimplici habitu & humili ſtatu, Deo noti, hominibus deſpecti, ſumma deuotione geſtiunt cuſtodire, verumetiam & maximè quia cunctis ordinibus reformatis, imo toti eccleſiæ Dei de bonis religioni ac regimini aptis clericis & perſonis quotidie ſatagunt prouidere. Frequētantes enim clericos & laicos ſeruientes ſæpiſſimè ad ſe accerſientes, ad mundi contemptum, emendatioris vitæ propoſitum, religionis deſiderium, morum diſciplinam, Dei timorem, gehennæ horrorem, patriæque cæleſtis amorem ſuis ſanctis exhortationibus miris modis ſolent inducere, quos conſequenter ad amica familiariaque colloquia inuitare, de vitiis exſtirpandis, virtutibuſque acquirendis ac tentationibus reſiſtendis informare, & ad meliora prouocare, in Dei timore conſeruare, humilem habitum facere, portare, in confeſſionibus expedire, & ſi forent pauperes, hoſpitia & bona habitacula diligenter procurare, & qui continuò ad monaſteria tranſmittendos componere ſolent & præparare. Cumque in ſcientiis vſque ad ſacerdotium, & in ſanctis moribus vſque ad vitam regularem viderunt eos

Pium fratrum Congregationum deuotarum exercitium.

pro-

ed by Googl

profeciſſe, tunc ad loca confugij vbi animas ſuas poterunt ſaluare, videlicet ad monaſteria ordinum diuerſorum, iuxta deſiderium omnium & ſingulorum per litteras teſtimoniales eos ſolent dirigere, aut propriis in perſonis ipſis conuentibus ad habitandum præſentare. Tali namque modo cuncta ordinis noſtri monaſteria iam annis pluſquam ſeptuaginta per Patres præfatos in debita obſeruantia noſcuntur conſeruata. Quid enim de radice & inſtitutione tam ſancta, niſi verè ſanctum & Deo placitum oriretur? aut quomodo de huiuſmodi arbuſtis fructiferis Dei gratia iam vndique multiplicatis monaſteria noſtra non florerent, creſcerent & multiplicarentur? plures denique ex illis qui ad diuerſa monaſteria per eos ſunt tranſmiſſi, vidimus in Abbates Priores ac præpoſitos diuerſorum ordinum ac cœnobiorum in eccleſiarumque rectores fuiſſe promotos, qui ſeipſos & gregem ſibi commiſſum in bona regulari obſeruantia, pace & concordia, optimaque morum diſciplina vſque hodie ſeruauerunt, ideoque cuncta capituli noſtri monaſteria tam multis annis in ſuo primo feruore & religioſa præcedentium Patrum inſtitutione, deuotiſſima permanſerunt. Quemadmodum igitur Patres iam prædicti noſtra monaſteria per idonearum Deum timentium perſonarum ſubminiſtrationem in ſancta religione probantur conſeruare, ita nos viciſſim ſanctam conuerſationem eorum, & vitam Deo placētem ab hominum iniquorum maximè *mendicantium* non reformatorum pernicioſa infeſtatione omnino defendamus, vt ſic mutuis primi feruoris ignibus intra nos recaleſcentes, ipſi in nobis per debitam

Præconium fratrum congregationum deuotarum.

Manus manum fricat. Vide c. 3. de Origine.

bitam vitæ regularis obſeruantiam, ſplendidamque mentis & habitus puritatem, & nos in eis per veræ ſanctitatis conuerſationem, & humilis habitus ſimplicitatem prima venerabilium Patrum noſtrorum primitiuorum ſanctitatis veſtigia, modernis etiam temporibus clara luce conſpiciamus, repræſentemus, & ad memoriam reuocemus, qui omnes ex vno fonte initium noſtrum primordiale agnoſcimur habuiſſe, ſic enim ſpiritualiter viuitur, *& in talibus vita ſpiritus noſtri*, alioquin iam dudum ab incepto ſpiritualis vitæ itinere, & aſſumpto ſanctitatis noſtræ tramite ad infirma huius mundi elementa, & inania huius oblectamenta in noſtram ipſorum perniciem, & veram mortem animarum miſerabiliter declinaſſemus.

Capituli VVindeſemenſis initium & origo è Congregat. fratrum clericorum.

Iſaiæ 38. v. 16.

Capvt XVII.

Quod ante mortem ſuam Patres & clericos congregationum de Dauentria, *Zvvollis, & Monte S. Hieronymi in* VVindeſem *conuocauit.*

1424. ANno Domini milleſimo quadringenteſimo viceſimo quarto, venerabilis Pater noſter de *Hueſden*, vir ſenex & grandæuus, emeritæ militiæ, diem receſſus ſui ex hoc mundo ad Patrem in proximo ſibi ſciens imminere, cum vltimum ſuum generale capitulum in *VVindeſem* Dominica *Miſericordia* poſt paſcha celebraſſet, conuocauit ad ſe in Dominica *Iubilate* proximè tunc ſequente omnes Patres, presbyteros, & cle-

ricos deuotarum congregationum de *Dauentria*, *Zvvollis*, & *Monte ſancti Hieronymi*. Conuenerunt ergo in *VVindeſem* ad diem conſtitutum Dominus *Godfridus Rector*, Dominus *Rodolphus procurator*, Dominus *Ioannes Hoff* ſororum confeſſor, cum omnibus presbyteris & clericis domus ſuæ in *Dauentria*. Item Dominus *Theodricus de Herxen*, Dominus *Gerardus* Kalker *iunior*, Dominus *Ioannes de* Haerlen ſororum confeſſor, cum omnibus clericis & fratribus *Zvvollenſis* congregationis; vnico pæne ſolo in ſingulis præfatis oppidis pro cuſtodia domus relicto: itemque Dominus *Ruthgherus* rector, cum ceteris ſuis presbyteris, & clericis de *Monte ſancti* Hieronymi *in Velua*. Qui omnes ſecunda feria poſt Dominicam *Iubilate*, cum conuentu noſtro in *VVindeſem* in refectorio, vt in generali capitulo moris eſt, pranderunt pariter, quibus pro tam chariſſimorum hoſpitum iucundo aduentu accuratius, vt dignum erat, præparare ſtuduerunt, & in potu vina miſcuerunt. Deuotus tunc & ſenex Pater *Petrus de Gouda* frater noſter bonus, dulcis, bonus & expeditus menſæ lector, pulchram pro tantorum Patrum & fratrum deuotorum condigna & amicabili ſuſceptione, cordialique amore legit lectionem, *Augustinum* videlicet ſuper Pſalmum, *Iubilate Deo omnis terra, Pſalmum dicite nomini eius*, &c.

D. Godefridus Rector in Dauentria. D. Rodolph. D. Ioannes Hoff. D. Theodricus de Herxen. D. Gerardus Kalker. D. Ioannes Haerlem. D. Rutgerus Rector in Monte S. Hieronymi. Conuentus Patrum, & clericorum Congregat. deuotarum in VVindeſem. Petrus de Gouda. Lectio ſuper menſam. Pſal. 63.

Prandio autem facto, Noniſque finitis omnes fratres noſtri conuentuales, ſenes cum iunioribus & hoſpites tunc præſentes per campanæ ſonitum conſuetum, in pomerium pariter conuenerũt, non longè à viridario circa ortum huparum, vbi ſuper germina pariter cõſedimus omnes.

 Vene-

Venerabilis ergo Pater noſter *Ioannes Hueſden* priſtinam Patrum primitiuorum renouare cœpit dilectionem, & primum deuotionis eorum feruorem, noſque eorum exemplo ad mutuam inuicem charitatem, firmam adhæſionem aſſiſtentiamque fidelem dulciter prouocare, dicens. Magiſter *Gerardus Magnus* primus fuit huius noſtræ reformationis Pater, & totius modernæ deuotionis origo, veruſque his nouiſſimis temporibus huius noſtræ terræ Apoſtolus, qui frigida hominum corda lumine fidei & doctrinæ ſuæ ad Dei cognitionem & amorem valde illuminare, & ad veram pœnitentiam exemplo ſuo peragendam vehementer accendere, eoſque à mundi vanitatibus & carnis voluptatibus, per vniuerſam regionem iſtam, ad Deum viuum, & verum, in animarum ſuarum ſalutem, ſe conuertere opere docuit & ſermone. Cui vir vitæ venerabilis Dominus *Florentius Radevvini*, primus Pater *Dauentrienſis* congregationis, cum ſuis deuotis presbyteris, clericis & laicis in cura ſollicitudinis ſucceſſit. Qui omnes monaſterij noſtri in *VVindeſem* primi fuere promotores, ſollicitatores & procuratores, perſonarumque eius in ſpiritualibus inſtitutores, quorum gratia in hanc temporalium & ſpiritualium bonorum deuenimus abundantiam, & idcirco communem cum eis, & cum omnibus deuotis vtriuſque ſexus, indiuiduam charitatem, cordium vnitatem, & fidelem aſſiſtentiam in æuum conſeruare debemus & tenemur. Hæc & his ſimilia claro ſermone Patre noſtro latius proſequente, cum primum pro veſperis ſignum pulſaretur, finem fecit loquendi, cunctiſque pariter conſurgentibus quidam patrum &fra-

Gerardus Magnus.

Florentius Radevvini. Gerardi ſucceſſor.

Digitized by Google

& fratrum deuotorum pro amicitia renouanda noſtris ſenioribus, cæteri vero iunioribus tunc ſe verterunt, & ſe mutuò ſalutantes, duo vel tres ſimul in partem ſecedentes, de his quæ viderant & audierant ad inuicem contulerunt, donec chori tempore appropinquante, ingenti cordium charitate, manuum & brachiorum extenſione inter amplexus & charitatis indicia mutuo ſibi valedicentibus, fratres noſtri ad cellam & ipſi ad ſemetipſos, & ad biberes cum iucunditate reuerterentur. Veſperis finitis omnes Patres & fratres præfati cum Priore, & noſtro procuratore fratre *Gerardo Delft* in domibus hoſpitum noſtrorum pariter cænantes, diem illum totum cum ingenti gaudio & cordis lætitia in Domino deuotè peregerunt. Singuli autem in craſtinum in ſua reuertentes non modice ſunt in Domino & conſcientiis gauiſi, ſuper omnibus bonis quæ Dominus Deus ſuis temporibus per Patres primitiuos, & etiam per ſeipſos, & in hac noſtra *Boreali* regione dignatus eſt operari.

Gerardus Delft procurator.

Capvt XVIII.

Sermo in forma meliori Prioris Ioannis Hueſden *factus in* VVindeſem *in pomerio coram conuentu ſuo, & Patribus trium congregationum de Patribus primitiuis, & noſtra ad inuicem charitate.*

Geneſ. 41. Deuter 31. Ioſue 21. 1. Reg. 2. Ierem. 35. Thob. 4. 1. Machab. 2.

„ Venerandi in Chriſto Patres & fratres dilectiſſimi, ego in occidua iam ætate circa finem vitæ conſtitutus, viam vniuerſæ carnis mox ingreſſurus, more Patrum antiquorum carnales ſeu ſpirituales filios Deum timentes poſt ſe relinquentium, Iacob videlicet, Moyſi, Ioſue, Dauid, Ionadab filij Rechab, Thobiæ & Mathatiæ, magiſtri Gerardi Magni, & Domini Florentij Radevvini Patrum noſtrorum, vos in vnum congregaui, & ad memoriam vobis reuocare deſideraui, vnde, & à quo huius totius patrię noſtræ deuotio, religioſa conuerſatio, ſancta vita & regularis diſciplina in tot & tantis diuerſarum perſonarum vtriuſq; ſexus monaſteriis reformatis, & congregationibus numeroſis primordiale ſuum ſumpſerit exordium, quomodo, & à quibus vſque ad hæc noſtra tempora continua & ſalubria profectus ſui ſumpſerunt incrementa.

Gerardus Magnus.

„ Plurimis autem ex vobis conſtat, quomodo ille eximius verę ſanctitatis executor, & egregius diuini verbi ſeminator magiſter *Gerardus Magnus* nulli pæne in omni tunc facultate ſecundus habitus, *Dauentrienſis* oppidi ciuis, diuinitus inſpiratus,

ratus, vt præco Domini præclarus, totam ferme ”
hanc noſtram regionem vbiq; circuiens, omnem ”
terræ populum exemplis ſuis ſanctis, ſaniſque ”
doctrinis vehementer commouit, & corda plu- ”
rimorum fidelium ad veram pœnitentiam pec- ”
catorum, mundi contemptum, emendatioris vi- ”
tæ propoſitum, ſanctæ religionis ingreſſum, & ad ”
cæleſtis patriæ deſiderium feruenter accendit, ita ”
vt in pleriſque ciuitatibus, oppidis, & villis non ”
parua vtriuſque ſexus hominum multitudo ſa- ”
cris eius veſtigiis & doctrinis cupiens inhærere, ”
Deo creatori ſuo in communi vita, ſimplici obe- ”
dientia, caſta continentia, ceteriſque virtutibus ”
deuote famulari ſummè concupiſceret, ſedulo- ”
que deſeruiret. Quorum omnium originale ipſe ”
fuit principium, ſecurum refugium, bonum ſo- ”
latium, & in cunctis neceſſitatibus & anguſtiis ”
eorum continuo firmum efficaxq; præſidium. ”

Dominus Florentius Radevvini.

Huic viro ſancto feruens eius ſucceſſit diſci- ”
pulus, Dominus *Florentius Radevvini*, magiſter in ”
artibus *Dauentrienſis* congregationis rector pri- ”
mus, animarum zelo feruidus, & in omni ſan- ”
ctitate conſpicuus, quem magiſter *Gerardus* in ”
extremis poſitus cunctis deuotis præficiens, præ- ”
monuit vt cum ſuis clericis & presbyteris ceteriſ- ”
que deuotis cõmunem vitam nuper inchoatam ”
in debita forma firmiſſimè ſeruarent, & nouum ”
ordinis canonicorum regularium monaſterium ”
omnibus deuotis in ſolatium, defenſioniſque ”
præſidium, cum primum poſſent, ædificare ſa- ”
tagerent. Quo in Domino quieſcente, Dominus ”
Florentius & ſui confratres itinera magiſtri ſui ”
recto tramite inſequentes, talia ac tanta in ”
hac noſtra Prouincia, in nouis monaſteriis, ”

„ deuotis congregationibus apte conſtruendis, & idoneis perſonis per religionem conſeruanda debite inſtituēdis, maximis ſuis laboribus & expenſis perfecerunt, vt vix aliqua in hac noſtra terra ciuitas, oppidum, aut villa magna & notabilis reperiatur, quin ibi aut regularium monaſteria, aut clericorum ſeu ſororum beginaria cernantur iam erecta, & in ſuis temporalibus, ſpiritualibuſq; bonis competenter bene fundata. Horum primi & maximi poſt Dominum *Florentium* promotores inſtitutores, & conſummatores veri fuerunt venerabiles Deo deuoti, zelo Dei feruidi, animarum lucris valde intenti videlicet Dominus *Ioannes de Gronda è Tuentiâ*, Dominus *Ioannes Brinkerinc de zutphania*, Dominus *Lubbertus ten Buſche de zvvollis*, Dominus *Gerardus de Zutphania in VVindeſem* ſepultus qui duos libellos deuotos, Beatus vir, & homo quidā de ſpiritualibus aſcenſionibus compoſuit. Omnes iſti congregationis *Dauentrienſis*. Dominus *Gerardus de Kalker* ſenior primus rector congregationis *Zvvallenſis*, Dominus *Henricus de Gouda* confeſſor ſororum, Magiſter *Ioannes Cele* rector ſcholarium, omnes viri perfecti in Zvvollis, Dominus *VVermboldus in Traiecto*, Magiſter *Euerardus in Almelo*, Dominus *Ghiſbertus Dovv in Amſterdammis*, Dominus *Hugo Goltſmit in Herlen*, Dominus *Paulus in Hoern & Medemblic*, Dominus *Petrus Vten-Poel in Leydis*, Dominus *VVilhelmus Henrici in Amersfordia*, *Ioannes Vmmen laicus cacus de Zvvollis fundator Montis ſanctæ Agnetis*, ordinis iam canonicorum regularium prope *zvvollis*, & Tertianorum ſancti *Franciſci* prope *VVollenhoe*, aliique quam plures eiuſdem deuotionis, zeli & feruoris, quorum nomina cum veris

D. Ioannes de Gronda.
D. Ioannes Brinkerinc.
D. Gerardus de Zutphania.
D. Lubbertus ten Buſch.
D. Gerardus de Kalker primus Rector congregationis Zvvollenſis
D. Henricus de Gouda.
M. Ioannes Cele.
D. VVermbodus in Traiecto.
M. Euerardus in Almelo.

ris ſuis imitatoribus ſcripta ſunt in libro vitæ, qui defuncti ſæculo, & in requiem tranſlati, vna nunc ſtola gloriæ in anima ſunt decorati, reliqua reſurrectionis gloria in fine mūdi corpora decorādi.

Venerandus ergo Pater Dominus *Florentius* cum ſuis in *Dauentria* presbyteris, fratribuſque, aliiſque bonæ volūtatis hominibus locum hunc in *VVindeſem* iuxta Magiſtri *Gerardi* voluntatem, & extremam commiſſionem pro primo ordinis noſtri monaſterio in regulari obſeruantia debite fundando vnanimiter elegerunt, & pro nobis, noſtroq; profectu, omnem terrenam ſuam ſubſtantiam pro Criſti fidelium largitione & manuum ſuarum labore ſibi conquiſitam, ſicut pro domo propria, libenter impenderunt. Nos etiam & noſtros ſeniores pæne omnes ad ſuam in *Dauentriam* cohabitationem benignè ſuſcipientes, & caris moribus in timore Domini inſtituentes, tandem in *Windeſem* tranſmiſerunt. Vbi per Dei clementiam & præfatorum Patrum fidelem aſſiſtentiam, de pura paupertate & maxima rerum inopia in hunc ſtatum regularis obſeruantiæ, ſanctum & bonum Deo, acceptabilem, & in hanc temporalium rerum competentiam non ſolum nos, ſed & plura alia vtriuſque ſexus monaſteria, congregationes & beginaria ad oculum videmus nunc eſſe perducta.

D. Giſbertus Dovv. D. *Hugo Goltſinit.* D. *Paulus in Hoern.* D. *Paulus vvten Poel.* D. *VVilhelmus Henrici. Ioannes Vmmen, cæcus, laicus fratrum Congregat. deuotarum, fundator montis S. Agnetis Ord. Canonic. Regularium & Tertianorum S. Franciſci prope Vollenhoe.*

His dictis Patres qui conuenerant Priorem noſtrum cernentes aſtmaticum, verbaque anhelitus intercluſione difficillimè formantem, alia quædam interlocutoria, eiuſdem tamen materiæ, de induſtria interſerere cœperunt, dicentes hęc omnia & plura his ſimilia à ſuis etiam prædeceſſoribus in forma ſe audiuiſſe, gratias

ipſi deferentes, quod ad perpetuam rei memoriam in communi iam audientia denuo hæc omnia renouaſſet. Tali igitur occaſione facto modico interuallo, venerabilis Prior noſter *Ioannes Hueſden* humili verecundia & placabili ſua lingua iterum exorſus, dicens.

Amantiſſimi fratres mei ſenes cum iunioribus „ in *VVindeſem* profeſſi, idcirco vos ad præſens col„ loquium Patribus iſtis pręſentibus volui accer„ ſiri, vt cunctis hic profeſſis, & in æuum profeſſu„ ris memoria celebri perennarem, qua ex cauſa „ monaſterium noſtrum in *VVindeſem* à noſtris ma„ ioribus & Patribus deuotis primo & principali„ ter inſtitutum ſit & fundatum. Videlicet, vt om„ nes per orbem deuoti vtriuſque ſexus homines „ nos piè viſitantes, ab omnibus & à ſingulis mo„ naſterii noſtri fratribus, benignè ſuſciperentur, „ humanè tractarētur, & in cunctis neceſſitatibus, „ importunitatibus, in tribulatione, gratiam con„ ſolationis, fauorem conſultationis, & opem præ„ ſidii ſemper poſſent inquirere, & citius inuenire; „ quibus iuſtitia ſuffragante, in omnibus iuſtis ſuis „ negotiis, cauſis & actionibus, damnis & iniuriis „ fideliter aſſiſtere, conſilium & auxilium con„ tribuere, realemque muniminis noſtri defen„ ſionem, iuxta poſſibilitatis noſtræ faculta„ tem conſtanter debemus impendere, tanquam „ talis noſmetipſos vrgeret neceſſitas & impetio„ nis huiuſmodi friuola importunitas, vt noſtrâ de„ uotione cooperante, facilique iuſtitiâ ſuper om„ nia patrocinante, malignantium tempeſtate „ ita ſedata, dicti vtriuſque ſexus deuoti iure ſuo, „ vitâ, & famâ ſaluis, in portum pacis & tran„ quillitatis reuerſi, Deo creatori ſuo quietius „ & ſedu-

Digitized by Google

& ſedulius poſſent deſeruire.

Debemus ergo omnes, maximè nos in *VVindeſem* dictis deuotis Patribus, cunctiſque perſonis ſanctarum congregationum, in vera charitate, ſingulari amicitia & fœdere indiſſolubili fortiſſimè coniungi, & ex corde conglutinari, cor vnum & animam vnam in Deo perpetuò conſeruare, eoſque tanquam noſtros & ſicut noſmetipſos aſpicere & reputare, vitamque communem, ſanctam conuerſationem, ſpiritualia & temporalia bona, ſingulas perſonas, omnium que cauſarum negotia iniuſtè ſe prementia modis omnibus ſecum aſſumere ac viriliter defenſare, vt qui vnum ex nobis contigerit, mox omnium noſtrorum pupillam oculorum attigiſſe ſe conſpiciat. Quamdiu ſic fecerimus, nihil vnquam nulluſque nobis poterit præualere, proſperumque ſucceſſum in cunctis conſequemur. Sin autem ab inuicem recedere, & mutuo nos cœperimus in cauſis derelinquere, væ erit nobis, quia tunc ſtatim omnia temporalia & ſpiritualia noſtra bona ſucceſſiuè interibunt, & qui in feruore ſpiritus coram Deo & hominibus hucuſque cucurrimus, ſemper profecimus, & in anteriora nos extendimus, tunc omnes intepeſcere, à propoſito ſancto langueſcere, à Dei timore deficere, & tandem in carne habemus conſummari. Sic non itur ad aſtra, ſed ad inania huius mundi elementa, & qui prius nutriebantur in croceis, amplexantur ſtercora, animas ſuas interimunt, Deum offendunt, cœlum amittunt, damnationemque perpetuam oculis cæcis incurrunt.

Hæc

Hæc & his ſimilia omnibus vobis quos ad habitum, profeſſionemque ſuſcepi, executioni debite mandanda commiſi, quæ in noſtri præſentia ſinguli veſtrum affectui mancipare, factoque perficere mihi promiſiſtis, antequam vos ad ordinem aſſumere voluiſſem, quæ grates Deo vſque hodie diligentiſſimè conſeruaſtis, quæ etiam noſtris poſteris in *VVindeſem* profeſſuris in ſimili forma facienda antę proponetis, ſimilem adimpletionis eorum promiſſionem ſemper ab eis recipere minimè negligatis, quoniam in iſta mutuæ charitatis concordia & ſubuentionis aſſiſtentia totam reformationis ſummam, noſtræ & modernæ reformationis perſeuerantiam ſemper conſtare videbitis, Hic frater **Ioannes** *Buſch*, & frater *Hermannus Xantis*, ambo ſunt præſentes quibus iſta commiſi, & ante ſuam profeſſionem hoc ſemper ſe facturos mihi ſimiliter promiſerunt; ſi iſta non perfeçerint, ipſi ſibi viderint, hoc tamen dico quod diu dictæ deuotæ congregationum vtriuſque ſexus perſonæ in habitus ſui ſimplicitate, morum humilitate, externarum rerum paupertate, mutua charitate, mundi abiectione, ſimplici omnia & in communi vita, ſicut & hodie deuote perſeuerauerint.

In mutuæ charitatis concordia & ſubuentionis aſſiſtentia, tota reformationis ſumma vertitur.

Frater Ioannes Buſch. Frater Hermãnus Xantis.

Si enim Apoſtoli Dei in vita eſſent præſentes, aliud ſeu aliter viuere non docerent quam fratres & ſorores congregationum præfatarum iam viuere dignoſcuntur, & eam non reprobarẽt, quia vita eſt *Ieſu Chriſti*, qui huius mundi infirma & abiecta elegit potius quam fortia. A mane enim vſque ad veſperam manibus operantur, & Horas beatæ *Mariæ Virginis*, & de ſancta Cruce, de æterna ſapientia, Septem Pſalmos, & vigilias, ſi quæ

Horæ B. Mariæ Virginis. S. Crucis. Æternæ ſapientiæ. Septem Pſalm. & Vigiliæ inter operandum recitãtur.

quę ſunt ſimilia legunt inter operandum, atque à mundi amatoribus tanquam peripſima & ſæculi purgamenta deſpecti contemnuntur. Hæc vtique vita Christi eſt, qui internam ſuam ſuauitatem, ſpiritusq; delitias ab huius mundi ſapientibus & prudentibus abſcondit, quas paruulis huiuſcemodi ſuis veris amatoribus in iubilo cordis ſæpe reuelat.

Venerabiles Patres & fratres mei dilectiſſimi, qui hic in vnum conueniſtis, his paucis ſermonibus vnitatis, charitatis & pacis teſtamentum omnibus vobis relinquo, recommendans vos Deo, & me ſimiliter veſtris deuotis orationibus, qui nos in vnum habitantes, & iuſta Patrum noſtrorum deſideria fideliter adimplentes cum eiſdem Patribus iam defunctis, omnibuſque ſanctis in regnum ſuum cæleſte perducere dignetur, æternæ claritatis gloria poſt fidelem huius exilij noſtri laborem perpetuè præmiandos.

CAPVT XIX.

Quod fratribus in Windeſem commiſit hoſpitalitatem fideliter ſeruandam, & pauperibus ad portam pias eleemoſynas erogandas.

ALio quodam tempore deuotus Pater noſter *Ioannes Hueſden,* non longe ante obitum ſuum, venit ad fratres ſuos recreandi gratia de ſua licentia in pomerio circa ſcamnum, prope chorum congregatos, & inter eos ſedens dixit, honorabilem virum Dominũ *Theodricum de Herxen* Patrem noſtrum omnium congregationum deuotarum graui cum querela in breui ſibi ſcripſiſſe, *Theodericus de Herxen.*

pſiſſe, an fratres noſtri in *VVindeſem* capitulariter concluſiſſent, hoſpites ædificationis cauſa ad ſe declinantes non velle amplius ſuſcipere. Duos enim bonæ voluntatis clericos de potentioribus huius ſæculi exortos, pro noſtra religione, ſancta conuerſatione & regulari diſciplina oculata fide, enucleatè peruidenda in *VVindeſem* tranſmiſit. Qui à monaſterij noſtri portario repulſam paſſi, cum irruentibus tetræ noctis tenebris in oppidum *Zvvollenſe* minimè poterant redire, *machale* quoddam ruſticorum, nobis conuicinum fœno adimpletum, parumper pauſaturi citius aſcendentes, horrorem tenebroſæ noctis ſemi-vigilantes peregerunt. A quo ſummo mane deſcendentes, & ad eum qui ſe miſerant reuertentes, cuncta quæ ſibi euenerant per ordinem retulerunt. Quamuis autem inopinatè aut caſu id acciderat, quia autem verus noſter portarius non affuerat, aut alia de cauſa iam non occurrente id factum extiterat, tamen propter inde ſubſecuta, hoc in loco hæc præmiſſa duximus inſerenda. Miſſiuâ etenim Domini *Theodrici de Herxen* à Priore noſtro perlectâ, epiſtolare beati Auguſtini, quod erat præ manibus, protinus aperiens, ad primum occurrens capitulum, coniectis oculis, hęc verba legit ſubſequentia.

Cum diſcerni nequeant boni à malis, mali benignè tolerandi ſunt, ne boni pariter cum eis excludantur. Hoc referens nobis in pomerio Prior noſter, adiecit, quod immo hoſpites vndecumque etiam aduenientes, benignè ſuſciperemus, piè pertractaremus, hoſpitia eis & alimenta gratioſè impertiremur. & pauperibus ad portam de panibus noſtris & carnibus, caſeis, butyro, piſcibus

Commendat hoſpitalitatem.

ed by Goo

ſcibus & potibus, ceteriſque ciborum reliquiis more conſueto libenter contribueremus: quamdiu enim, ait, id fecerimus, honeſtis hoſpitibus, deuotis perſonis, clericis ſiue laicis hoſpitalitatis gratiam charitatiuam benigne exhibendo, ciborum reliquias, veſtes ſiue pecunias pauperibus egentibus piè erogando, Dominus erit nobiſcum, & in cunctis temporalibus nobis optimè prouidebit, ſicut hucuſque ſemper ipſe nobis prouidere curauit, atque de die in diem cuncta noſtra temporalia non modica ſuſcipient incrementa, nam nunc in præſentiarum ditiores ſumus quam vnquam fuimus, & ita continuabit in vltrà.

Hoſpitalitatis largus remunerator Deus.

Sin autem à pauperibus & hoſpitibus aduenientibus manus noſtras retraxerimus adiutrices, aut eos non admittentes, aut ipſis neceſſaria piè, vt eſt conſuetum, non ſubminiſtrantes, ſine dubio Domino non placebit qui noſtrum ad hoc iuſtitui voluit monaſterium, vt omnes pietatis cauſa hinc inde aduenientes in anima & in corpore pariter reficerentur. Nam ſicut corpora corporalibus alimentis, ſic animæ diuini verbi pabulis & ſanctæ conuerſationis exemplis refici conſueuerunt, ideoque omnibus noſtris hoſpitibus tam presbyteris quam clericis & laicis diuinæ paginæ libros refectionis tempore cum panibus ſemper anteponere ſolemus, vt etiam mentes ſuas cum corporali cibo reficiant. Quod ſi legere non nouerunt tunc hoſpitularius noſter ex libro quatuor nouiſſimorum, quem in materna lingua & pergameno conſcriptum clericis communibus & laicis ſimplicibus ad mẽſam ſemper apponimus, per

Lectio pro hoſpitibus ante menſam.

per ſeipſum aliqua puncta, vel exempla, ad mortis horrorem, iudicii extremi, & inferni timorem, patriæque cæleſtis amorem incitantia in copia ibidem poſita legere conſueuit, ſic multos cum abirent ex huiuſmodi lectionibus, corde compunctos ad emendationem vitæ ex tunc aſpiraſſe frequenter intelleximus, quamobrem hæc præmiſſa nullâ mundi viâ decernimus intermittenda.

Cum autem à dictis pauperibus & deuotis hoſpitibus manus noſtras retraxerimus, Dominus Deus etiam manum ſuam retrahet à nobis, & tunc in temporalibus cito depauperabimur. & in cũctis etiam neceſſariis extemplo deficiemus, & ſicut per prius in omnibus abundauimus, ita tunc in cunctis vt inopes & egentes vbique penuriabimur. Vbi enim Date à monaſterio fuerit excluſum, ibi etiam Dabitur continuo excludetur. *Date ergo & dabitur vobis*, Chriſtus in Euangelio ait: &, *quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Conemur itaque ſollicitius ſingulis aduenientibus largam exhibere charitatem, & Dominus erit nobiſcum, ab omni malo nos cuſtodiens, omnibuſque bonis hic & in futuro ſemper nos adimplens; quod ſi pauperes excluſerimus, Deum à nobis excludemus.

Luc.6.v.4. *Matth.25.v.40.*

Nam quia ad viam poſiti ſumus, & ſcholæ ſunt in circumiacentibus ciuitatibus *Zvvollis* & *Dauentriæ*, ſi clerici hinc inde pergentes apud nos prandere ſeu etiam pernoctari humiliter petierint, bene exhibeamus illis charitatem, etiamſi propter ſolum victum. hoſpitiumue hic aduenerint, quoniam nulli dubium quin ſæpe plures viri boni inter eos ſint futuri eccle-

eccleſię militantis membra perelecta, & in Chriſti corona monilia pretioſa, nulla mundi ſubſtantia dignè appretianda, licet nunc deſpecti vilique ſchemate cernantur adoperti. Si autem huiuſmodi clerici & hoſpites alii aliquando vt aſſolent magis quam decet, & pluſquam nobis conuenerit, fuerint inquieti, tunc poterunt piè ab aliquo, vt illa præcaueant, admoneri, & ſi commodè fieri poterit, bono modo, ſpecialemque cauſam non habuerint, citius poterunt expediri; ſed vtique nemo excludatur. Hoſpitalitatem ergo in veteri ac nouo teſtamento valde commendatam dilectus Pater noſter *Ioannes* præfatus commiſit nobis diligentiſſimè conſeruandam, ſi diuinam adimplere cupimus voluntatem, & extremam præcauere egeſtatem.

CAPVT XX.

Quomodo ſe ad mortem præparauit, & de obitu eius, & ſepultura.

LOngo iam feſſus ſenio deuotus Pater *Ioannes Hueſden*, cum in omni charitate, pace & vnitate cunctis diebus vitæ ſuæ monaſterium noſtrum in *VVindeſem* continuè conſeruaſſet, vt charitas fratrum de *VVindeſem* omnibus in exemplum authonomaticè vbique commendaretur, quæ laus in eo vſque hodie inconuulſa perſeuerat; viribus corporis pedetentim cœpit deſtitui, & valetudine ingraueſcente, & ad vitalia tranſeunte vſque ad extrema vicinare. Cernens

igitur diem ſuæ mortis cunctis ineuitabilem è proximo appropinquantem, ſtuduit ſe ad ipſum iuxta omnem ſuam poſſibilitatem deuotiſſimè præparare. Denique cunctos conſcientiæ ſuæ angulos, quam in illa die Dominus ſcrutabitur, in lucernis diligentiſſimè colluſtrare, peccata ſingula & quicquid in ſe dignum accuſatione poterat inuenire continuè ipſe lachrymus, orationibus, indefeſſis ſanctorum implorationibus, diuinorum celebrationibus, meritorum Chriſti & ſanguinis eius pretioſiſſimi affectuoſis rememorationibus per ſingulos dies & noctes conatus eſt expiare. Omnia quippe quæ cogitatione, locutione, opere & omiſſione contra voluntatem diuinam vnquam ſe meminerat perpetraſſe, per veram ſtuduit contritionem, confeſſionem, & pœnitẽtiam iuxta eccleſiæ inſtitutionem quantociùs emendare, verè recognoſcens nullum malum impunitum, nullum bonum irremuneratum poſſe remanere, eò quod Deus non parceret delinquenti niſi duntaxat verè pœnitenti. Dei enim horrendum iudicium in proximo affuturum vehementer expauit, & ardentiſſimum illum purgatorij ignem, inextinguibilemque gehennam peccatricem animam vſque ad vltimum quadrantem acerbiſſimè cruciantem, vel vna hora experiri & ſentire, duxit intolerabilem: idcirco indulgentiam omnium ſuorum peccatorum totis præcordiorum affectibus à Deo obtinere quotidie laborauit, quatenus in hora exitus ſui de corpore per manus ſanctorum angelorum Deo creatori ſuo mundus & immaculatus præſentari mereretur, & inter ſanctos & electos ſuos, æternæ felicitatis percipere portionem,

Preparat ſe ad mortem.

quàm

ed by Google

quàm nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quod Deus diligentibus ſe præparauit. 1. Cor. 2, v. 9.

Vidimus eum frequenter ſuper ſedile ante chorum cum ſilentio ſolum ſedentem, & ſepulchra fratrum ibidem in puluere quieſcentium fixè oculis reſpicientemꝗ corporum incinerationem, & animarum cum Deo in cælis regnantium felicitatem & gloriam crebrò meditantem; ſeque eos in proximo eſſe ſecuturum firmiter ſperantem. Qui mihi aliquãdo ſibi ibidem aſsidenti dixit familiariter: *Dominus meliores fratres noſtros primum ad ſe vocauit; ſicut columba grana ſolet eligere meliora*; dans mihi intelligere, quod animæ fratrum noſtrorum ibidem in pace quieſcentium, poſt modicum ordinis noſtri laborem fideliter conſummatum, viſione iam diuinâ, & æternæ claritatis gloriâ feliciter perfruerentur; quorum felici conſortio in cæleſti curia perpetuò coniungi continuis deſideriis & ſanctis affectibus, ipſorum exuuias ſedulè viſitando, quotidie precabatur. *Nouiſſimorum recordatio.*

His ſanctis operibus, deuotis exercitiis, & veræ compunctionis ſpiritu corde ſuo continuè repleto, atque à peccatis næuiſque vitiorum quantum præualuit ad purum defæcato, cæleſtibus ex tunc deſideriis, votiſque in Deum ferventer ſalubriter accenſus, intimi amoris ſui alta trahens ſuſpiria, in illam ſupernam Hieruſalem patriam noſtram æternam languidus anhelabat dicens. *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* quando ei præſentabor? *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace.* Pſal. 41. v. 3. Luca 2. v. 29.

Quotidiana igitur pectoralium ſuorum conſtipatione vexatus, anhelitu intercluſo vix tandem valens reſpirare, rogat ſuum Suppriorem *fratrem Arnoldum Kalker*, vt vna cum ſuo conuentu ſuper ipſius abſolutione à Prioratus officio, & alterius electione vellent cogitare, ipſumque abſoluerent. Cumque ei de veſpere id ſollicitè exequendum diligenter commiſiſſet, facto manè eidem Suppriori ad ſe venienti aliter deliberatus ait: *Frater chariſſime, non erit neceſſe vt à vobis abſoluar ab officio, Deus in proximo inde me vult abſoluere; de hac ergo re ſitis in pace.* Quod ita factum eſt; nam breui poſt tempore ad extrema cœpit appropinquare, atque ab eodem Suppriore Conuentu de *VVindeſem* cum Priore de *Northorn* præſentibus, iuxta morem eccleſiæ communicatus eſt & inunctus. At vbi veniam & offenſionum ſuarum indulgentiam petiit à Conuentu, id fecit tam humiliter, cum vera ſui cognitione & cordis compunctione, vt pæne omnes in fletum commoueret.

Arnoldus Kalker, Supprior.

Sacro viatico & oleo munitur.

Ex tunc & deinceps aliquando iacens, aliquando ſedens, quandoque ſtans ad ignem ſuper ſcapulas fratrum innixus cum difficultate attraxit anhelitum, iterumque lecto repoſitus parumper quieuit. Compaſſus autem circa ſe vigilantibus, dixit infirmario conuerſo noſtro chirurgico vt pauliſper repauſaturus iret cubitum. Cui manè ad ſe venienti ait. *Frater chariſſime, ego adhuc hic ſum*; tanquam diceret. Non diu ero vobiſcum. Naturali igitur calore ab extremitatibus membrorum ad vitalia ſua ſecedente, pedes eius algere cœperunt, quos fratres rebus calidis & fricationibus calefacere voluerunt, quibus ipſe

ipſe dixit: *Neſcitis fratres quod homini mortuo pedes* „
prius infrigidantur? Et tunc vlterius ab inceptis „
ceſſauerunt.

Porrò nullas in extremis ſuis paſſus eſt impreſſiones ſe turbantes, ſeu alienas fantaſias per angelos malos ſibi immiſſas; ſed mentis & rationis compos in valde bona cordis ſui pace & quiete ſabbato poſt Andreæ, quarto Nonas Decembris, infra *Gloria in excelſis* Miſſæ ſummæ, quæ ante Aduentum Domini de beata Virgine, quam ſpecialiſſimè dilexerat, ſolemnis cantabatur, in præſentia fratrum felicem Deo reddidit animam, per Angelos ſanctos & fratres in *VVindeſem* ante ſe defunctos, cum actione gratiarum & laude magno vultui gloriæ creatoris honorificè præſentandam. Pro cuius felici tranſitu ad cæleſtem patriam ſtatim in eadem Miſſa addita eſt collecta; & eâ finitâ, alia ſtatim Miſſa pro defunctis ſubiuncta, Cuius corporis exuuias in choro collocatas vſque in craſtinum, primam videlicet Dominicam aduentus Domini, cum Miſſis, Vigilijs, Pſalmodijs, & Orationibus reuerenter conſeruantes, in eodem choro ante gradum ſanctuarij poſt finem ſummæ Miſſæ, fratribus noſtris mœrentibus, & quibuſdam flentibus, eccleſiaſtico more deuotè ſepelierunt,

Moritur.

Ante gradus ſanctuarii ſepelitur.

CAPVT XXI.

Probatio ſaluationis eius; & quot annis rexit; quot fratres ad obedientiam ſuſcepit; & eius epitaphium.

FElicem animam deuoti Patris *Ioannis de Hueſden* per manus ſanctorum angelorum, fratrumque noſtrorum defunctorum in præparata habitacula beatorum iam eſſe perducta præmiſimus, cuius teſtimonia credibilia facta ſunt nimis authoritate euangelica, reuelationibuſque ſanctis certiſſimè comprobanda. Dei enim filius, Dei virtus & ſapientia, homo Chriſtus IESVS veram ſcalam virtutum octo diſtinctā ſcalaribus à terra in cælum perpendiculariter porrectam, cunctis in ſe credentibus in ſuo ſancto erexit Euangelio, qui ſuis imitatoribus à conualle plorationis deuotè eam aſcendentibus, & canticum graduum decantantibus æternam in cælis beatitudinem repromiſit, ſingulis eius ſcalaribus ſingulares præmiorum beatitudines finaliter adiungens.

Ioannis de Hueſden Prioris virtutum elogium.

Hanc ſummæ perfectionis ſcalam cæli cacumen contingentem in cunctis ſuis gradibus Pater iſte *Ioannes* pro ſuo modulo deuotè aſcendit. Pauper fuit ſpiritu, ſapiētiæ propriæ pertinaciter non innixus; ſed Domino Deo & ſuis fratribus benè ſapientibus benignè ſubmiſſus. Mitis fuit cum proximis, & corde multum humilis, pre magnâ verecundiâ valdè humiliter ſentiens de ſeipſo,

ſeipſo, & ſe talem alijs ad oculum demonſtrans. Et ſua propria aliorumque delicta anxiè defleuit. Eſuriuit & ſitiuit iuſtitiam; omnem deteſtans iniquitatem, eamque in ſeipſum & in ſibi ſubiectos perſequens & caſtigans, vt ipſi coram poſiti frequenter aſpeximus. Sic & animarum ſitiens valdè ſalutem in pluribus eam locis & perſonis promouit, & etiam procurauit. Verè fuit miſericors pauperibus & hoſpitibus, etiam vltra vires miſericordiam exhibendo, & nobis ſuper omnia ipſam recommendando. Mundus fuit corde ab initio conuerſionis ſuæ vſque in finem vitæ, pro corde mundando, & in puritate conſeruanda, tot deuota exercitia, tam ignita orationum ſuffragia quotidie frequentando. Fuit quoque pacificus; monaſterium noſtrum in *VVindeſen* in ſumma ſemper pace & charitate ſeruando, ac noſtrum generale Capitulum in vno primò recollectum, vnius moris in domo, eorumdemque ſtatutorum eſſe faciendo. Et in his omnibus indefeſsè perſeuerans, plures hominum peruerſorum tanta bona impedire conantium improbitates, varioſque conatus & rerum euentus æquanimiter portauit, aut prudenter declinauit; ideoque præmia iuſtorum, beatitudineſque ſanctorum, in gaudium Domini ſui iam ingreſſus, non immeritò eſt adeptus. Quemadmodum etiam per reuelationes magnis patribus oſtenſas, nunc reſtat declarare.

Contigit ante paucos dies ſui obitus, vt duo fratres notabiles de Monte ſanctæ Agnetis propè Zvvollis ordinis noſtri, dictum Priorem

Viſio Thomæ de Kempis. noſtrum ſuper certis rebus conſulturi in *VVindeſem* aduenirent; quorum vnus frater *Thomas de Kempis* vir probatæ vitæ, qui plures deuotos libros compoſuit, videlicet. *Qui ſequitur me de imitatione Chriſti*, cum aliis, nocte inſecutâ ſomnium vidit præſagium futurorum. Aſpexit namque in viſu noctis concurſum ſpirituum beatorum fieri in cæleſtibus, quaſi pro alicuius obitu celeriter feſtinantium, ſtatimque tabulam tanquam pro morientis exitu in ſomnis audiuit pulſari, vt exinde experrectus euigilaret. Surgens ergo de lecto, & quidnam eſſet factum volens ire viſum, neminem percepit. Erat autem manè ante horam quintam, & fratres adhuc dormiebant. In ſe itaque reuerſus cœpit tacitè cogitare, quòd Prior in *VVindeſem* in breui eſſet migraturus; nemini tamen de *VVindeſem* tunc retulit viſionem, ſed clerico de Brabantia ſecum inde pergenti dixit in ſecreto: dicatis Domino *Hermanno Scutken* in Theniſ-monte commoranti, ſi Priori velit loqui in *VVindeſem*, quàm citò veniat, quia diu hîc non erit, ſi vera fuit viſio, quam hac nocte vidi. Qui non longè poſt Miſſam, viam vniuerſæ terræ eſt ingreſſus.

Æterna eius in cælis gloria, & vera inter ſanctos & electos Dei beatitudo, cuidam fratri in *VVindeſem* ſeniori, magnæ contemplationis viro hoc modo fuit oſtenſa. *Alia viſio.* Clarâ enim die ſupra ſe raptus in ſpiritu Dei, magnalia vidit in viſionibus primum videlicet ordinis noſtri inſtitutorem ſanctum Patrem noſtrum *Auguſtinum*, cum Angelis ſanctis in quadam ſolemni proceſſione in cælo celebrata, magiſtrum *Gerardum Magnum* vnâ manu tenentem, quem omnes patres, fratres & ſorores

rores deuotarum congregationum tunc defuncti cum ingenti cordis lætitia & æternæ felicitatis gloria proceſſionaliter ſunt ſecuti, venerabilem quoque virum fratrem *Ioannem de Hueſden*, olim in *VVindeſem* Priorem altera manu continentem, quem etiam omnes Patres, fratres & ſanctimoniales ordinis & Capituli noſtri tūc defuncti, cum ſimili cordis lætitia, & felicitatis gloria, inæſtimabilis claritatis ſtolis albis pulcherrimè decorati, proceſſionaliter ſequebantur. Vbi ſinguli eorum nimio decore iuxta ſua merita, virtutum perfectiones in terra conſummatas glorioſè ſplenduerunt, prout hæc ipſa in reuelatione prædicta latiùs ſunt deſcripta hîc inferiùs, cum de eodem fratre tractauerimus, in forma inſerenda.

Magnus ergo Pater noſter *Ioannes Hueſden* annos natus viginti quinque inueſtitus, annos natus viginti octo in Priorem electus & confirmatus: triginta tribus annis Prioratus officium laudabiliter & vtiliter in *VVindeſem* gubernauit, Capitulo noſtro generali, cunctiſque deuotis Pater exiſtens & patronus gratus & ſolatioſus, qui ad omnes charitatem communem & inuiolatam vſque in finem cuſtodiuit. *Præfuit in VVindeſem triginta tribus annis.*

Ardens amator erat ſcripturarum, & erga Patrem noſtrum ſanctum *Auguſtinum* affectu feruebat ſingulari; cuius librorum copias ſummo ſtudio procurauit. Ipſe in regimine poſt octo fratres primos, triginta duos clericos ad ordinem ſuſcepit, omneſque, tribus demptis, etiam ad profeſſionem; quatuordecim conuerſos inueſtiuit, quorum tamen duos ad habitum canonicorum regularium poſtmodum admiſit, quatuor *Quot fratres ad obedientiã ſuſcepit.*

 dona-

donatos, & alios ferme quinquaginta clericos, laicos ſeu familiares, ad perpetuam cohabitationem, propter opera monaſterij exteriora peragenda, & præſertim ad Deo ſeruiendum pro æterna animæ ſuæ ſalute, de conſenſu fratrum ſuorum conuentualium gratioſè admiſit. Omnia & ſingula præmiſſa ſuperiùs deſcripta ab ipſo & in ipſo vidimus & audiuimus quæ ad vtilitatem legentium breuibus explicauimus, maioribus maiora reſeruantes.

EPITAPHIVM IOANNIS VOS AB HVESDEN.

QVadringentenis, millenis, bis duodenis
Altera lux annis ſub menſe Decembre, Ioannis
Vos corpus tumulat, & lachrymas cumulat.
Primus honore Patrum, pater hic, & gloria fratrum,
Hueſden quem genuit, vt iubar emicuit.
Officio gratus, fidus, prudens reputatus.
Famine præclarus, cunctis ſatis vndique charus,
Duxit fœcundam vitam ſine crimine mundam,
Hinc tulit è mundo fructum multum redeundo,
Qualis huic pietas fuerit modo non capit ætas.
Omnia namque fuit omnibus vt decuit.
Hoc ſpargente, bona redeunt ſibi plurima dona,
Et dare cum ſtudit, ditior ipſe fuit
Dum memor vt canitur: da, tibi tunc dabitur.

Digitized by Google

Sic fuit in donis, hinc iunctus in æthere thronis,
Cælica quæſiuit, modò guſtat quodque ſitiuit,
Tranſiit è cœno ſeculi tumulatus arena
Fructu centeno cumulatus donoq; deno.
Hæc ita credamus, hæc credita ſic teneamus,
Vt tamen oremus piè, quod ſequitur rogitemus,
Rex venerande poli vitam ſibi claudere noli
Sed ſibi da requiem, da ſine fine diem.
Amen.

CAPVT XXII.

De conuerſione, inueſtitione, & ſancta conuerſatione fratris Arnoldi Kalker, *ſecundi Supprioris in* VVindeſem.

Arnoldus Marvvyck de Kalker Supprior.

VIdimus in *VVindeſem* ſanctæ converſationis & venerabilis vitæ virum fratrem *Arnoldum Marvvijc de Kalker* oppido ducatus Clicnſis, diœceſis Colonienſis oriundum. Qui in iuuentute ſua liberalium deſiderio ſcientiarum Dauentriam, vbi tunc particularium ſtudiorum gymnaſia permaximè floruerunt, adire feſtinabat. Quo ibidem ad tempus demorante, fama ſanctæ conuerſationis deuotorum Patrum *Dauentrienſis* congregationis ad eum peruenit, emendatioriſque vitæ deſiderio flagrans dictis deuotis Patribus ſe coniunxit, & ſacras lectiones admonitioneſque deuotas ſtudentium more ſcholarium ab ipſis libenter audiuit. Qui iuuenem bonæ indolis, bene morigeratum, conuerſatione ſuauem, natura quietum, & ſancti eum propoſiti eſſe conſpicientes, arctiùs ad ſe trahere, mundi contemptum perſuadere, & ad meliora prouocare quotidie ſatagebant. Quem Dominus *Florentius* in domo ſua Dauentriæ cogitauerat retinere: ſed obſeruantiæ regularis viſendæ gratia aliquando miſſus in *VVindeſem*, ibidem à fratribus benignè fuit ſuſceptus, & à deuoto Patre *Ioanne de Hueſden* ſalutaribus monitis ad religionis ingreſſum conſequenter inductus. Quod audiens Dominus *Florentius* charitatiuam ei pro

Coniungit ſe Patribus Dauentrienſis Congregationis.

Digitized by Google

ei pro laude fratris *Arnoldi* epiſtolam ſcripſit in hæc verba,

Chariſſime pater, quia Arnoldus Kalker *clericus ad nos afficitur, credo quod propter hoc ipſum libenter haberetis. Nos etiam bene indigemus eo, & alijs pro diuerſis locis aſſumendis, non ſuaderem quod multum ei applauderetis & inuitum ad religionem traheretis. Etiam pater chariſſime, periculum noſtræ imminet congregationi, niſi cautè reſpiciamus ad perſonas quas ad nos capimus, vel à nobis emittimus. Si aliquis eorum, quos intendiſtis inueſtire, potius nobiſcum quàm vobiſcum vellet permanere, an talem ſine affectione ad religionem deberem exhortari, ego dubito.*

Item ex alia eius epiſtola. *Spero quod bonum ſit vt Arnoldus Kalker, Ioannes Broechuſen de Zuzato. Goſvvinus Tyacen, Ioannes Brinkerinc, Ioannes de Vianen, & Henricus Mande de Dordraco pro primo in VVindeſem inueſtiantur, quia ad vos ſatis afficiuntur; in veſtro tamen ſtabit arbitrio. De VVilhelmo Klinckert de Scoonhouia propoſui fratribus, & omnes timemus quod nimis debilis ſit ad religionem, timidus & puſillanimis, non multum actiuus, ſed poteſtis eum probare. Salutetis fratres* Wernerum, VVilde, Kempen, *& ceteros in Domino.*

Anno igitur gratiæ, milleſimo tricenteſimo nonageſimo ſecundo, ipſo die ſancti Bonifacij Epiſcopi & Martyris, duo iſti viri electi frater *Arnoldus* Kalker, & frater *Ioannes Broechuſen* habitum ſanctæ religionis per *Ioannem de Hueſden* in VV*indeſem* Priorem pariter ſuſceperũt. Quorum primus frater *Arnoldus* Kalker, de quo nunc agimus, vir fuit magnæ reuerentiæ, ſtaturæ proceræ, latus in corpore, dilatatus in charitate, ſuauis affabilitate, prudens in ſermone, rigidus in corre-

1392

Suſcipit habitum in VVindeſem.

Arnoldi ſtatura & indoles.

correptione, conſolatorius in tentatione, aſpectu reuerendus, inceſſu maturus, inter fratres benignus, inter hoſpites venerabilis & multum amabilis, infirmis compaſſiuus, miſericors pauperibus, & omnibus bene gratus. Qui profeſſione ſuâ factâ ad ſacros ordines promotus, fratre *Henrico VVilde* primo in *VVindeſem* Suppriore, in primum Priorem in Emſteyn electo, ipſe ad Supprioratus officium in *VVindeſem* eſt aſſumptus, qui triginta quinque & eò amplius annis pæne continuis laudabiliter valde rexit, niſi quod interim in *Fonte beatæ Mariæ* propè Arnhem, primus Prior factus, dictum monaſterium annis duobus in omni ſanctitate & religione deuotè gubernauit.

Henricus VVilde Supprior VVindeſemenſis eligitur in Priorem in Emſteyn.
Fit Supprior in VVindeſem.
Prior fontis B. Mariæ.

Hic in Supprioratus officio piam & benignam matrem non nouercam congregationi noſtræ in VV*indeſem* cunctiſque deuotis fratribus & ſororibus ſedulò ſe exhibuit, quibus veræ conſolationis vbera ab vberibus internæ deuotionis ſuæ frequenter eliquabat, fratreſque ſuos variis tentationibus & diuerſis fantaſiis laborantes in priſtinum ſanctę deuotionis ſtatum ſæpe reduxit: & vt in Dei timore, in bonis exercitiis & ſancta conuerſatione quotidie proficerent, ordiniſque rigorem perfectè ſeruarent, verbis ſuis & exemplis vſque in extremam vitæ ſuæ ægritudinem vbiq; præcedens, ad oculum demonſtrauit. Erat enim vir ſimplex & rectus. Deum timens, à malo recedens, bonum diligens, iuſtitiam amplectens, humilitatem vbique præferens, ſuperbiam animo deteſtans, & quæ Dei ſunt promouens ſemper & concupiſcens, facie ſerenus, naturâ quietus, corde purus & in cunctis ſuis actibus verbis & geſtibus

Variæ eius virtutes.

geſtibus religioſè facetus. Omnes diligens, ab omnibus dilectus, nullum odiens, à nullo oditus, cunctis affabilis, nemini amarus, ita animi tranquillitatem & corporis compoſitionem vbique in ſe contemperauit, vt incommutabilem futuræ vitæ gloriam præoſtendere nobis videretur.

Scrupuloſus non fuit, nec fratres ſuos in angarias & conſcientiæ perplexitates inducens, ſed mente, ſermone, & ratione planus & ſerenus; doctores enim eccleſię, & Patres noſtri primitiui conſcientias timoratas nunquam ſuis ſermonibus ad animi intricationem & perplexitatem inducere conſueuerunt, vt nobis in ſcriptis ſuis apertè reliquerunt. Sed modo ſunt nonnulli doctores nuncupati, qui rem in ſe leuiſſimam, in vtramque partem trahibilem, in pœnis interpretantes, peccatum mortale affirmantes, quod tamen in ſe nullum aut tantum veniale noſcitur eſſe peccatum; id minimè perpendentes quod homo bonæ voluntatis in bono manens propoſito, qui talem ſe ſentit in corde, quod ante in corpore mori præeligeret quàm mortaliter peccare vellet; non tamen leuiter poteſt peccare mortaliter, quia anima moritur mortaliter peccando, quæ melior eſt in ſubſtantia quam centum humana corpora.

Conſcientiæ non eſt ingerendus ſcrupulus.

CAPVT

Capvt XXIII.

De humilitate & charitate eius corporaliter & ſpiritualiter fratribus ſuis & clericis exhibitis.

HVmilitatem cordis ſui frequenter nobis opere & ſermone monſtrauit. Cum enim propter rupturam graues non poterat exercere labores, vt licet bonam haberet vocem, vt vnum aliquando chorum cum paucis teneret, nec altos, nec fortes facere potuit in choro clamores, hæc tamen veræ humilitatis actionibus ſæpe recompenſauit. Denique vbi alii magnis trabibus in altum leuandis, grauibuſque oneribus portandis ingenti cum conamine inſudarũt, ipſe præſens in curia aſſiſtẽs haſtulas ſub carpentariis in vnum colligere, ſportulas fratrum diuerſa portantium cum aliis adimplere, quaſcumque immunditias hinc inde congeſtas libenter exportare, & plura his ſimilia ſanctæ humilitatis officia ſtuduit exercere. Fratres etiam ad opera diſpoſiturus, & in capitulo ſeu confeſſione pœnitentiam iniuncturus, non dixit faciatis, aut legatis hoc vel illud quaſi imperando; ſed magis dixit quaſi optando, poteſtis hoc vel illud legere pro pœnitentia, & poſſetis hoc facere vel illud offerre, cæteraque ſimilia. Sæpe etiam culpis ſuis in capitulo dictis, diſciplinisque receptis, conſcientię purgatioris amore de profundo corde genibus flexis manibuſque complicatis dicere con-

Fratrum labores veræ humilitatis actione recompenſat.

conſueuit. *Chariſſimi Patres & fratres, oretis Dominum Deum pro me, vt dimittat mihi peccata mea, vel vt det mihi gratiam humilitatis, aut emendandi vitam meam*, & ita cum oſculo mattæ abiit in locum ſuum.

Patrem venerabilem *Ioannem Hueſden*, & fratrem *Gerardum* procuratorem ſummo venerabatur affectu, & omnes Patres in ordine ſe præcedentes condigno pertractans honore, ſublimia de eis ſenſit & pronuntiauit. Ipſe autem, iuxta Pauli ſententiam *alios rectè iudicans, à nemine iudicabatur*.

Honorat ſuos Superiores.

1. Cor. 2. v. 15.

Patres capituli noſtri generalis, & omnes Patres fratres & ſorores deuotarum congregationum nos viſitantes, & familiariter ſecum conferentes, ſeu cum ipſo conuerſantes angelum Dei ſe videre, & patrem dilectum, fidelem amicum, optimum conſolatorem & efficacem protectorem ſe reperiſſe exiſtimabant, qui omnes ad ſe declinantes, obuiis manibus, amoroſis affectibus, charitatiuiſque ſermonibus benignè ſuſcipere & humanè conſueuit pertractare. Et quia totam modernæ deuotionis nouit originem, & omnes pæne Patres, Priores in omni circa regione ipſe agnouit, frequenter nobis de ipſis enarrauit, memoriæ noſtræ geſtiens imprimere, quod dicti Patres & nos, omniſque temporis huius fermè deuotio, ex vno orti ſumus principio, ideoque non immerito charitatiuè valde nos inuicem diligere, aſſiſtere & adiuuare debemus.

Erga cunctos aduentantes affabilitas.

Cum autem magiſter eſſet nouitiorum, conuerſorum & clericorum, frequenter cellas viſitans ſingulorum, bonum ſemper in corde & ore punctum ſecum deferens aiebat. *Diſcite à me*

quia mitis ſum & humilis corde: vel, *beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum: Item, labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit*: **Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.** *Ama neſciri; diſce mori*, aut alia his puncta ſimilia. Poſt hæc interrogauit eos quomodo ſe haberent, quid facerent, an in virtutibus & bonis exercitiis proficerent ſeu deficerent, an neceſſaria ſua bene haberent, & quomodo in conſcientia & pace ſtarent. Si quem triſtitia aut tentatione quacunque innodatum reperiſſet, ſtatim cum eo ſe poſuit ad ſedendum, & tentationis ſeu triſtitiæ eius inueſtigata origine & cognita ratione, ad ſtatim de libris ſanctis, & propria experientia ſalubria tentationum ſingularum antidota, & vera vitiorum remedia adhibere curauit, nullumque deſeruit, nec ab aliquo receſſit, niſi primimitus ipſum melius habentem, bene pacatum, aut vidiſſet omnino liberatum. Sic paruulos in ſpiritu pro vitiis extirpandis, & virtutibus congregandis quotidie laborantes vt mater pia filios dilectos enutrire, & in bonis moribus, veriſque virtutibus ſollicitè cuſtodire, ſedulò ſatagebat.

Matth. 11. v. 29. Matth. 5. v. 3. Pſalm. 127. v. 2. Matth. 5. v. 8.

Eius modus exercēdi nouitios.

Clerici tamen & laici in *VVindeſem* vnum ex deuotis presbyteris, aut clericorum ſeniorem habent deputatum, ad quem in ſuis tentationibus & virtutum exercitiis ſinguli liberè recurrunt, qui omnia cordis ſui ſecreta indè reuelantes, deuota exercitia, & vera tentationum remedia ab ipſo ſolent recipere. Sic olim in *VVindeſem* clerici duo fuerunt, vita & conuerſatione viri perfecti, Dominus *Albertus*

Certiſſimum contra tentamenta remedium, omnia cordis ſui ſecreta deputato alicui vndè reuelare.

bertus VVinbergen, multis annis clericus, poſtmodum ſacerdos, & *Ioannes Scutken* in clericatu decedens, & nunc Dominus *Sulpitius* ſacerdos deuotus. Quibus tamen omnibus Supprior in *VVindeſem* vigilanter ſuper intendere, & eos in bonis diligenter conſeruare, paternè curauit. *Albertus VVinbergen.* *Ioannes Schutken.* *D. Sulpitius.*

Deuotus Supprior iſte frater *Arnoldus* Kalker pro corporalibus fratrum ſuorum clericorum, conuerſorum & laicorum neceſſitatibus, indumentis, calceamentis, ſoccis & pedialibus, cibis & potibus valde etiam fuit ſollicitus; ſæpe quærens à ſingulis præſertim iunioribus, an aliquem in præmiſſis defectum paterentur. Quem aliquando inuentum quantocius emendare, & res neceſſarias fratri indigenti ad ſtatim procurare, minimè neglexit. Non enim fratres ſuos frigidis vnquam pedibus dormire, vel incedere, nec capite aut aliis membris paſſus eſt algere, proprio edoctus experimento, magnam hinc materiam, capite debilibus, phantaſiarum miniſtrare, variaque phantaſmata cerebro diſcrutiato, etiam præter mentis propoſitum & deliberatam animi voluntatem, exinde generari. Frigus enim non potuit ſuſtinere, ſed duobus pelliceis duplicique caputio ſuper paruum ſuum caputium in hieme vtebatur, quibus tamen omnibus vix tandem caleſiebat. Vnde dicere conſueuit. *Si aliud purgatorium non eſſem habiturus quam tantum frigus ſuſtinere, magnum mihi purgatorium eſſe videretur.* Mundus erat in omnibus veſtibus ſuis & rebus, vt eas rariſſimè cerneretur maculari. *Sollicitudo eius erga fratres.*

CAPVT XXIV.

Quomodo fratres tentatos conſolari, & ad proficiendum incitare conſueuit.

FRater quidam iuuenis per animi ſui perplexitatem ſæpius tentatus, cum conſolationis gratia ipſum frequenter viſitaret; quædam bona, alia de primitiuis patribus, aut exempla ædificatoria de libris diuinis poſt prima & permodica curationis eius remedia, ſolitus erat ei proponere, & lætius enarrare; de quo non parum frater ille miratus, quod ad formam debitè non reſponderet, recedens tamen inde communiter ſe ſenſit liberatum, aut in tali anguſtia melius ſe habentem. Animaduertit autem poſtmodum prudenter id eum feciſſe, vt videlicet per iſta interlocutoria bona & ſalutaria à ſuis tentationibus, inutilibúſque phantaſiis nimium ſibi impreſſis, quaſi ignorantem ipſum abriperet, & ita in proprium quietis ſinum ac mentis tranquillitatem, ipſum ſenſim reuocaret.

Frater quidam peccatis ſuis antiquis quotidianiſque exceſſibus plurimum irretitus, ſalutare remedium ab eo popoſcit. Cui reſpondit; peccata veſtra præterita per cõtritionem & confeſſionem iam deleta conſcientiam veſtram non perturbent, ſed in humilitate peccatorum vos eſſe continue recognoſcendo ſemper conſeruent Nihil enim prodeſt frequenter vertere lutum, niſi lutum generare. Cui ille. In choro de his

de his magis quam alibi perturbor; crimina quædam grauia mihi putans occurrere, quæ ſi ſtatim non ſignauero, cadunt è memoria, & ea ſic obliuiſcens, damnari pertimeſco; de choro tamen exiens nihil inde recordor, tunc reſpondit. Quia frater chariſſime in choro attendere laboratis, diabolus vos volens impedire, tales immittit phantaſias. Vnde nihil melius quam ea & ſimilia in choro ſemper abiicere, & minime curare quàm vera & quàm grauia tunc vobis videantur. Si tamen poſt Completorium, cum peccata & defectus veſtros ſignare ſoletis aliqua vera de peccatis veſtris præteritis tunc occurrerint, illa ſignare non negligatis, & ſuo tempore confiteri. Si autem nihil confeſſione dignum tunc vobis occurrerit, omnino eſto contentus, quia occupatio quæ vos in choro ita vexauit, non niſi inimici tentatio fuit, rem tantam intercidere molientis. Cum ergo ſimiles in choro cogitationes & phantaſiæ perturbantes poſtmodum ipſi ſuperuenirent, reſpondere conſueuit. *Vos poteſtis ire. Nolo vos habere.* Et totiens quotiens deinde redierunt ſemper ſimilia reſpondit dicens. *Recedatis. Do vobis licentiam*, Sic ad ſingulas ineptas cogitationes quas habere noluit, facere conſueuit, donec per Dei gratiam in poteſtate cor acquireret, dicens phantaſiis vt recederent, & receſſerunt.

Scrupuloſis ſuccurrit valide.

Examen conſcientiæ poſt Completorium.

Frater quidam iuuenis plurimum tentatus, cum cordis ſuis perplexitates tribus diebus ſuſtinens, minimè fuiſſet liberatus, in quodam Completorio pro conſolationis remedio Supp-priorem adire cogitauit. Cum igitur firmiter in animo concepiſſet, id ſtatim in corde mentis per-

ſenſit lætitiam. Diabolus enim in apertione oris eius immiſſiones ſuas turpiſſimas & nequiſſimas patri ſpirituali timens reuelandas, confuſus abceſſit, cordeque lætitiam & ſpirituale ipſi gaudium impedire ceſſauit, ſecum ad Suppriorem accedere erubeſcens. Completorio igitur finito, Suppriorem circa dormitorium apprehendens cauſam triſtitiæ & tentationis ſuæ genibus flexis eidem aperuit, dicens; Chariſsimè Pater valde fui grauatus, quia quod in veſperis iam cantauimus. *Obumbraſti ſuper caput meum in die belli*, Dominus in die iſto belli mei in me compleuit, cum nullum gratiæ lumen in meis tentationibus ad tres pæne iam dies perſenſerim. Cui protinus reſpondens ait. *Et in Deo meo tranſgrediar murum*, cum nulla dæmonum tam valida poterit eſſe tentatio, quin in Dei nomine, ſicut cera à facie ignis continuo diſſoluetur. Deinde ipſum in cellam ſuam recipiens, & omnis tribulationis ſuæ ſeriem plenius intelligens, conſolans ipſum ait. Frater chariſsimè, pius Dominus Deus noſter in veritate vos diligens in lumine gratiæ ſuæ, & etiam in mentis veſtræ tenebris, dulcedine & ariditate, in conſolatione & deſolatione, in laudibus & vituperiis fortem & æquabilem, ſtabilem & inconcuſſum volens permanere, atque in eſſentiali veraque deuotione, & fidei veritate firmum ſemper conſiſtere, & non in ſenſibilibus ſentimentis, fallaciis, interdum ſuauitatis confidere, vos hoc modo ſolum incedere pertentauit. Sicut enim mater vnicum filium vteri ſui volens docere ſolum præcedere, ipſum manibus & brachiis ad ſedes & ad ſcabella ſolet acclinare, at dum paruulum ſuum inde retractis manibus caſu-

Pſ. 139. v. 8.

Pſal. 17. v. 30.

Digitized by Google

rum conſiderat, ſtatim extenſis brachiis ipſum „ amplexans iterum ad ſe recipit, ſic Deus no- „ uitium ad ampliora ſanctitatis cacumina vo- „ lens perducere, & animi ſui teneritudinem „ ſolidiori cibo aſſuefacere, manum conſolatio- „ nis ſuæ ab eo ſubtrahere ad tempus videtur, „ ſed ne in via deficiat denuo nouam conſola- „ tionem ſibi infundere, & in veram vitæ viam „ iterum ipſum conſolidare dignatur. Non er- „ go contriſtemini cum à dulcedine diuini ſapo- „ ris derelictus videamini, ſed in maiorem id vo- „ bis profectum euenire non dubitetis, quo- „ niam *ſic viuitur*, & in hoc exilio peregrinatio- „ nis noſtræ, & *in talibus vita ſpiritus noſtri*, do- „ nec in patriam noſtram intrauerimus; vbi beati ſine fine permanebimus. Hunc ergo fratrem bene conſolatum ad cellam ſuam ire conceſſit, ſummum dicens omnium tentationum fore remedium, cui nulla poterit vnquam inimici tentatio præualere, ſi iuniores cunctas inimici ſuggeſtiones, quantumcumque ineptas & turpes, ſpirituali Patri aut fratri ſuo conſiliario, ad purum reuelare continuò curauerint.

Poſt tentationes pia conſolatio.

Iſaiæ 38. v. 16.

Omnium tentationum remedium cunctas inimici ſuggeſtiones etiam turpiſſimas ſpirituali Patri reuelare.

Venit aliquando frater quidam iunior ad dictum Suppriorem, ipſi inter cetera confitendo. Miror quam magna ſunt quæ facio, ſuam per hoc ſuperbiam ex integro volens exprimere, quia ſecundùm Gregorium, *ſuperbi cum parua faciunt, hæc magna arbitrantur, & humiles magna facientes, reputant eſſe parua.* Quo audito ſtatim Supprior intulit. Et quid eſt quod vos facitis, quod „ nos non facimus? Vnde ergo miramini? „

Qui reſpondit. Eſt culpa mea. Conſideraui attentè quæ & quanta in choro, in refectorio, clauſtro & dormitorio ego ipſe perficio, cantando, legendo, orando, laborando, tentationibus reſiſtendo, deuotioni inſiſtendo, & deuotis exercitiis quotidie me occupando; quod autem hæc omnia multoque maiora alii fratres mei ſimiliter perficiant, hucuſque non aduerti, proprium laborem in his habens præ oculis, aliorum ſudores nondum conſideraui. Ita in vnico formali Supprioris verbo in ſe reuerſus gratias egit Deo & Suppriori ſuo de bona informatione.

Vnico verbo ſuperbiam expellit.

Nouitius quidam in *VVindeſem* Suppriori præfato tunc magiſtro ſuo ſolitus confiteri, punctum ſibi grauiorem in fine ſeruauit exprimendum, licet quidam alii ſanius ſapientes maius conſcientiæ ſuæ grauamen in primis confiteantur. Hic autem nouitius quamuis ſuper ſuam cuſtodiam continuè ſtare conaretur, & ſuper iuueniles affectiones & tirocinias cogitationes ſummopere vigilare, carniſque concupiſcentias ab animo propulſare; attamen cor ſuum tenerum & inexpertum ab omni affectione mala non poterat purum conſeruare, quin ſaltem aliquando, vel ſemel in hebdomada ad carnalia quædam, cum aliquali morula ſuperficialiter cogitanda, ſubitò prolaberetur. Vnde tener eius animus in ſpiritualibus nondum exercitatus obiectis cito cedere importunè cogeretur. Hoc ergo confeſſurus in fine adiecit dicens. Ego etiam cogitationes habui carnales, quibus plus attendi & affectatus fui quam debui. Cumque hoc modo pluries confiteretur, Supprior quadam vice ipſi reſpondit dicens. Hoc ſemper condependent

Maiora conſcientiæ grauamina primo confitendi.

Con-

Confeſsione peractâ, & pœnitentiâ cum abſolutione receptâ frater ille plurimum in ſe erubeſcens, carnales cogitationes amplius admittere omnino formidauit. Et cum fornicationis ſpiritus ſeu carnis delectatio mentem eius teneram cœpiſſet titillare, tunc carnis concupiſcentiis & ſuo tentatori dicere conſueuit. *Recedatis à me, nolo vos habere. Si bene vos admitterem oporteret me confiteri; & quid tunc Supprior deberet reſpondere? amplius non audeo ad ſua tribunalia huiuſmodi proferre, quapropter recedite, & ſeruum Dei tentare nolite, ne ab eo denuo confuſus recedere compellar:* humanus ergo timor à peccato cuſtodiuit quem timor Dei nondum plenè poſſedit. Sic verba ſapientum, quaſi ſtimuli in altum defixi, docibiles iuuenum mentes ad boni malique diſcretionem aſſuefaciunt, & componunt.

„ Timor humanus expellit peccatum.

Frater quidam iunior multum apud Deum pro deuotione habenda in ſuis laborans exercitiis nihil profecit, & vt ſibi videbatur, cunctis ſuis conatibus omnino fruſtratus eam non potuit obtinere. Qui tandem accedens ad Suppriorem ſuper hoc ſibi remedium præſtari precabatur. Videns autem Supprior ipſum nimiâ ſollicitudine pro deuotione impetranda ſeipſum impedire, & tali nimietate cor ſuum anxiatum & turbatum ad quietem, animique tranquillitatem non poſſe redire, dixit ei: *Frater chariſsime. Si Deus vobis deuotionem dare noluerit, bene: retineat eam ſibi.* Quo verbo frater ille primum ſtupefactus, eo quod is, qui eum ad maiorem pro deuotione habenda ſollicitudinem prouocare debuerat, vt putauit, iam ita ſimpliciter ipſum ad pacem ponere ſe debere bre-

ui ſermone adhortabatur: benę factum eſt, vt qui prius, quaſi ſe rumpere deberet, pro deuotione laborauerat, ex hoc verbo ad cordis ſui tranquillitatem & pacem reuerſus, poſtpoſitis mentis anguſtiis, & intricationibus ſcupuloſis pedetentim cœperit interius illuminari, & quàm ſuauis ſit Dominus paulatim deguſtare.

CAPVT XXV.

De authoritate & diligentia eius in libris corrigendis, & de interiori conuerſatione & morte præfati Supprioris.

TAntę authoritatis & gratiæ fuit iſte Supprior, deuotus apud Deum & homines, præſertim apud Patres & monaſteria capituli noſtri generalis, vt verba eius & opera ex tunc vſque hodie in authoritate, & quaſi pro lege vbique, ſeruentur. Ipſe enim in vita ſua exemplar fuit, & forma modernæ noſtræ religionis, decus & gloria monaſterij noſtri in *VVindeſem* & veritatis columna, totius capituli noſtri generalis, Pater omnium ſingularis poſt Priorem appellatus, ad quem in cantibus & accentibus, in Biblia & ortographia, in ordinario & ſtatutis atque in cunctis ſuis dubiis omnes vndique confluebant, reſponſa eius & acta pro cuncta lege reportantes; qui ſemper in reſponſis valde fuit formalis.

Magna Supprioris authoritas.

Omnium enim librorum noſtrorum librariæ, & choralium principalis fuit corrector, ordinarijque & conſtitutionum præcipuus compilator. Nunquam in cella fuit otioſus, ſed omne tem-

Præcipuus Conſtitionum Capituli VVindeſemenſis compilator.

ne tempus ſibi vacans à diuinis, in libris corrigendis, debitè punctuandis, artificialiter accentuandis, cantibuſque virgulandis cum bonus eſſet ſcholaris, & muſicus artificialis ſtudioſius impendit. Ita vt in confeſſionibus audiendis etiam ab hoc opere ſancto minimè ceſſaret. Niſi enim ipſe tantam in libris corrigendis operam impendiſſet, iam nos, noſtrumque generale capitulum tot bene correctos, punctuatos, & accentuatos libros non haberet. Nobis ipſe laborauit, & nos in eius labores iam quieti intrauimus. Magnus erat Biblicus & non minor hiſtoricus, vt nec vnum verbum aut iota in choro aut refectorio tranſire poſſent ab eo incorrecta. Fortis erat in capite, optimam habens memoriam, ſcripturarum, perſonarum & rerum geſtarum, etiam verborum & temporum multorum facillimè reminiſcens.

Diligentia eius in libris corrigendis.

Deuotionem verò mentis ſuæ interiorem quis dignè poterit explicare? In exteriori phyſionomia profundæ non iudicabatur, ſpeculationis aut extaticæ contemplationis, ſed ex amoroſa manuum ſuarum complicatione, & frequenti oculorum in cælum ſubleuatione, affectuoſaque cordis in Deum ſuſpiratione, nouum lumen gratiæ in abundantia interioris lætitiæ ſibi illuxiſſe non immeritò credebamus, qui non interiorem eius ſuper nos conuerſationem aſpicere poteramus, laicis enim in die feſto, in ambitu monaſterij de regno Dei faciens collationem, manibus complicatis dixit inter alia. » *Deo gratias quod hic ſemper non erimus, ſed vbi* » *Deum facie ad faciem in æuum videbimus.* Hæc dixit ex ſententia, de corde puro & bona con-

ſcientia,

ſcientia, fideque non ficta, intus bene præſentiens cui ſua opera de genere bonorum commiſerat reponenda. Frequenter ſic affici, & futuræ vitæ gaudia præ dulcedine Dei & decore domus eius quem dilexit, in hac valle miſeriæ ſæpius prægustare, eamque deuotiſſimè à longè ſalutare cernebatur, vt eius deſiderio, fruibilique præſentia, & longa dilationis eius expectatione inter Miſſarum ſolemnia multarum lachrymarum gratia eum ſæpe perfuſum videremus.

Inter Miſſarum ſolemnia lachrymatur.

A primis igitur religionis ſuæ annis primus pæne & vltimus in choro & refectorio ſemper ſine repodiatione, & brachiorum ſuper ſtalla reclinatione communiter in choro ſtare conſueuit, paruo cum baculo circa finem vitæ ſub cappa regente ad conuentum procedens. Qui dum quadrageſimum ſecundum religionis ſuæ annum intrauiſſet, appropinquante tempore, quo tantis ſuis laboribus Dominus finem imponere, & condignam meritis ipſius mercedem retribuere decreuit, ante mortem ſuam per quatuor & eò amplius menſes, more fratrum in *VVindeſem* decedentium, infirmatus, vt purgatior redderetur quartanè febribus cœpit æſtuare, lectoque decumbere.

Videns eum frater quidam ad extrema vicinare, factum quoddam ſcrupuloſum ipſi ſtuduit indicare. Cui continuo reſpondit. *Nolite rebus talibus cor meum prægrauare*; illud nimirum rememorans, quod deuoto viro Domino *Ioanni de Gronde*, magiſtri *Gerardi Magni* diſcipulo, & primo ſororum in *Dauentria* confeſſori nouerat accidiſſe; qui poſitus in extremis inimici varias paſſus eſt tentationes, præſertim de fide & ſtimulis

Ioannes de Gronde M. Gerardi diſcipulus & primo ſororum in Dauentria Confeſſor.

lis conſcientiæ; vnde ſpes eius in Deum cœperat tepeſcere, & quaſi diſperire. Miſſum eſt illico de domo Domini *Florentij* ad omnes de *Dauentria* deuotas perſonas, vt pro eo celeriter orarent ad Deum, ne vir tantus in tali neceſſitatis articulo inimici tentationibus finaliter ſuccumberet. Quorum vota deuota Deus ab alto reſpectans, perniciosam inimici ſuggeſtionem ab eius animo clementer abegit; ita vt ante animæ exitum à corpore ab omni tentatione liberatus clamaret. *O vtinam omnes deuoti iam ſcirent quod bene ſum in pace.* Et ita in Domino requieſcens tranſiuit ad meliora. Magnus ergo Supprior iſte infirmitate corporis inualeſcente, licet per ſingulos dies videretur deficere, animum tamen vſque in finem vitæ ab omni anguſtia, & intricatione conſcientiæ liberum, & valde in Domino confidentem curauit ſeruare.

Cumque ad extremam exitus ſui horam corpore exhauſto appropinquaſſet, frater Marcilius infirmarius conuerſus dixit ei. *Pater chariſſime vos iam mori incipitis.* Qui reſpondit. *In nomine Domini, accendatis candelam & conuocetis fratres.* Priore ergo, & conuentu per tabulæ ſonum protinus accurrente, inter litaniarum ſuffragia felicem Deo reddidit ſpiritum, reuerſus ad eum qui dedit illum, ſub anno gratiæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto, tertio calendas Februarij, horâ veſpertinâ, Miſſarum ſolemnijs, Pſalteriis & Vigiliis, ceteriſque defuncti ſuffragiis deuotè completis; die tunc craſtina, ante chori oſtium, in ambitu monaſterij, circa murum feneſtrarum vitrearum, ad pedes fratris Hen-

F. Marcilius infirmarius.

Arnoldi Kalker obitus.

1434.

Henrici Valuis, eccleſiaſtico more, condecenti traditur ſepulturæ. Tunc frater *VVilhelmus Vornken* Prior noſter in *VVindeſem* domum capituli ingreſſus dixit conuentui. *An ignoratis fratres quod maximus in Iſraël hodie inter nos per mortem occubuit?* Mores autem eius; ſancta vita eius, & conuerſatio in imitationis exemplum ante oculos noſtros ſemper permaneant, qui licet corpore mortuus ſit, in noſtris tamen moribus vita eius ſemper reſplendeat.

VVilhelmus Vornken Poior in VVindeſem.

Laus Arnoldi à morte.

CAPVT XXVI.

De conuerſione, inueſtitione deuotis exercitijs & contemplatione fratris Gerardi Delft, *Procuratoris in Windeſem.*

VIdimus alium in *VVindeſem* fratrem, virum valde religioſum, timoratum & deuotum *Gerardum* dictum *Delft de Naeltvvijc*, qui amore ſcientiarum de Patribus *Hollandiæ* accedens *Dauentriam*, cum naturaliter humilis eſſet & verecundus; moribus probis adornatus, deuoto Patri Domino *Florentio* ſuiſque confratribus in breui factus eſt notiſſimus; religionis affectibus & ſpiritualis vitæ deſideriis continuo inflammatus; quem Dominus *Florentius*, pro religione ſuſcipienda bene inſtitutum, cum litteris teſtimonialibus direxit in *VVindeſem* huiuſmodi ſub tenore. *Chariſſime Pater*

Gerardus Delft de Naeltvvic, Procurator in VVindeſem.

Deſtinatur à D. Florentio in VVindeſem.

Digitized by Google

Pater Ioannes ſæpe multum ſum occupatus, paucis vtilis. Ecce mittimus vobis Gerardum Delft, ad explorandum ſi ad religionem valet, bene ſcit ſcribere, fortis eſt corpore, competenter placet nobis omnibus. Aliquando apparet turbulentus. Hoc magis venit de bono quam de malo; & poſt de eius profeſſione. Si permanens eſſet eius infirmitas corporalis, tunc difficile ſibi foret in poſterum omnes horas cantare; ſi autem ex inordinato timore & puſillanimitate, ſicut ego puto, tunc paulatim bene diſcederet. Dixiſtis quod hinc fratrem Gerardum mittere velletis in Hoern, bonum videtur quod de vtili perſona eis prouideretis. Ego percepi quod fratribus in Hoern nihil datur, & modicum habentes, multis hoſpitibus & debitis grauantur; bonum eſſet quod de remedio cogitaretis oportuno, & hoc Priori ibidem & Domino Paulo ſcriberetis.

Gerardus iſte ſatis gracilem non bene audibilem habuit vocem, & ideo ſcripſit quod omnes cantare horas ſibi foret difficile, & aliis inadiuuabile. Quibus tamen non obſtantibus, ob morum eius probitatem & vitæ ſanctitatem ipſe cum fratre *Goſvvino Tyacen* inueſtitus fuit in *VVindeſem*, anno gratiæ milleſimo trecenteſimo nonageſimo tertio, ipſo Die ſancti Andreæ Apoſtoli. Qui à primo nouitiatus ſui tempore vſque ad Sacerdotium, & vſq; in ſenectam & ſenium in omnibus ſpiritualibus exercitiis *Patris Ioannis de Hueſden* ſuperius vtcumq; deſcriptis, deuotiſſimè ſe exercuit. Amoroſa quoque Dominicę paſſionis exercitia, ignitaq; eloquia in magno ſtimuli amoris libello luculẽter exarata, plurimũ dilexit, vt ſuam tunicam ipſis ſe veſtiens in ſe transformauit, omnes ſuas affectiones, meditationes, inclinationes & opera ſecundum ea regulauit

Suſcipit habitum. 1393.

lauit, & ex intimo qualificauit, ſeque nihil eſſe extra ea reputauit.

Spiritualia eius vſque in ſenectam exercitia.

Magnitudinem enim ſummi Dei, inæſtimabilem eius dignationem, ineffabilem charitatem & amariſſimam paſſionem cum nimia ſui ipſius paruitate, cordis immunditia, mentis cæcitate, peccatorum fœditate & ſua omnino nihileitate in nullo ſibi conuenire, & in cunctis diſcrepare in veritate perſentiens, præ admiratione & ſtupore infinitæ bonitatis diuinę & extremæ ſuæ vilitatis in ſemetipſo liquefactus, in amorem ſic ſe amantis ſæpe videtur abſorptus, & ita die ac nocte ſolus & cum alijs in Deum cernebatur ſuſpenſus, vt præ dulcedine & decore domus eius quem ſemper præſentem cernere, reueteri, amare & contemplari videbatur, cuncta huius mundi oblectamenta, & omnia creata à ſummo bono ſe retrahētia, ab animo eius deuotiſſimo quaſi ſtercora ſunt reputata, cum ſint vanitate pleniſſima, omni veritate vacuata, quando affectus amantis in ipſis ſordidatur. Omnis autem conuerſatio, mores & vita eius enuntiabant de eo quod regnum eius non erat de hoc mundo, ſed magis de alio interno & cæleſti mundo in corde profundo.

Præ amore Dei reputat omnia vt ſtercora.

Gerardi ſtatura.

Fuit autem iſte frater *Gerardus* vir proceræ ſtaturæ, carne grauis, capite caluus & mente deuotus. Cum enim naturaliter verecundus eſſet & timoratus, ita animum ſuum ſpiritualibus exercitiis interniſque compunctionibus iuxta formam ſtimuli amoris quotidie qualificauit, vt Spiritum ſanctum induiſſe, & veriſſimam ſui ipſius cognitionem profundâ humiliatione, paruiſſima reputatione, ac ſincerâ exiſtimatione vltra

Eius profunda humilitas.

vltra communem hominum intellectum in corde ſuo depreſſus & deſpectus, cunctis ſe viliorem, inferiorem & peccaminoſiorem eſſe, alioſque in cunctis virtutibus ſe longè præire exiſtimans ab omnibus videretur.

Magnus ille Pater Dominus *Henricus de Abuys* rector congregationis ciuitatis Monaſterienſis profundam eius in Prioratu expertus humilitatem dixit nobis in *Nemore beatæ Mariæ prope Northorn* tunc demorantibus, quod profundiſſimam eius humilitatē in corde ſuo altiſſimè radicatam communis hominum experientia inueſtigare non ſufficeret, ita baſſus fuit in ſeipſo & altus in Deo. Talem itaque nobis in choro, domo, foro, villis, campis, oppidis, in otio ſancto & labore, corde, ore, manu, pede, & cunctis ſuis geſtibus, contemplando & orando ſemper ſe exhibuit, tanquam de Dei præſentia, delitiarum paradiſo, de medio lapidum ignitorum, cæleſtium ſpirituum cōſortio, & deuota exiret oratione, imò tanquam glorioſa Dei præſentia quotidie frueretur, & interiori mentis ſuæ contemplatione iugiter ibidem remaneret. Ita grauis erat moribus, ſenſibus cuſtoditus, ac verbis circumſpectus, vt inhabitantem in ſe ſpiritum ſanctum, ipſumque regentem per membrorum motus & oris eius apertionem omnes cognoſceremus, eo quod in latitudine cordis ſui, ipſum ſemper ſecum habitare, & oculis ac manibus in cœlum frequenter intendere, ignitaque verba dilectione plena continuo proferre, apertè cerneremus.

Henricus de Abuys Rector Congregationis ciuitatis Monaſterienſis.

Mirabilis fuit in exemplo vitæ.

Capvt XXVII.

Quomodo in Suppriorem electus, nouitios inſtituerit, & Procurator factus in prima ſua deuotione & feruore permanſit.

Arnoldus Kalker Prior Monaſterii Fontis beatæ Mariæ.

Gerardus Delſt Supprior in VVindeſem.

Henricus Valuis.

VVilhelmus Vornken.

VLriſte deuotiſſimus frater *Gerardus Delſt*, fratre *Arnoldo Kalker* ſecũdo in *VVindeſem* Suppriore, in Priorem monaſterij *Fontis beatæ Mariæ* prope *Arnhem* tunc electo, in Suppriorem in *VVindeſem* eius loco ſubrogatur. Cuius officium cunctis annis deuotè gubernauit. Quo in tempore duo delicati & valde diuites de Traiecto iuuenes, *Henricus Valuis*, & *VVilhelmus Vornken*, cunctis mũdi oblectationibus ſpretis, Dei amore & propriæ ſalutis gratia in *VVindeſem* aduenientes, ad ſanctæ religionis noſtræ habitum ac ordinem ſunt ſuſcepti: quorum ipſe factus eſt magiſter. Dum ergo dicti nouitij animum cum veſtibus totis ſuis viribus omnimodis immutare, atque mundo mortui ſoli Deo viuere ſedulo conarentur, exercitationis tamen gratia & humiliationis ſuæ cauſa à dicto ſuo magiſtro rigidiùs ſunt admoniti & durè obiurgati, quod Ægypti farinulam, mores ſæculares, prauas conſuetudines, geſtuſque pompoſos à ſe non abiicerent & omnino non dediſcerent, ac Chriſti veſtigiis, tritiſque ſanctorum ſemitis tenaciùs non inhærerent, & in veris virtutibus ſpiritualibuſque exerci-

Nouitios inſtituit & ſubinde rigidius.

exercitiis non magis proficerent. Quas quidem admonitiones patienter ſufferentes, libentiſſimè ſe emendare velle dixerunt & promiſerunt. Vnde fratres ſæpe mirati, eidem fratri Gerardo dixerũt: Cur verba tam aſpera, ipſis inconſueta, tam delicatis iuuenibus auderet proponere. Quibus reſpondit. *Scio fratres & bene cognoſco, quibus iſta verba propono, qui videlicet non molliter & delicatè in proprio ſenſu & voluntate, ſed per contemptum mundanorum, & per bella fortia, veraque virtutum exercitia, in veritate ambulare, fideliter Deo deſeruire, ac perennia Angelorum conſortia delegerunt promereri.* Interrogati verò dicti nouitij quomodo magiſtri ſui increpationes minus vt apparuit ſuaues poterant ſuſtinere, hilariter reſponderunt: *Nos magiſtrum noſtrum optimè recognoſcimus, ſcientes eum virum bonum & ſanctum, & noſtram ſalutem omnino ſitientem. Cur ergo defectus noſtros audire recuſaremus, qui propter regnum Dei & noſtram ſalutem operandam ad vos huc intrauimus.* Et quia magiſter iſte, & ſui nouitij ſublimia de ſe valde mutuo ſenſerunt, & animarum ſuarum ſalutem totis ſuis viribus operari ſatagerunt, idcirco in veris virtutibus quotidie profecerunt, & breui poſt tempore præclara monaſterij & ordinis noſtri luminaria cunctis diebus vitæ ſuæ vocari & eſſe meruerunt. *Hoc cito fit curuum, quod creſcere debet ad vncum.*

Fratre autem *Arnoldo* Kalker à Prioratu *Fontis beatæ Mariæ Virginis* abſoluto, & in *VVindeſem* iam reuerſo, atque in Suppriorem iterum non longè poſtea electo, frater *Gerardus* præfatus in *VVindeſem* factus eſt procurator, cuius officium triginta tribus pæne annis, in omni

Gerardus Delft procurator VVindeſemenſis.

ſanctitate, exemplo bono, & virtute cum debita temporalium bonorum prouiſione multis in ſalutem fideliſſimè cuſtodiuit. Erat enim vir magnus in Chriſto, intus & foris monaſterij noſtri gloria, omnium deuotorum vtriuſque ſexus pius Pater, amator & conſolator, omnes diligens, & propter morum probitatem & vitæ ſanctitatem ab omnibus dilectus, atque in omni reuerentia vbique habitus & ſuſceptus. A primo denique feruore & deuotione ſua prima numquam receſſit, ſed ſemper pius & deuotus, corde cumpunctus, aſpectu reuerendus, opere timoratus affabiliter ſerioſus, cunctis gratioſus & in his omnibus humilis valde & verecundus permanſit indefeſſè quandiu ſuperuixit, vt omnia ſua interiora ſpiritu ſancto ac multa dulcedine plena per phyſionomiæ ſuæ membra cernerentur exteriora. Non enim hominem meminimus pro certo nos vnquam conſpexiſſe religioſiorem, humilitate profundiorem, proprij ſenſus & voluntatis reſignatiorem, timore Dei pauidiorem, verâ ſibi ipſi deuotione intimiorem, contemplatione diuinâ ſuſpenſiorem, externarum rerum ad ſe non pertinentium negligentiorem, & profundi ſanique conſilij perſpicaciorem.

In prima ſua deuotione & ſpiritus feruore perſeuerat.

Summa virtutum tius.

Corpore nobiſcum ambulauit, ſed mente ex ſe raptus, quaſi de alio eſſet mundo, in Deum ſuſpenſus videbatur, ſpeciem vitę contēplatiuæ & guſtum beatitudinis futuræ verbis ſuis & moribus publiciſq; collationibus præbuit & præmonſtrauit. Et quia procurator erat exterioribus ſe rebus aliquando mutuauit, ſed nunquam ex toto indulſit, nolens ſe ab intimi ſaporis amore & verâ mentis tranquillitate in has rerum caducarum erum-

Rebus exterioribus ſe mutuat, nunquam tradit.

Digitized by Google

ærumnoſas anguſtias animo detineri, eo quod in lumine fidei & gratiæ diuinæ perſæpe interius illuminari promeruit, & qui in croceis cæleſtis iucunditatis enutriebatur, ſtercora huius mundi amplexari refugiebat.

Interrogatus aliquando à fratribus de interna deuotione & vita contemplatiua, reſpondit. *Frater ſtans in choro variis circumdatus tentationibus, vtpote ſi vnus ibi ad nutum ſibi non cantauerit, alter ad votum ei non ſteterit, legerit vel inceſſerit, tertius ibidem voluntatem eius non acquieuerit, ſpreuerit, aut ſe mouerit, aut aliud quodcumque ſibi contrarium etiam volens fecerit, ſi tunc quieto corde, tacita conſciẽtia, & mente inconcuſſa patienter id pertulerit, hic veram in ſe vitam contemplatiuam perfecit, eo quod vera deuotio internaque contemplatio non in ſentimentis dulcedinis, ſed in veris virtutibus & animi qualitatibus, fide, ſpe, & charitate conſummatis conſiſtere comprobatur. Nam alta ſpeculari, eloquia diuina ſubtiliter indagare, ſecretaq; cæleſtia ſublimiter poſſe rimari & penetrare, ſine vero virtutum fundamento nihil importat, parumque prodeſt ad ſalutem ac bonæ conſcientiæ pacem.*

In quo vera deuotio, internaque contemplatio.

Contigit aliquando vt fratres inter ſe de ſuis deuotis ſtudiis, libellis & exercitiis mutuo colloquerentur, & alioqui altam ſatis materiam pro deuotione ſua ſuſcepiſſent. Quibus ille dixit. *Ego fratres ſpeculum peccatorum & aliquando monachorum habere conſueui pro ſtudio, in quibus me exerceo.* Hoc modo ſeipſum & fratres ipſum audientes in humilitate volens conſeruare.

Digitized by Google

CAPVT XXVIII.

De eius deuotione in Miſſa celebratione, & de collationibus eius multo feruore plenis.

DEuotam fratris noſtri *Gerardi* animi præparationem, & omnium ſenſuum ſuorum interiorum recollectionem ad Miſſarum celebrationem, ſibi & toti eccleſię Dei ſalubriter peragendam, modus acceſſus eius, & effectus inde ſubſecutus manifeſtè proteſtantur. Introiuit enim ad altare Dei mentis ſuæ faciem, omnia ſua interiora, & ſeipſum totum intus & exterius per veram cordis compunctionem & oris confeſſionem expurgans & purificans, ac deinde in omnium Angelorum ſanctorum præſentia, in excelſo throno gloriæ Dei, tanquam vnus ex ipſis, in lumine gratiæ & veritate, ſummæ Trinitati & ſplendidiſſimę maieſtati gloriæ diuinæ ſe pręſentans, ſicut bonus nuntius, ſponſi paranymphus, pius interceſſor, & totius eccleſiæ Dei fideliſſimus aduocatus, ab omnibus qui in mundo ſunt mente ſequeſtratus, & in altiſſima Dei magnalia mundo corde, caſto corpore, fidei oculis, limpidoq; conſpectu introgreſſus, ſua, omniumque Chriſti fidelium per vniuerſum orbem terrarum viuorum & mortuorum pia vota, alta ſuſpiria, feruentes lachrymas, profundos gemitus, ardentia deſideria, iuſtas petitiones, deuotas ſupplicationes, & miſerandas neceſſitates ante conſpectum ſummi Dei in medio lapidum ignitorum cum ſumma

Eius deuotio in celebratione Miſſarum.

ma omnium reuerentia deuotiſſimus offerendo recitauit; recentem paſſionis Chriſti memoriam, calidum ſanguinem ac pœnarum eius, tanquam de nouo pateretur, in altari reiterationem, merita glorioſæ Virginis Mariæ & omnium Sanctorum ex perſona totius eccleſiæ, & ſingulorum membrorum ſuorum, viuorum & defunctorum vultui maieſtatis diuinæ pro condigna & ſuperabundanti ſatisfactione omnium peccatorum & delictorum noſtrorum pariformiter commemorando, offerendo & præſentando.

Stetit igitur ante altare Dei totus in ſpiritu, ſicut vnus ex ſummis miniſtris Dei Angelis ſanctis: & omnium creatorem, gaudium Angelorum, fælicitatem ſanctorum, in fide, re, & ſpiritu ſentiens eſſe præſentem. In cuius tunc præſentia ſummè delectatus, & in ſuis intimis perfectè renouatus totus incanduit, amore debriatus. Quapropter tunc in maxima corporis ſui quiete, facie ac manibus in altum leuatis, clauſis ſtetit oculis aliis membris immotis, & quaſi extra ſe raptus & Deo coniunctus, præ admirabili Dei dignatione ac ineffabili bonitatis eius dulcedine attonitus & ſtupefactus, diuinis inhæſit & niſi quid agendum, aut per miniſtrum foret reſpõdendum, immobilis ſemper permanſit.

Qui in fine Miſſæ pro tanti largitoris munificentia iuxta pia vota poſcentium, neceſſitatem indigentium, & fidem promerentium per ſanctiſſimorum ſacramentorum in ſe ſuſceptionem omnes in ſpiritu ſecum communicando, & ipſa ſacroſancta Dei miſteria in remiſſionem omnium peccaminum ſuorum, in gratiam præſentium & gloriam deceſſorum, vice omnium

 deuo-

deuotiſſimè ſuſcipiendo, ſalutarem ſuæ petionis effectum realiter impetrare, & dignè ac fideliter promeruit obtinere. In finali verò Miſſæ trinâ benedictione omnes homines bonæ voluntatis, & animas in gratia iam defunctas in cælo & in terra, in purgatorio exiſtentes, participes eſſe fecit omnium bonorum in Miſſa comprehenſorum, ipſa benedictione, diuina virtute, cælum & terram, & omnia quæ in eis ſunt ipſius capabilia, cum effectu penetrante.

Globus igneus ſupra caput celebrantis in aere perlucidus conſpicitur.

Tanti etiam feruoris, diuini amoris & ardoris extitit in Miſſis, vt quidam noſter laicus ipſius tunc miniſter ſæpe nobis referret, quod ipſo in altari ſanctæ Crucis eccleſiæ noſtræ celebrante, ingentem globum igneum claritate perlucidum contra caput eius in aëre ſuper altare oculis corporalibus apertè conſpexit. Vnde vehementer attonitus ſubſiſtens cum timore, quidnam id protenderet valde mirabatur, & in ſe reuerſus, Dei & Angelorum ſanctorum præſentiam tali ſigno viſibili adeſſe ſentiebat.

Adſtat altari immobilis neque ſentit, muſcarum aculeos, aut ſpernit.

Dum igitur ita ſæpe in Miſſa ſtaret immobilis, contigit aliquando, vt à fratre noſtro *Andrea* conuerſo frequenter audiuimus, muſcam prægrandem cuti colli, aut capiti ſuo fixius inhærentem ſuo ipſum aculeo vſque ad ſanguinem profluentem mordacius compungere, quam tamen minimè à ſe remouere curauit, quia aut rebus diuinis totus intentus hanc cutis ſuæ læſionem omnino non ſenſit, aut eam bene ſentiens hanc pœnam corporalem libenter patiebatur, quæ ipſi ad ſpiritualem proficeret conſola-

ſolationem, aut certè pro te tam contemptibili à Dei præſentia noluit auelli.

Fidelis hic & prudens verbi Dei fuit diſpenſator, bonorumque ſpiritualium quibus non p[illegible]m exuberabat mellifluus erogator, communiter pro ſeipſo *& in feſtis*, & in feſtis pro Priore in noſtro monaſterio, & in plurimis domibus, deuotiſque beginatiis, feruentiſſimas deuotione plenas ſæpe fecit collationes, ac pias exhortationes, cunctos ſe audientes ad veram Chriſti humilitatem, fraternam charitatem, Dei timorem pariter & amorem ardentiſſimè prouocando. In quibus aliquando tanto diuini amoris & fraternæ charitatis accenſus eſt ardore, tanquam in cœlo empyreo ad pedes ſedens filij Dei *Ieſu Chriſti*, ignea nobis exinde diuinę bonitatis & miſericordiæ verba ſuper nos de plenitudinis ſuæ abundantia videtur eructare, quæ ardentiſſimè nobis imprimere, amoroſo cordis deſiderio, ſæpe curauit, dicens. *O bone* IESV! *ô Pater benigniſſime; ô Deus; ô amor dilectionis diuinæ ad nos paruos vermiculos! O fratres mei dilectiſſimi, humiliemus nos coram ſummo Deo amatore noſtro. Attentius rogo: humiliemus nos ſemper.* Frequenter hęc ipſa repetendo affectuoſius imprimendo dicens. *O fratres, propter Deum exoro, humiliemus nos ſemper ſub potenti manu Dei, & habebimus quicquid voluerimus.* Tantum enim ipſi complacuit omnium virtutum fundamentum humilitas, vt ſemper hanc in corde, frequenter haberet in ore, publicè & priuatim nobis eam commendando. Ad Dei quoque & proximi dilectionem etiam ſæpe exhortatus eſt nos dicens. *O ardor dilectionis Dei ad nos humiles*

Collationes eius piè & feruentes.

Prouocat omnes ad Dei amorem & ſui erga Deum humilitatem.

Omnium virtutum fundamentum humilitas.

Exhortatur fratres ad Dei & proximi dilectionem.

humiles peccatores! ô amor qui ſemper ardes, & nunquam extingueris! ô quanto deſiderio in cruce clamauit, ſitio, noſtram videlicet ſalutem, pro qua & animam ſuam tradidit in mortem. Diligamus igitur nos inuicem fratres mei dilectiſſimi. Seruemus ô fratres mutuam ac feruentem corde, ore & opere dilectionem, & ſufficit nobis. Et frequenter ingeminando iterum clamauit dicens: *O fratres, rogo amemus nos inuicem, quia Deus charitas eſt, ego autem omnium veſtrum minimus ſum maximuſque peccator, vos melius ſcitis & longè melius facitis quam ego.* Item. *Sancti Dei qui nos praceſſerunt contra vitia & defectus ſuos totis viribus ſe dederunt.* Tanto autem feruore dilectionis & zelo diuinæ bonitatis in ſuis collationibus aliquando fuit accenſus, vt fratres eius collationem audientes intra ſe dicerent. *Procurator noſter iterum amore liquefactus incandeſcit.*

Capvt XXIX.

Quod Prioratum in VVindeſem *reſignauit & de eius humilitate, charitate, calculo & morte.*

Eligitur in Priorem & confirmatur.

POſt tranſitum venerabilis Patris *Ioannis de Hueſden* ex hoc mundo, deuotus iſte Pater *Gerardus* tunc Procurator noſter voce vna omnium fratrum conuentualium in Priorem electus eſt in *VVindeſem*, & auctoritate ſedis Apoſtolicæ, capitulique generalis legitimè confirmatus. Verum propter nimiam, profundiſſimamque cordis ſui humilitatem, honorem

tanti

Digitized by Google

tanti nominis, ac ſuper omnes Patres capituli noſtri generalis ſedis dignitatem, & pondus regiminis ferre non ſuſtinens, poſtquam ad anni pæne quartale Prioratus huiuſmodi fuerat functus officio, aliquibus Prioribus ſtatim poſt Paſcha ad priuatum capitulum in *VVindeſem* conuocatis, abſolutionem ab officio ſui Prioratus humiliter & inſtantiſſimè petijt & exquiſiuit; allegans importabile tantum onus regiminis & ſedis dignitatem omnino ſibi fore. Fratres ergo conuentus in *VVindeſem*, & Priores conuocati, cernentes eius animum exhibitis honoribus nullatenus demulceri, ſed magis cruciari, & præ multa ſpiritus ſui humilitate peramplius inde grauari, commoti compaſſione tandem in eius reſignationem ſpontè conſenſerunt, electionem noui Prioris vſque ad generale capitulum tunc proximè celebrandum concorditer differentes. In quo quidem capitulo venerabilis Pater *VVilhelmus Vornken*, filius noſtri conuentus, tunc Prior *Montis ſanctæ Agnetis* in Priorem de *VVindeſem* ritè fuit electus, & à generali capitulo continuo confirmatus. Ne autem precum importunitas abſolutionis fratris *Gerardi* præfati, & honoris ſeu oneris eius abiectio ab aliis in ſequelam traheretur, venerabile capitulum noſtrum generale id inemendatum non reliquit, ſed pro pœnitentia eidem iniunxit, vt in refectorio ſuper nudam terram ante pedes omnium Patrum & fratrum ordinis noſtri ibidem præſentium reſidens comederet. Quam ille pœnitentiam deuotus amplexatus libentiſſimè perfecit: poſtmodum ſuis intimis referens amicis, multo quietiorem

Reſignat Prioratus officium. VVilhelmus VVornken. Prior in VVindeſem.

tiorem & corde pacatiorem ad terram ſe diſcubuiſſe, quam ſi ſuper omnes Patres capituli generalis, vt omnium eorum Prælatus, ad nolam præſidiſſet. Humilitas enim virtus Chriſti ita ei facta fuerat connaturalis, vt humiliationem, exaltationem, & ſui contemptum gloriam reputaret. Per omnia benedictus Deus qui tales monaſterio noſtro dedit videre & habere Patres, qui eccleſiæ Dei, ordini noſtro & capitulo virtutum fuere columnæ, exemplar ſanctitatis, & norma diſciplinæ.

Mira eius humilitas.

Contigit aliquando deuotum Patrem *Ioannem Hueſden* Priorem noſtrum cum eodem procuratore noſtro, & aliis cunctis ſpiritualibus & ſæcularibus perſonis in domo clericorum *Zvvollis*, die celebri, veſperis finitis, multis ſcholaribus ibidem ſub dio tunc ſtantibus, & verbum Dei ab illis deuotis clericis intentè audientibus, habere tractatus. Cumque inter loquendum idem procurator noſter *Gerardus* ſuam etiam ſuper negotio eis propoſito dixiſſet ſententiam. Prior noſter præfatus aliter ſentiens reſpondit. *Procurator, quare* „ *ita dicitis?* at ille nihil moratus, licet multum grauis eſſet moribus, cunctis amabilis & reuerendus, continuo ad genua coram omnibus procidit dicens. *Chariſſime Pater, eſt culpa mea.* Cui „ Prior prudens & verecundus ſtatim reſpondit. „ *Amore Dei ſurgatis.* Nos ſcholares tam publicum „ eius exemplum humilitatis à remotis aſpicientes, diximus inter nos. *O quam ſanctus* & bonus eſt ille religioſus, quod tam publicè ſe humiliare non erubuit.

Publicum eius humilitatis exemplum.

Quando conuerſis aut laicis ſibi ſubiectis erat aliquid iniuncturus, ſeu eos ad officia vel

opera

Digitized by Google

opera diſpoſiturus, nunquam imperando ſed ſemper optando id petere conſueuit dicens. Dilecte frater, poſſetis hoc vel illud facere propter Deum, aut illic tranſire. Negotia enim ſua fratribus & laicis tam ſuauiter ac authenticè proponebat, vt nemo vnquam aut rariſſimè quis ſibi auderet denegare.

Cum fratres iuniores veniam, aut orationum ſuffragia ex iniuncta ſibi pœnitentia, vel etiam motu proprio, vt moris eſt in *VVindeſem*, humiliter flexis genibus ab eo petiuiſſent, non remanſit in pedibus, ſed vſque in ſenium etiam ad genua ſe proſtrauit, & fratres illos de terra eleuans dixit cordis cum gemitu. *Mi frater chariſſime, ſurgatis propter Deum, ego enim plus multo quam vos indigeo, vt pro me oretis exoro.* *Humiliat ſe coram fratribus.*

Hic Pater deuotus poſt reſignationem ſui Prioratus iterum in *VVindeſem* factus eſt procurator. Cuius officium ſicut antea, ita & poſt per annos ſimul circiter triginta tres, in magno ſpiritus feruore & bonæ opinionis odore, humiliter, exemplariter, & fideliter regens & cuſtodiens, vergenſque in ſenium pedetentim cœpit deficere. Annis enim plurimis præſertim ante mortem ſuam nouiſſimis, pœnaliſſimo rubeorum morbo calculorum patientiſſimè laborauit, qui in modum arenarum rubearum in renibus ſuis congeſti ab eo per veſicam vrinando deſcenderunt. Vt autem aliorum more fratrum noſtrorum, ſicut aurum in fornace, ante mortem ad vnguem probatus, expolitus & purgatus à peccati næuo liber hinc decederet, & cum palma martyrij in gaudium Domini ſui iucundius introiret, alborum calculorum ad *Laborat calculo.*

ouorum

ouorum magnitudinem in veſica creſcentium pœnis permaximis cœpit in fine acerbiſſimè cruciari. Vt niſi argenteo mediante inſtrumento, pedibus in altum ſubleuatis, aliquando non poſſet vrinare. Et cum ad vrinandum tunc quaſi ad capitulum ſe dixit iturum. Hac ergo infirmitate grauiſſimè in ſe graſſante tandem à procurationis abſolutus eſt officio:& ita ab exterioribus aliquanto tempore feriatus continuè ſe ad mortem ſtuduit præparare. Cum igitur præfatæ ægritudini diutius non poſſet reluctari, ad extremam horam perueniens, cum annos ferme quadraginta vnum religioſiſsimè in ordine peregiſſet, coram poſitis & orantibus dormiuit cum Patribus ſuis, in ambitu monaſterij noſtri ante chori oſtium, prope Suppriorem, Pſalmis & orationibus digna cum reuerentia, eccleſiaſtico more, ſepultus, anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto. Remigij.

Eius obitus.

1434.

Capvt XXX.

De conuerſione fratris Henrici de Huxaria *primi in* VVindeſem *inueſtiti*.

Henricus Clingebile de Huxaria.

SEnior & primus omnium fratrum noſtrorum in *VVindeſem* vir fuit deuotus frater *Henricus Clingebile de Huxaria*, ante religionem presbyter ſecularis, fratrem habens carnalem in domo Domini *Florentij Dauentriæ*, Dominum *Ioannem de Huxaria*, Deum timentem & optimè conuerſantem :qui apud magiſtrum *Gerardum Groet* ſollicitè inſtitit, vt dictum Dominum *Henricum* fratrem ſuum chariſſimum ſaltem per epiſtolam con-

Digitized by Google

conuertere dignaretur, & à mundi vanitatibus ad viam veritatis documétis ſanctis ipſum reuocare. Vnde factum eſt, vt idem magiſter *Gerardus Magnus* vtilem ipſi ſcriberet epiſtolam, breuem in verbis, ponderoſam in ſententiis, omnibus presbyteris ſecularibus valde deſeruientem, in qua ſic ſcribit inter alia.

Non aſſor te, amice, vt vnum de peßimis presbyteris, qui non timent Deum, nec homines reuerentur, qui aut concubinarij, aut fornicatores, ambitioſi, ſimoniaci, bibuli, auari, curiarum ſectatores, negotiorum ſeculi tractatores, aut aliàs apertißimè peßimi ſunt. Nec ſic te alloquor, ſed vt à maximis malis ſegregatum, & vt bonum mundanum presbyterum per latam viam incedentem habeo. Rogo te perpende, ſi per latam viam & amplam multi de populo euntes ſecundum verba Chriſti ad mortem deducuntur. Nunquam tunc profundius presbyteri corruunt in mortem, qui ad arctam viam ſtrictius obligati, per ſpatioſam & amplam viam incedunt. Væ tibi, & omnibus presbyteris, Chriſti militibus, ſi non legitimè certauerint. Attende rogo te Chriſti miles, tu clerice, tu presbyter. Si, vt Chriſtus imperator noſter iubet, militare deſideras, ſcias hoc te implere non poſſe niſi inſtantia quotidiani laboris, pœnis, preſſuris & periculis: alioquin diabolo & non Deo ſeruis, cum eo puniendus. Abſit à te communis presbyterorum otioſitas, mundana conuerſatio, & mundi inquinatio. Nolite ait beatus Ioãnes diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt, ſed crucifigatur tibi mundus, & tu mundo. Ad quæ perficienda requiritur ſollicitudo, prudentia & labor tantus, vt totum requirat hominem, & omne tempus occupent tantiſque magiſtris libris & documentis vt pauci ad hoc perueniant. 1. Ioan. 2. v. 15.

Si ſecundum Auguſtinũ, beatum presbyteratus ordinem agis negligenter, leuiter & perfunctoriè ad communium homi-

„ *hominum complacentiam eris miſerrimus, triſtiſſimus*
„ *& damnatiſſimus, ſi autem ſecundum Chriſti præcepta,*
„ *hoc eſſe non poteſt ſine magno labore, difficultate & pe-*
„ *riculis. Non te decipiat communium presbyterorum*
„ *inceſſus ad complacentiam hominum ambulantium,*
„ *quia vere ſunt raptoribus & meretricibus caciores, quos eos*
„ *in regno cœlorum, & in eccleſia longe puto præceſſuros*
„ *vel valde minus puniendos.*

„ *Omnes volunt beneficiari, magiſtrari, rabbi vocari,*
„ *honorari, dominari & apparere, vel ſaltem molliter, le-*
„ *niter, & abundanter viuere. Hæc ſunt mala quæ*
„ *Chriſtus, Apoſtoli, & Prophetæ in nouiſſimis tem-*
„ *poribus futura prædixerunt. Hæc tibi ſcribo, ne putes*
„ *communem modum iam viuendi presbyterorum tibi*
„ *ſufficere ad ſalutem, & æternam vitam ſine labore*
„ *& difficultate, aut ſpirituali ſenſu conſequi poſſe.*
„ *Nam ſecundum Apoſtolum omnis Chriſtianus qui ſe-*
„ *cundum carnem aut mundum vixerit morietur, quan-*
„ *to profundius morietur & damnabitur presbyter ſe-*
„ *cundum carnem viuens? Rogo, quæ eſt communis*
„ *presbyterorum vita, ſecundum plures dico, niſi vita car-*
„ *nalis & mundana, quos mundus diligit quia de mun-*
„ *do ſunt, & quæ mundi ſunt operantur & portant?*
„ *Beatus presbyter qui non abijt in conſilio iniquorum pres-*
„ *byterorum, & in via talium non ſtetit, & ſi retra-*
„ *ctis temporibus abiſſet & ſtetiſſet. Beatus ſi non perman-*
„ *ſerit, ſed cito ab illis receſſerit. Exi de medio eorum &*
„ *immundum noli tangere. Curre ad loca in quibus*
„ *Chriſti ſanguis ferueſcit, in quibus presbyteri canoni-*
„ *cas imitantur ſanctiones & ſanctorum viam operantur,*
„ *donec formetur in te Chriſtus, & ſpiritualiter inſtructus*
„ *poſſis dignè Deo conuerſari, & ignita tela diaboli, car-*
„ *nis & mundi, fidei doctrinis & chariſmatibus, noſſe &*
repellere.

His

His autem piis magiſtri *Gerardi* admonitionibus præfatus Dominus *Henricus* attractus venit Dauentriam;& magiſtri *Gerardi* ac fratris ſui, aliorumque deuotorum ſanctam videns conuerſationem, corde compunctus, mundum relinquere deliberauit, & fratribus congregationis *Dauentrienſis* ſe ſociare. Aliquantis deinde interiectis diebus de conſenſu fratris ſui repatriauit, diſpoſiturus de rebus ſuis in ſæculo derelictis, & ita continuo rediturus. Cumque moram faceret in redeundo, contriſtatus frater eius valde cœpit timere, ne temporalium rerum amore, amicorum blanditiis auerſus iam pœnituiſſet, & à propoſito bono reſilire deliberaſſet. Rogauit ergo fratres ſuos, pro animæ ſuæ ſalute Dominum deprecarentur, magiſtrumque *Gerardum* eadem de cauſâ viſitauit. Qui ſtatim prophetico repletus ſpiritu anxiato fratri reſpondit. *Noli frater mi turbari quia ſanus in breui frater tuus ad te reuertetur.* Quod ita factum eſt, quia non poſt multos dies fratrem ſuum Dominum *Henricum* in bono propoſito perſeuerantem gaudens ſuſcepit.

Ioannes de Huxaria venit Dauentriam ad M. Gerardum, ibidemque conuerſus fratribus congregationis ſe ſatiat.

M. Gerardus futura prænunciat.

Clericus quidam religionem ingreſſurus in præſentia eiuſdem Domini *Henrici de Huxaria M. Gerardo* fuit conqueſtus, quod vocem ad canendum bonam non haberet. Cui Dominus *Henricus* ait: *Vtinam vocem meam quæ ſatis eſt bona* „ *iſte clericus haberet*. Ad quem magiſter *Gerardus* in „ ſpiritu prophetiæ reſpondit. *Domine chariſſime,* „ *vocem veſtram retineatis, quæ vobis adhuc vtilis erit &* „ *neceſſaria*. Quem multis annis vſque in extremum vitæ ſuę in *VVindeſem* ſuccentorem bene vociferatum, altè clamantem cognouimus, & ſępe mirati ſumus.

Henricus de Huxaria ſuccentor.

Capvt XXXI.

De eius inueſtitione, feruore & labore, calculo, inunctione, & morte.

Florentius Epiſcopus Traiectenſis. Henricus de Huxaria primus habitum Canonicorum Regularium in VVindeſem. ſuſcipit.

POſt felicem tranſitum magiſtri *Gerardi Magni*, dictus Dominus *Henricus Clingebile de Huxaria* oriundus, eius aliquando confeſſor, in vera obedientia & vita communi cum Domino *Florentio* & fratribus eius continuo permanſit, qui etiam vnus fuit ex Patribus & presbyteris qui à Domino *Florentio Traiectenſi* epiſcopo, licentiam obtinuerũt pro ordine canonicorum regularium monaſterium in *VVindeſem* ædificandi; & primus ibidem habitum ordinis noſtri ſuſcepit.

Rector in VVindeſem conſtituitur.

Hic per annum ante fratrum inueſtitionem, & etiam pæne per annum poſt habitus ſuſceptionem ordinariâ auctoritate rector fuit in *VVindeſem*. Vir enim proceræ ſatis fuit ſtaturæ, barba in fine canus, capite caluaſter, fortis viribus, tenaciſque complexionis; iuuenes & ſenes in feruore ſpiritus & totius regularis obſeruantiæ diſciplina vſque in finem vitæ longè antecedens: primus & vltimus in choro & refectorio continuè perſeuerans.

Excitat fratres media nocte ad matutinas.

Multis hic annis fratres conuentuales media nocte pro matutinis decantandis ſolitus erat exſuſcitare; primum tunc ſignum pulſare, & deuotam illam antiphonam, *Laudem dicite Deo noſtro*
„ *omnes ſancti eius, & qui timetis Dominum puſilli &*
„ *magni, quoniam regnabit Dominus Deus noſter omnipoten*,

potens : gaudeamus & exultemus , & demus gloriam ei. Statim excitatione factâ in iubilo cordis corde & ore deuotiſſimè perſonare, per ipſam fratrum ſuſcitationem firmiter credens ſe fore participem omnium bonorum per fratres tunc perficiendorum. Ad primum etiam horarum ſignum pro lectione ſacrorum codicum, cunctis alijs actibus ſuis poſtpoſitis, ad ſtatim in cellam rediens, lectionibus diuinis, orationibuſque iaculatoriis animum ſuum ad officium diuinum in choro peragendum ſtudioſè præparauit; propria edoctus experientia: qualem ſe Deo ſtuduerit quis præparare, talis eſt neceſſe vt ſibi Deus appareat. Communiter enim ante ſignum ſecundum, ſeu ſtatim ſub ipſo ſigno ad chorum perueniens, & in ſtallo ſuo orationi intentus ſedens conuentum expectabat. Sic & ante refectorium aliquamdiu ſe ſuſtinens pulſum primum pro refectione ſeu collatione præſtolabatur: & cum poſt pulſum fratres in vnum conueniſſent, Priore aut Suppriore non ſtatim occurrentibus, ipſe refectorij nolam pulſauit, & ipſis à refectorio abſentibus ad ipſam nolam præſedit. Fuit enim in fine vir ſenex & grandæuus, moribus maturus, aſpectu reuerendus, alloquio ſuauis, occurſu primo ſerioſus, valde pro diſciplina zeloſus, malis terribilis, bonis venerabilis, ſenibus & iuuenibus in cunctis obſeruantiis regularibus ſpeculum diſciplinæ, diligentiſſimus regulæ & ſtatutorum obſeruator, ita vt ſæpe ſextis feriis in capitulo præſens culpas non diceret, eo quod nihil interim contra eas meminiſſet ſe deliquiſſe.

Eius ante diuinum officium pia annui recollectio.

Mores eius.

Quoniam autem non à iuuentute ſed in virili

ætate presbyter factus venit ad ordinem, idcirco altam aut multum internam habere non potuit mentis ſuæ deuotionem, nec extaticam diuinorum contemplationem; ſed tantum talem ad diuinà peragenda, ſtatutaque ſeruanda obtinuit à Deo feruorem & ſancti ſpiritus conſolationem, vt ſine tædio, cum magna cordis dulcedine alacriter & libenter in quibuſcumque poterat, Deo deſeruiret, & in tali *ſpiritus ſui* feruore omnes fratres ſuos vſque in finem anteiret. Vnde non modicè mirabatur quoſdam fratres ſuos ante finem vitæ & curſus ſui conſummationem, pro corporis valetudine & ſpiritus inopia iam pæne deficere, plurimum fratres illos collaudãs qui in feruore ſpiritus, in rebus diuinis & actibus conuentualibus cum primis in principio, & vltimis in fine ſe ſolent præſentare.

Spiritus ſui feruore ſuperat omnes.

Extra horam prandij etiam in labore nunquam aut rariſſimè bibere ſolebat, quamuis ſæpiſſimè vſque ad ſudoris ſui deterſionem ſine biberibus laboraret, hoc enim dicens eſſe ſaniſſimum & vitæ prorogatiuum; præſertim cum ante prandium bene laboraret. Didicit in principio parumper carpentare, & lapides angulares ad regulam conquadrare, vnde ad nouas ſtructuras, pro ianuis & feneſtris ſecuribus latomorum lapides coaptauit, pro opere quotidiano inſtrumenta lignea, palas & foſſoria, follos & muſcipulas, *trabas atque gerulas* & cętera *ſimilia* ad formam fabricando.

Temperantia in potu extra horam prandii.

Laborat in lapide & ligno.

Plura magna volumina, Auguſtinum videlicet de Trinitate, Auguſtinum de charitate Dei cum Domino *Alberto VVinberghen*, primam quinquagenam *Auguſtini* ſuper Pſalterium. Homilias

Plurima SS. Patrum volumina ſcribit.
Albertus VVinbergen.

milias de tempore æſtiuali & alia plura ſimilia in pergameno & textura pro refectorio & libraria propria manu conſcripſit.

Tempore locutionis ad locum ad hoc deputatum nos ſępe euocauit, & de monaſterij noſtri origine, de primis fundatoribus eius, de modernę deuotionis initio & primo feruore, cuncta nobis per ordinem ſpiritu ſancto inſtigatus affectanter ęnarrauit, quia ea ipſa poſtmodum eramus deſcripturi.

Hic Pater venerabilis, rubri morbo calculi multo tempore vitæ ſuæ acutiſſimè laborauit; qui in renibus generati in rubearum morem arenarum, vt frequentius, aliquando tamen in piſarum aut fabarum quantitate per veſicam deſcendentes, non ſine maximo renum aliorumue membrorum doloribus à ſe exierunt, vt quandoque præ pœnis nimiis & doloribus in eorum exitibus manibus & poplitibus per cellæ pauimentum reptare cerneretur. Cum autem ex huiuſmodi calculorum preſſuris nerui, carnes & venulæ renum & veſicæ, aliorumque membrorum ipſis contiguorum facillimè lædantur, idcirco rubrum tunc ſanguinem mingendo emittebat, & propter amplitudinem viarum vrinæ, & virtutis retentiuæ debilitatem, & rupturam, propriam ſuam vrinam in vaſis vrinalibus etiam aliquando non potuit retinere. *Laborat rubri morbo calculi.*

Multis ergo corporis ſui vſque in ſenium fatigatus doloribus, cum durus eſſet VV*eſtphalus* corporis ſui pœnam patientiſſimè ſuſtinuit; vnde & laicus quidam dolorem eius nimis eſſe vehementem aliquando conſiderans. Dixit illi. *O mi Pater chariſſime quam magnam pœ-*

Eius in doloribus mira patientia.

„ *nam ſuſtinetis.* Cui ille; *taceatis idem, frater chariſſime,* „ *nam Chriſtus Deus noſter & ſancti eius multo maiora ſuſtinuerunt.* Sic Dominus electos ſuos ad æternam vitam prædeſtinatos temporaliter premi patitur in torculari huius mundi; quatenus hic bene purgati. & à peccatorum rubigine per temporalem pœnam ſufficienter colati, æterna bona liberi ab omni pœna recipere mereantur in patria. Cum igitur dies curſus eius in veſperam mortis finiri debuiſſent; & præ animi ſui fortitudine lecto decumbere diutius recuſaſſet, fratriſque noſtri *VVerneri Keyncamp*, extremæ inunctioni deuotus interfuiſſet, valetudine tamen ſua continuè ingraueſcente ipſum præcurrit, & prior venit ad monumentum. Veſpere enim cum competenter cænaſſet, manè tamen ſubito doloribus fatigatus venit ad extrema; atque in ſede ſedens inunctus coram poſitis fratribus in Domino requieuit: & ita cunctis laboribus & doloribus finem imponens, requiem æternam inuenit ad gaudia tranſiens Angelorum.

Oleo ſancto inunctus moritur.

Hæc ita fieri oportere alius quidam ſenior noſter vidit in viſione ſtatim poſt inunctionem fratris *VVerneri*; dicens Priori: *Chariſſime Pater, iam* „ *fratrem VVernerum inunximus, ſed frater noſter Hen-* „ *ricus, qui præſens fuit, ante morietur: ſic mihi eſt oſtenſum.* Quod ita factum eſt. Sit nomen Domini benedictum, qui tales nobis dedit habere Patres, quorum animæ in cœlo iam receptæ nos ſucceſſores ſuos, eorum veſtigia recto tramite inſequentes in exitu noſtro de corpore viſitabunt, & choris Angelorum comitantibus etiam animas noſtras vultui gloriæ Dei præſentabunt, perenniter cum ipſis præmiandas.

Viſio de tranſitu Henrici de Huxaria.

C AP.

CAPVT XXXII.

De fratre VVernero Keynkamp *ſecundo in* VVindeſem *ſeniore, & de ſanctis eius operibus ante religionem peractis.*

SEcundus in ordine ſeniorum in *VVindeſem* & primus in prioratu fuit vir vitæ valde venerabilis, frater *Wernerus Keynkamp de Lochem*, rector quondam ſcholarium in *Campis*, deuotus magiſtri *Gerardi Magni* auditor & diſcipulus, fidelis in omnibus eius coadiutor, & in aduerſis contra malos conſtantiſſimus compropugnator. Cum igitur magiſter *Gerardus* plures in Campis feruentes faciens ſermones corda plurimorum fidelium auerteret ab iniquitate; eoſque in viam vitæ & veritatis inducens, ad patriæ cæleſtis amorem vehementer inflammaret: frater quidam ordinis hæremitarum ſancti *Auguſtini*, nouus *Campenſis & Zvvollonſis* terminarius, nomine *Bartholomæus* eidem palam reſiſtere non formidauit. Quem magiſter *Gerardus* ad curiam *Traiectenſem* citatum vt virum indoctum, infamem, criminoſum, pſeudo-prædicatorem, fidei deuaſtatorem, & nouiſſimè vt hæreticum conuictum, obtinuit eum vt talem iudicialiter condemnari. Quod Scabini *Campenſes* contrariæ parti fauentes indignè tulerunt, & amicos ac fautores magiſtri *Gerardi Magni* de oppido *Campenſi* diſturbare ſunt aggreſſi.

VVernerus Keynkamp primus VVindeſemenſis Prior.

Frater Bartholomæus Auguſtinianus

M. Gerardi Magni cum æmulo ſuo congreſſus

Hac igitur occaſione fratris noſtri *Werneri* con-

conſtantia omnibus facta eſt manifeſta. Cum enim ibidem rector ſeu ſubmonitor eſſet ſcholarium magiſtro *Gerardo* firmiſſimè adhærens in præmiſſis, propter veritatem & fidei conſtantiam publicè eductus eſt de *Campis* tanquam malefactor, recipiens à *Scabinis* interdictum ne infra decem annos illic redire præſumeret. De quo facto magiſter *Gerardus Magnus* eum valde collaudans, Plebano de *Lochem* ſcripſit in hæc verba.

Tanquam malefactor pellitur è ciuitate.

» *Domine Stephane Plebane mihi in ſponſa, ſed amplius in ſponſo valde deſiderate & optate, ecce annuncio vobis factum per Chriſtum omnia innouantem, de dilecto in Chriſto VVernero de veſtra parochia, quia Chriſtum confeſſus eſt. Olim confeſſor nominabatur cui vel oculus eſſet erutus, vel membrum aliquod abſciſſum, vel truncatum, vel in pœnis poſitus in fide Chriſtiana Chriſtum & fidem rectam publicè eſt confeſſus. Sic VVernerus veſter, immò & noſter pro indubitata fide contrà inſipientem monachum & contra mare turbatum, Domino eum confortāte ſecundum modum ſibi poſſibilem ſtetit viriliter & permanſit fortiter. Deo ſit gloria, cuius eſt virtus & victoria, ſignum pugnæ legitimæ. Et quia VVernerus egit pro Chriſto conſtanter, reportauit aliquid ſimile ſanctis, quia & illa eum conſecuta ſunt quæ ſanctis legitimè certantibus duntaxat accidunt. Expulſus enim VVernerus à villa marina oppido Campenſi, ab illis qui dicunt cum peruerſis Sapientiæ ſecundo capitulo ſit fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ, à quibus & Ioannes Euangeliſta expulſus in Pathmos inſulam relegatus eſt, & propter eandem cauſam, quod ſibi valde glorioſum eſt, ob quam Ioannes Euangeliſta pulſus eſt, pulſus eſt noſter VVernerus, non enim propter crimen vt degeneres, non propter pecunias aut conſimi-*

Sapient. 2. v. 11.

conſimiles terrenas occaſiones ſegregatus eſt VVernerus, ſed propter fidei & orthodoxæ doctrinæ conſtantiam ſeparatus eſt. immò marina indiſcretio ab ipſo ſe potius ſeparauit, immunda à iuſto.

Lætemur & congratulemur, quia merces ſibi multa eſt in cœlis, quia honor ſibi magnus qualis ſanctis & bonis tribuitur, quia ſanctis aliquid ſimile geſsit, & ſanctis par aliquid reportauit. Oremus vt participes bonorum ſuorum efficiamur, qui in eo multiplicari optamus & dilatari, & vt nos ſimul cum ipſo dilatemur, quia in tribulatione ait dilataſti mihi. Quia ſecundum Apoſtolum tribulatio patientiam operatur, probatio verò ſpem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.

Pſal. 4. 2.

Rom. 5. 3. 4. 5.

Item magiſter *Gerardus Magnus* ſcripſit ad V*Vernerum. VVernere in Chriſto dilecte, & iam in fornace probationis pro Chriſto contra vulgus & contra inſipientem & hæreticum monachum examinate, mihi videtur quod Deo glorioſius eſt omnino, quod illa bona fœminæ omnia mala pati debeant, quàm à veritate recedere, immo ſtent contra Scabinos, Preſides, & alios, & in tēpore tentationis non recedant à veritate, piriculum damni, bonorum exteriorum æquanimiter patiantur. Sic fecerunt ſancti. Vileſcunt terrena pericula, ſi præmia cæleſtia conſideremus. Gaudeamus quod aliqualiter mundo crucifixi ſumus, ſeu quia mundum crucifigimus. Cauſa noſtra legitima eſt & ſancta; vtinam aliqui noſtrum in ea coronarentur. Stipula eſt Bartholomæus hæreticus, clamoroſa & contumelioſa habens latera Aquilonis ipſum fulcientia. Conſules Campenſes ab area ſuo tempore ventilanda. Dicatis Curato quod nullo modo maneat in Scabinis, quacumque coarctatione, non obſtante damno quocunq; ſufficiat ei via iuſtitiæ, & quantum de iure tenetur iudicio vel dictamini ſcabinorum;*

„ *aliàs non ſtaret* VV*ernerus quocumque imperio, non* „ *ſtet ſimplici dictamini ſcabinorum* ; *mallem mor-* „ *tem eius temporalem. Valde valenter dilecte* VV*er-* „ *nere* , *quia tempus eſt quo probetur valor valen-* „ *tis.*

Si vir tantus magiſter *Gerardus Magnus*, lumen eccleſiæ, veritatis ſpeculum, iuſtitiæ zelator, & reproborum diſciplina fratrem noſtrum VV*ernerum* in *VVindeſem* primum poſt Priorem, ante religionis ingreſſum tantis laudum preconiis duxit efferendum, vt eum Dei Apoſtolis & alijs ſanctis ſimile quid egiſſe apertè demonſtret, quanto deuotionis feruore ipſum in ordine putamus vixiſſe. In quo non ſolum mundum ſpernere, Deo ſeruire, & bene virtutibus proficere inchoauit; ſed etiam in veris virtutum perfectionibus, & in primo deuotionis feruore vſque in ætatem decrepitam, & vſque in finem vitæ perſeuerans indefeſſus permanſit, in Dei timore, cognitione & amore ſemper creſcens & proficiens.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXXIII.

De vita, & ſancta conuerſatione fratris VVerneri *in religione, & bono eius regimine in Prioratibus.*

MAgiſtro *Gerardo Magno* ab humanis exempto, deuotus iſte *VVernerus Keynkamp, de Lochem* Domino *Florentio* rectori congregationis clericorum in *Dauentria,* ſuiſque confratribus obedienter adhæſit. A principio cum aliis in *VVindeſem* directus, tantum in virtutibus, honeſtate & prudentia, inque caris moribus ibidem profecit, vt ſecundus in ordine illic inueſtiretur, ac deinde poſt annum primus in *VVindeſem* Prior eligeretur. Cuius Prioratus officium laudabiliter gubernans, verum ſanctę religionis fundamentum in profunda humilitatę, ſincera charitate, religioſa paupertate, habitus ſimplicitate, cordis & corporis continentia, perfecta obedientia, & deuotione, ſpirituali ibidem collocauit; prout à ſuis maioribus, magiſtro *Gerardo Magno* & Domino *Florentio* prius ea didicerat; omnes fratres ſuos in veris virtutibus regulariſque vitæ diſciplinis realiter antecedens.

Socius Florentii Radevvini.

Mittitur in VVindeſem.

Primus Prior in VVindeſem eligitur.

Erat autem vir mediocris ſtaturæ, Deo ſatis deuotus, totus in fine capite canus, moribus bene compoſitus, corde, ore, & ſermone, humilitate decoratus, fratribus ſuis, & cunctis deuotus pius & benignus,

VVerneri ſtatura ætaſque, virtutes.

nignus, rigidus contra vitia, ad virtutes erectus, pro Dei amore & animarum ſalute multum zeloſus, veram præferens paupertatem, in cunctis monaſterii rebus ſtructuris & vtēſilibus omnem curioſitatem animo deteſtans, ordinis rigorem in ſe & ſibi ſubiectis amans & requirens, regulam & ſtatuta ad vnguem conſeruans, eaſque in minimo, cum eſſet ſcrupuloſus, tranſgredi formidans.

Poſtquam autem monaſterii noſtri in *VVindeſem* prima pæne gubernacula per tres & eo amplius annos, ſatis religioſè humiliter & vtiliter tenuiſſet, propter conſcientiæ ſuæ ſcrupuloſitatem & animi puſillanimitatem plurimum ſæpe grauatus à ſuo conuentu, & à Domino *Florentio* omnium Patre deuotorum, inſtanter & humillimè ſupportationem officij Prioratus expetiit. Cumque in petendo importunè perſiſteret, tandem moti miſericordia reſignationem ſui Prioratus benignè admiſerunt. In cuius deinde locum *Ioannem Vos de Hueſden*, virum bonum & deuotum continuo elegerunt.

Reſignat Prioratum.

Quem cum idem Pater VV*ernerus*, & Dominus *Henricus de Gouda* ſororum cōfeſſor in *Zvvollis*, reuerendo in Criſto Patri Domino *Florentio*, *Traiectenſi Epiſcopo* ad caſtrum ſuum VV*olenhoe*, in curru aducti ad confirmandum pręſentaſſent, idem antiſtes valde mirabatur, quod frater VV*ernerus* præfatus de ſua reſignatione plurimum exultaret, & fratres *Ioannes Hueſden* de ſua exaltatione & promotione tantum contriſtaretur & ploraret, ſuis dicens conſiliariis, *numquam ſimile ſe vidiſſe, quia Patres noſtri Priores, Deo in humili ſtatu ſeruire cupientes, Prioratus officium, non hono-*

Henricus de Gouda ſororum confeſſor in Zvvolis.

Prioratus officium non honor ſed onus.

honorem ſed onus eſſe reputabant.

Deinde cum monaſterium *Nouæ Lucis* propè Hoern, ſecunda filia de *VVindeſem* à Patribus capituli noſtri fuiſſet aſſumptum, præfatus Pater *VVernerus* Prior illic præficitur. Qui dictum monaſterium decem & octo annis in omni religione & regulari diſciplina, viâ regiâ incedendo, ſtrenuè gubernauit, regulam & ſtatuta ſtrictiſſimè ſeruauit, & in temporalibus ſpiritualibuſque rebus ipſum bene promouit. *Prior Nouæ Lucis præficitur.*

Poſt hęc reuerſus in *VVindeſem* exterius feriatus & intus Domino ſabbatizans ad tempus delituit; donec in *Thabor* monaſterio partium *VVeſtfriſiæ* prope *Snekis* ordinis noſtri & capituli in Priorem eligeretur. Qui Friſonum corda rudia, brumali algore frigida effecit mãſuetiſſima, & dictum monaſterium annis fere ſeptem iuxta ordinis inſtituta debitè cuſtodiẽs, de die in diem ibidem perfecit. *Eligitur Prior in Thabor.*

Cum autem deuotus iſte Pater V*Vernerus* Prioratus officium diuerſis in locis per annos circiter viginti octo multis in ſalutem vtiliter adminiſtraſſet, prouectæ ætatis ſenex iam factus, priora ſua repetens præſepia, iterum in *VVindeſem* eſt reuerſus,& vt nouus tyrocinator,noua bella aggrediens, regulam & ſtatuta tanquam de nouo profeſſus ſtrictiſſimè ipſe ſeruauit.Qui valde fuit ſcrupuloſus, & conſcientiam ſuam in cunctis agendis ſemper illæſam niſus eſt cuſtodire:laicis noſtris in publico faciens collationem quiddam exterius,vt moris eſt aliquando dixit,ſed ſcrupulo cordis tactus ab intra continuo reſpondit. *Fratres, librum oportet me reſpicere, vt non erronea vel falſa,ſed vera & recta vobis annunciem.* *Poſt diuerſos Prioratus redit ad ſinum Matris.* *Scrupulis vrgetur.*

Et

bus pretioſi & dilecti, videlicet *Gerlacus Petri*, frater *Gerardus Delft* procurator, frater *Henricus de Huxaria*, frater *Goſvvinus de Tyela* donatus, *Lubbertus Erler* clericus (quorum duo poſtremi lapidem ſinguli ad quantitatem oui anſeris reperti ſunt poſt mortem in veſica habuiſſe) longo tempore ſunt perpeſſi, ac pœnis acerbiſſimis præſertim in noctibus cruciati & afflicti, tanquam loca illa inferiora cultellis bis acutis continuè perforarentur, ac ſi toto corpore membratim diſſecarentur; quia tunc vt aiebant vix pœnam maiorem poterant ſuſtinuiſſe: ita vt fratres coram aſtantes, & vehementem eorum dolorem conſpicientes compaſſione permoti, à lachrymis vix ſe temperarent, qui ad vrinandum quaſi ad grande capitulum dixerunt ſe ituros.

Goſvvinus de Tyela donatus.
Lubbertus Erler clericus.

Contigit aliquando vt frater *VVernerus* huiuſmodi infirmitate prægrauatus lecto decumberet, & frater quidam iunior ab infirmario rogatus, quadam die, fratribus ad pomerium recreandi gratia de licentia ingreſſis, ſecum in ſolatium ſolus remaneret, vt ſacrorum codicum deuotâ lectione patientem eius ſpiritum parumpet refocillaret. Nactâ igitur oportunitate frater ille, profectus ſui cupidus, de rebus ſpiritualibus conferens cum eo quæſiuit inter alia, quomodo id ſe haberet, quod Deus omnipotens in vno mortali horario & temporali peccato æternaliter hominem condemnaret. Qui piè ſibi reſpondit. *Chariſſime frater, Deus eſt ſummum bonum, maximum & infinitum, & ideo qui propria*
» *ſua voluntate contra Deum ſe erigens, ab eo & ſuis*
» *mandatis in toto ſe auertens ad inobedientiam, creatu-*
» *rarumque amorem animum ſuum totum ſpon-*
» *te*

ſponte inclinauerit, quod in mortali peccato fieri conſueuit, infinitam pœnam ſuſtinere, æternoque ſupplicio iuſtè condemnari omnino merebitur. Cumque hæc & alia plurima valde iucunda de illo ſummo bono dicto fratri retuliſſet, contigit horam ſignari tertiam, & primum pro veſperis ſignum pulſari. Quo audito Pater *VVernerus* in lecto iacens reſpondit. *Campana benedicet nobis, quando ſilentium ſeruabimus.* Et ita tunc peramplius vnum verbum non reſpondit, profeſſionis ſuæ ſtrictiſſimus executor, etiam in grabato talis ægritudinis, in tam diuerſa corporis inualetudine conſcientiam ſeruans illæſam, ſciens quod Deus non parceret delinquenti, niſi duntaxat verè pœnitenti.

Profeſſionis ſuæ ſtrictiſſimus obſeruator.

Neque enim ipſe, nec alij fratres noſtri calculoſi aliáſue infirmi in ſuis calamitatibus vnquam viſi ſunt murmuraſſe aduerſus Domini manum contra ſe grauiſſimam: neque vt calix tam exceſſiuè paſſionis ab eis tolleretur, apud Deum vnquam ſimpliciter inſtitiſſe, animos ſuos in veritate & in Deum firmiſſimè defixos, ſupra vires corporis ſedulò conſeruantes, vniuerſa Dei iudicia iuſta & rectiſſima verè cognoſcentes, vtque Deus glorioſus, Pater eorum clemētiſſimus, beneplacētiſſimam voluntatem ſuam ſemper & vbique cum eis perficere in omni tribulatione, & anguſtia cordis & corporis ſemper eis adeſſe, & ipſos inconſolatos interius non relinquere, precibus obnixis ſedulò exorabāt, pœnas corporales, tranſitorias, temporales, æternis inferni ignibus cōparatas, paruas aut nihil eſſe reputantes, quibus tamen pœnis patienter toleratis inextinguibilem gehennæ, ignem euadere ſe ſperabant.

Mira in morbo patientia.

Quamobrem ſi contra Dei voluntatem, & honorem omnes ſuas torſiones per vnum *Aue Maria* euadere potuiſſent, nullatenus appetiſſent: per medicinam tamen corporalem & etiam naturalem aliquando ſe iuuari gratanter acceptarunt, cum contra Dei voluntatem id minimè peragatur, *altiſſimus enim de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam.*

Eccleſiaſtici 38. v. 4.

Cumque in tantis doloribus per annos plurimos bene limatus fuiſſet & purgatus, & ſicut vnus ex viuis lapidibus Ieruſalem cæleſtis tonſionibus & preſſuris aptè quadratus, tandem ad extrema cœpit appropinquare. Tunc exultans in Domino talem ſe ſenſit in animo; quod pro mundo aureo ipſe noluiſſet, quin vitam regularem & cappam in ordine vſque in finem perſeuerando libens detuliſſet.

Cum autem communiter duo fratres pariter, aut in tempore ſibi valde propinquo decedere ſolent in *VVindeſem*, dictus frater *VVernerus* in præſentia conuentus à Priore noſtro *Wilhelmo* fuit inunctus; quem tamen frater *Henricus de Huxaria*, ibidem tunc præſens præcurrit, & venit citius ad monumentum, ambo pariter ſepulti in tranſitu circa chorum ad partem eius Auſtralem.

Obiit pridie Octauarum S. Martini, anno Domini 1427. in VVindeſem.

Multa verò alia deuotionis, humilitatis, rigoris & ſanctitatis eius exercitia, & qualem in Prioratibus ſe præſtiterit, monaſteriumque in *VVindeſem* quantum in temporalibus & ſpiritualibus bonis ſub eo profecerit, tribus

tribus alterius libri *capitulis enucleatiùs ſunt deſcripta*, quò etiam præſentium diligentem remittimus inſpectorem. Quis iam apertis oculis clarè non percipiat, fratres noſtri primitiui quam veris ſanctæ religionis & Chriſtianitatis fundati ſint virtutibus, in quibus vſque in finem probati valde permanſerunt. Et quia accepti fuerunt Deo, neceſſe erat, vt tentatio tam valida eos probatos Deo redderet acceptiores, glorioſiſſimè ab eo coronandos.

Quid nos fratres infirmi ad iſta dicemus? qui corde & corpore tam parum pati poſſumus, vt ventus permodicus ex ore proximi improuiſè efflatus ſecreta cordis penetrans, læthale in eo vulnus infligat, ſtatum mentis noſtræ in momento ſubuertens. Deus autem piiſſimus quos ſaluare diſpoſuit in tribulatos non dimittit, ſed animæ noſtræ vulneribus, diuerſis cordis & corporis languoribus medetur; quatenus tribulationibus & pœnis aſſuefacti totam ſpem noſtram in ipſum proiiciamus, & ita certius & confidentius de æterna beatitudine in Domino ſperemus.

Capvt XXXV.

De vita, ſancta conuerſatione, moribus & Prioratibus fratris Ioannis Kempis.

Ioannis de Kempis ſtatura & indoles.

TErtius in ordine, inter fratres primitiuos, in *VVindeſem* primò profeſſos, vir fuit venerabilis frater *Ioannes de Kempis*, oppido diœceſis Colonienſis. Hic ſtaturâ breuis, viribus corporis fuit imbecillis; aſpectu ſimplex, moribus compoſitus, corde humilis, animo modeſtus, ingenio ſagax, conſilio prudens, mente purus, ſibi internus; Deo deuotus & affectuoſus, fratribus amabilis, & dulciter ſerioſus. Nunquam audax & clamoſus, ſed quietus & zeloſus, valde amans diſciplinam & cellæ cuſtodiam, nunquam vacans otioſus, ſed vtilibus occupatus, diem duxit in veſperum.

Diſcipulus Gerardi & Florentii.

Diſcipulus hic fuerat magiſtri *Gerardi Magni*, & Domini *Florentij*, in quorum ſcholâ doctiſſimâ virtutum intritiuâ, interius & in moribus in tantum profecit, vt cum primis in *Windeſem* ad ordinem ſuſcipiendis à Domino *Florentio* mitteretur. Vbi deuotis exercitiis, orationibus & laboribus feriatis inſiſtens diebus, in virum perfectum paulatim ſuccreuit.

Fit religioſus in VVindeſem.

Qui gratiam ſpecialem ſuſcepit à Deo libros corrigendi, & bene ſcribendi, diuerſaque exemplaria inter ſe repugnantia ad inuicem concordandi, & ea in formam propriam aptè componendi. Vnde librorum eccleſiæ noſtrę & capituli, Miſſalium, Gradualium, Antiphonariorum, Lectio-

Inſignis eſt antiquarius.

Lectionariorum, Capitularij, Martyrologij, Ordinarij, & Kalendarij, ipſe præcipuus vna cum certis in hac parte collegis, ad id ſib[illegible]putatis, factus eſt emendator authenticus:&poſt fratrem *Arnoldum Kalker* Suppriorem noſtrum, conſtitutionum noſtrarum editor & compilator præclarus. Et quia ſubtilis erat ingenio, quia, *Ingenio pollet, cui vim natura negauit*, ideo pro nouis etiam monaſteriis in ordine noſtro conſtruẽdis, & eius ædificiis pro diſciplinâ conſeruandâ aptè collocandis, frequẽter pro conſilio noſcitur directus. Quem magnus Pater noſter *Ioannes de Hueſden* plurimum dilexit, eo quod pectus ſuum frequenter pulſans, propter expertam eius prudentiam, ipſum virum eſſe conſilij ſæpius inueniſſet, ſanis eius conſiliis libenter acquieſcens.

Conſtitutionũ VVindeſemenſium compilatores.

Priori charus.

Vir magni conſilii.

Conuocatis aliquando fratribus in cellam Prioris, & cauſâ propoſita, ſingli à Patre interrogati reſponderunt quod ſecundum conſcientiam rectius iudicabant. Inde exeuntes, frater *Ioannes Kempis* quendam fratrem iuniorem, ſibi ſatis familiarem, traxit in partem, dicens: *Frater mi chariſſime, in talibus cauſis ſic mihi propoſitis communiter ad finem reſpicio, & quem exitum tale negotium ſit habiturum, acutè conſidero; & tunc ita reſponſum meum tempero, vt ipſum retractare non habeam neceſſe, ſed aliis meam ſententiam approbantibus ipſa ſortiatur effectum*, dans ei intelligere, vt diſceret prudentiam, & eius exemplo in ſimili ſic fieret acutior.

Circumſpectus in reſponſis.

Interrogatus aliquando, an etiam exinde in conſcientia grauaretur, quod tam multis annis fuit prælatus, & pro nouis domibus in regulari obſeruantia inſtituendis & conſeruandis, ſæ-

Ex obedientia inculpatus.

pe foras fuit emiſſus, reſpondit. *Ex hoc, quod de mandato Prioris mei, aut capituli, ſeu per electionem canonicam foris fui, omnino iam non doleo; ſed in quibus male habui, inde contriſtor & pœniteo.*

Sancti Patres & viri virtutum, eandem non omnes ſemper habēt gratiam deuotionis in ſcripturis, ſed ſinguli ſecundum feruorem ſui ſpiritus & animi qualitatem, ſingularem à Domino gratiarum obtinēt influentiam. Nam frater *Ioannes Hueſden* Prior noſter, notabile ſatis excerptum ex beati Bernardi ſermonibus ſuper Cantica pro deuotione ſua compilauit, mediam pæne partem ſermonum eorundem. Frater autem *Ioannes*

Eius ſcripta. *Kempis* excerptum pro ſua deuotione ex eiſdem volens extrahere, non ea, quæ Pater *Ioannes* Prior noſter inde ſibi collegerat, ſed ea magis, quæ in ſuo excerpto ipſe omiſerat, vtiliora pro ſuo profectu, & ſibi magis ſapida eſſe iudicans, propriâ edoctus experientiâ, in vnum ea collegit.

Iſte frater *Ioannes de Kempis* columna fuit mo-

Columna Monaſterii & capituli VVindeſemenſis. Plurimis in locis Prior & rector. naſterij noſtri & capituli: in plurimis locis capituli noſtri Prior & rector conſtitutus. Nam in *Fonte beatæ Mariæ prope Arnhem* primus poſt Priorem de *VVindeſem* rector factus, quoſdam ibidem fratres de eius licentia inueſtiuit. In *Monte ſanctæ Agnetis* prope *Zvvollis* in Priorem conſtitutus, dictum monaſterium annis nouem in bona diſciplina gubernans, ſeptem fratres clericos, & tres conuerſos ad ordinem ſuſcepit, & ipſum monaſterium ex magna paupertate cum multa familia laicali ad omnium rerum, domorum, & vtenſi-

Varia eius in monte S. Agnetis opera. lium competentiam ſuo tempore promouit. Eccleſię muros pro parte maiori in altum produxit, plurima ligna pro tecti conſummatione procurauit;

rauit; refectoria fratrum, & laicorum coquinam, & cellarium, & ſacriſtiam pro diuinis inter eccleſiam & domum capituli, de lignis & lapidibus ipſe conſummauit. Et in his omnibus numquam fuit otioſus; ſed inter laborantes trullam cæmentarij manu continens frequenter murauit, & arenam fodiens in carrucam cum ſarculo proiecit. Ortum promiſerum in partem Auſtralem plantari fecit, in cuius circuitu arbores ſtatuit ſilueſtres. Temporibus intermediis, ſacris lectionibus, fratrum eruditionibus, & nouis libris ſcribendis, illuminandis & emendandis operam diligentem impendit. Et quia pauperes tunc erant, fratribus ſuis pro pretio ſcribere conceſſit. Cœmiterium infra ambitum per Dominum *Hubertum Traiectenſem* ſuffraganeum conſecrari fecit circa horam Veſperarum, ſecretè, propter Zvvollenſes qui impedierant, *& ſic obſtructa ſunt ora loquentium iniqua.* *Pſalm. 62.*

Poſt horum conſummationem, & Prioratus ſui reſignationem, alius frater de *VVindeſem*, frater *VVilhelmus Vornken*, ibidem electus eſt in Priorem, ipſo in *VVindeſem* iam reuerſo.

Deinde per capitulum paucis aſſumptis fratribus, ad monaſterium *Stagni ſancti Petri prope Bommel* miſſus eſt inchoandum. Vbi aliquanto tempore demoratus, primus poſtmodum ſanctimonialium in *Bronopiá* in ſuburbio *Campenſi*, per Patres capituli rector eſt ordinatus. *Stagnum S. Petri. Variis locis Prior.*

Rurſum à conuentu monaſterij *Viſitationis beatæ Mariæ* ordinis noſtri prope *Haerlem*, in Priorem fuit electus; cui ſeptem annis continuis in temporalibus & ſpiritualibus bonis bene præfuiſſe dinoſcitur. Inde rurſum reuerſus in VVindeſem *Monaſterium Viſitationis beatæ Mariæ.*

 deſem

nignus, rigidus contra vitia, ad virtutes erectus, pro Dei amore &animarum ſalute multum zeloſus, veram præferens paupertatem, in cunctis monaſterii rebus ſtructuris & vtẽſilibus omnem curioſitatem animo deteſtans, ordinis rigorem in ſe & ſibi ſubiectis amans & requirens,regulam & ſtatuta ad vnguem conſeruans, eaſque in minimo, cum eſſet ſcrupuloſus, tranſgredi formidans.

Reſignat Prioratum.

Poſtquam autem monaſterii noſtri in *VVindeſem* prima pæne gubernacula per tres & eo amplius annos, ſatis religioſè humiliter & vtiliter tenuiſſet, propter conſcientiæ ſuæ ſcrupuloſitatem & animi puſillanimitatem plurimum ſæpe grauatus à ſuo conuentu, & à Domino *Florentio* omnium Patre deuotorum, inſtanter & humillimè ſupportationem officij Prioratus expetiit. Cumque in petendo importunè perſiſteret, tandem moti miſericordia reſignationem ſui Prioratus benignè admiſerunt. In cuius deinde locum *Ioannem Vos de Hueſden*, virum bonum & deuotum continuo elegerunt.

Henricus de Gouda ſororum confeſſor in Zvvollis.

Quem cum idem Pater V*Vernerus*, & Dominus *Henricus de Gouda* ſororum cõfeſſor in *Zvvollis*, reuerendo in Criſto Patri Domino *Florentio*, *Traiectenſi Epiſcopo* ad caſtrum ſuum V*Volenhoe*, in curru aducti ad confirmandum preſentaſſent, idem antiſtes valde mirabatur, quod frater V*Vernerus* præfatus de ſua reſignatione plurimum exultaret, & fratres *Ioannes Hueſden* de ſua exaltatione &promotione tantum contriſtaretur & ploraret, ſuis dicens conſiliariis, *numquam ſimile ſe vidiſſe, quia Patres noſtri Priores, Deo in humili ſtatu ſeruire cupientes, Prioratus officium, non*

Prioratus officium non honor ſed onus.

hono-

honorem ſed onus eſſe reputabant.

Deinde cum monaſterium *Nouæ Lucis* propè *Hoern*, ſecunda filia de *VVindeſem* à Patribus capituli noſtri fuiſſet aſſumptum, præfatus Pater *VVernerus* Prior illic præficitur. Qui dictum monaſterium decem & octo annis in omni religione & regulari diſciplina, viâ regiâ incedendo, ſtrenuè gubernauit, regulam & ſtatuta ſtrictiſſimè ſeruauit, & in temporalibus ſpiritualibuſque rebus ipſum bene promouit. *Prior Nouæ Lucis præficitur.*

Poſt hęc reuerſus in *VVindeſem* exterius feriatus & intus Domino ſabbatizans ad tempus delituit; donec in *Thabor* monaſterio partium *VVeſtfriſiæ* prope *Snekis* ordinis noſtri & capituli in Priorem eligeretur. Qui Friſonum corda rudia, brumali algore frigida effecit mãſuetiſſima, & dictum monaſterium annis fere ſeptem iuxta ordinis inſtituta debitè cuſtodiẽs, de die in diem ibidem perfecit. *Eligitur Prior in Thabor.*

Cum autem deuotus iſte Pater V*Vernerus* Prioratus officium diuerſis in locis per annos circiter viginti octo multis in ſalutem vtiliter adminiſtraſſet, prouectæ ætatis ſenex iam factus, priora ſua repetens præſepia, iterum in *VVindeſem* eſt reuerſus,& vt nouus tyrocinator,noua bella aggrediens, regulam & ſtatuta tanquam de nouo profeſſus ſtrictiſſimè ipſe ſeruauit.Qui valde fuit ſcrupuloſus, & conſcientiam ſuam in cunctis agendis ſemper illæſam niſus eſt cuſtodire:laicis noſtris in publico faciens collationem quiddam exterius,vt moris eſt aliquando dixit,ſed ſcrupulo cordis tactus ab intra continuo reſpondit. *Fratres, librum oportet me reſpicere, vt non erronea vel falſa,ſed vera & recta vobis annunciem.* *Poſt diuerſos Prioratus redit ad ſinum Matris.* *Scrupulis vrgetur.*

Et

Et cum diebus celebribus audiret diuina, requiſiuit presbyterum vnde Miſſam celebraturus legere intenderet. Si legere nollet de tempore, aut feſto occurrente; tunc ab eo diuertens alterum vel tertium requiſiuit, donec ſacerdotem de tempore, aut vnde horæ cantabantur inueniret celebrantem: ad cuius tunc altare vſque in finem Miſſæ ſolita ſua deuotione permanſit.

Aqua benedicta delet peccatum.

Cum aqua benedicta Dominicis diebus retro in eccleſia per populum ſpargeretur, petiit à ſacerdote plenum aſperſorium in faciem dari, remiſſionem peccatorum ſic credens obtinere, conſcientiæ ſuæ ſcrupuloſæ ſic ſatisfaciens.

Stetit aliquando in calefactorio cum fratre *Arnoldo* Suppriore noſtro in familiari colloquio: ſuperuenit frater *Nicolaus* conuerſus, ſenex & bonus, in abſentia fratris *Gerardi Delft* procuratoris noſtri ſemi-procurator, petens à Suppriore adiutorium ſibi concedi pro opere quodam perficiendo. Qui in primis reſponſum optatum non recipiens, ſecundo importuniùs aſſenſum eius expetiit. Frater ergo *VVernerus* zelo diſciplinæ commotus ad genua ſe exponens, ait Suppriori. *Chariſſime Pater, peto veniam pro iſto fratre importuno.* Et frater *Nicolaus* de tanti Patris pro ſe humiliatione erubeſcens, etiam ſtatim ad genua procidens ait. *Chariſſimi Patres, eſt culpa mea,* & tunc ambo ſurgere iuſſi, poſtulatum recepit auxilium, referens nobis cum gratia, ſe tandem per talis viri humilitatem culpam recognouiſſe.

VVerneri humilitas.

Digitized by Google

CAPVT XXXIV.

De patientia eius in pœna calculi, & de cuſtodia conſcientiæ ſuæ etiam in infirmitate, & de morte eius.

VVErnerus Pater hic deuotus dum de virtute in virtutem, de viro bono in meliorem proficere conaretur, ſuoque feruore in ipſo ſuo ſenio iuuenes anteire, angelica quædam perſona apparuit ei in viſione, calicem aureum ſanguine plenum gerens in manibus, quæ voce clara dixit ei: *O frater VVernere, iſtum calicem paßionis ſanguine plenum oportet te epotare, & ita ad gloriam & vitam peruenire.* Experrectus inde, quidnam hęc viſio noui portenderet cœpit admirari. Et ecce non multos poſt dies grauiſſimo calculi morbo acerbiſſimè cœpit laborare, & tres in veſica calculos in morem perſicorum & conſequenter ouorum in ea congregare, vt vrinam propriam non poſſet aliquando diu retinere. Per vndecim enim annos lapides creſcentes deferens in veſica vehementibus doloribus in locis vrinalibus conſueuit cruciari; ita vt extremis vitæ ſuæ temporibus, præfatis lapillulis in orificium veſicæ pariter irruentibus, vrinam emittere non tantum tenuiter, & hoc ſucceſſiuè, cum pœnis permaximis omnino non valeret. Ecce quantus cruciatus tanto tempore pro Chriſto patientiſſimè toleratus. Hæc autem præmiſſa, & multo maiora non ſolum ipſe ſed etiam multi alij fratres noſtri Deo & hominibus

Viſio.

Laborat acerbiſsimè calculi morbo.

bus pretioſi & dilecti, videlicet *Gerlacus Petri*, frater *Gerardus Delft* procurator, frater *Henricus de Huxaria*, frater *Goſvvinus de Tyela* donatus, *Lubbertus Erler* clericus (quorum duo poſtremi lapidem ſinguli ad quantitatem oui anſeris reperti ſunt poſt mortem in veſica habuiſſe) longo tempore ſunt perpeſſi, ac pœnis acerbiſſimis præſertim in noctibus cruciati & afflicti, tanquam loca illa inferiora cultellis bis acutis continuè perforarentur, ac ſi toto corpore membratim diſſecarentur; quia tunc vt aiebant vix pœnam maiorem poterant ſuſtinuiſſe: ita vt fratres coram aſtantes, & vehementem eorum dolorem conſpicientes compaſſione permoti, à lachrymis vix ſe temperarent, qui ad vrinandum quaſi ad grande capitulum dixerunt ſe ituros.

Goſvvinus de Tyela donatus. *Lubbertus Erler clericus.*

Contigit aliquando vt frater *VVernerus* huiúſmodi infirmitate prægrauatus lecto decumberet, & frater quidam iunior ab infirmario rogatus, quadam die, fratribus ad pomerium recreandi gratia de licentia ingreſſis, ſecum in ſolatium ſolus remaneret, vt ſacrorum codicum deuotâ lectione patientem eius ſpiritum parumper refocillaret. Nactâ igitur oportunitate frater ille, profectus ſui cupidus, de rebus ſpiritualibus conferens cum eo quæſiuit inter alia, quomodo id ſe haberet, quod Deus omnipotens in vnó mortali horario & temporali peccato æternaliter hominem condemnaret. Qui piè ſibi reſpondit. *Chariſſime frater, Deus eſt ſummum bonum, maximum & infinitum, & ideo qui propria*
» *ſua voluntate contra Deum ſe erigens, ab eo & ſuis*
» *mandatis in toto ſe auertens ad inobedientiam, creatu-*
» *rarumque amorem animum ſuum totum ſpon-*
» *te*

ſponte inclinauerit, quod in mortali peccato fieri conſueuit, infinitam pœnam ſuſtinere, æternoque ſupplicio iuſtè condemnari omnino merebitur. Cumque hæc & alia plurima valde iucunda de illo ſummo bono dicto fratri retuliſſet, contigit horam ſignari tertiam, & primum pro veſperis ſignum pulſari. Quo audito Pater *VVernerus* in lecto iacens reſpondit. *Campana benedicet nobis, quando ſilentium ſeruabimus.* Et ita tunc peramplius vnum verbum non reſpondit, profeſſionis ſuæ ſtrictiſſimus executor, etiam in grabato talis ægritudinis, in tam diuerſa corporis inualetudine conſcientiam ſeruans illæſam, ſciens quod Deus non parceret delinquenti, niſi duntaxat verè pœnitenti.

Profeſſionis ſuæ ſtrictiſſimus obſeruator.

Neque enim ipſe, nec alij fratres noſtri calculoſi aliáſue infirmi in ſuis calamitatibus vnquam viſi ſunt murmuraſſe aduerſus Domini manum contra ſe grauiſſimam: neque vt calix tam exceſſiuè paſſionis ab eis tolleretur, apud Deum vnquam ſimpliciter inſtitiſſe, animos ſuos in veritate & in Deum firmiſſimè defixos, ſupra vires corporis ſedulò conſeruantes, vniuerſa Dei iudicia iuſta & rectiſſima verè cognoſcentes, vtque Deus glorioſus, Pater eorum clemētiſſimus, beneplacētiſſimam voluntatem ſuam ſemper & vbique cum eis perficere in omni tribulatione, & anguſtia cordis & corporis ſemper eis adeſſe, & ipſos inconſolatos interius non relinquere, precibus obnixis ſedulò exorabāt, pœnas corporales, tranſitorias, temporales, æternis inferni ignibus cōparatas, paruas aut nihil eſſe reputantes, quibus tamen pœnis patienter toleratis inextinguibilem gehennæ, ignem euadere ſe ſperabant.

Mira in morbo patientia.

Quamobrem ſi contra Dei voluntatem, & honorem omnes ſuas torſiones per vnum *Aue Maria* euadere potuiſſent, nullatenus appetiſſent: per medicinam tamen corporalem & etiam naturalem aliquando ſe iuuari gratanter acceptarunt, cum contra Dei voluntatem id minimè peragatur, *altiſſimus enim de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam.*

Eccleſiaſtici 38. v. 4.

Cumque in tantis doloribus per annos plurimos bene limatus fuiſſet & purgatus, & ſicut vnus ex viuis lapidibus Ieruſalem cæleſtis tonſionibus & preſſuris aptè quadratus, tandem ad extrema cœpit appropinquare. Tunc exultans in Domino talem ſe ſenſit in animo; quod pro mundo aureo ipſe noluiſſet, quin vitam regularem & cappam in ordine vſque in finem perſeuerando libens detuliſſet.

Obiit pridie Octauarum S. Martini, anno Domini 1427. in VVindeſem.

Cum autem communiter duo fratres pariter, aut in tempore ſibi valde propinquo decedere ſolent in *VVindeſem*, dictus frater *VVernerus* in præſentia conuentus à Priore noſtro *Wilhelmo* fuit inunctus; quem tamen frater *Henricus de Huxaria*, ibidem tunc præſens præcurrit, & venit citius ad monumentum, ambo pariter ſepulti in tranſitu circa chorum ad partem eius Auſtralem.

Multa verò alia deuotionis, humilitatis, rigoris & ſanctitatis eius exercitia, & qualem in Prioratibus ſe præſtiterit, monaſteriumque in *VVindeſem* quantum in temporalibus & ſpiritualibus bonis ſub eo profecerit, tribus

Digitized by Google

tribus alterius libri *capitulis enucleatiùs ſunt deſcripta*, quò etiam præſentium diligentem remittimus inſpectorem. Quis iam apertis oculis clarè non percipiat, fratres noſtri primitiui quam veris ſanctæ religionis & Chriſtianitatis fundati ſint virtutibus, in quibus vſque in finem probati valde permanſerunt. Et quia accepti fuerunt Deo, neceſſe erat, vt tentatio tam valida eos probatos Deo redderet acceptiores, glorioſiſſimè ab eo coronandos.

Quid nos fratres infirmi ad iſta dicemus? qui corde & corpore tam parum pati poſſumus, vt ventus permodicus ex ore proximi improuiſè efflatus ſecreta cordis penetrans, læthale in eo vulnus infligat, ſtatum mentis noſtræ in momento ſubuertens. Deus autem piiſſimus quos ſaluare diſpoſuit in tribulatos non dimittit, ſed animæ noſtræ vulneribus, diuerſis cordis & corporis languoribus medetur; quatenus tribulationibus & pœnis aſſuefacti totam ſpem noſtram in ipſum proiiciamus, & ita certius & confidentius de æterna beatitudine in Domino ſperemus.

Capvt XXXV.

De vita, ſancta conuerſatione, moribus & Prioratibus fratris Ioannis Kempis.

Ioannis de Kempis ſtatura & indoles.

TErtius in ordine, inter fratres primitiuos, in *VVindeſem* primò profeſſos, vir fuit venerabilis frater *Ioannes de Kempis*, oppido diœceſis Colonienſis. Hic ſtaturâ breuis, viribus corporis fuit imbecillis; aſpectu ſimplex, moribus compoſitus, corde humilis, animo modeſtus, ingenio ſagax, conſilio prudens, mente purus, ſibi internus; Deo deuotus & affectuoſus, fratribus amabilis, & dulciter ſerioſus. Nunquam audax & clamoſus, ſed quietus & zeloſus, valde amans diſciplinam & cellæ cuſtodiam, nunquam vacans otioſus, ſed vtilibus occupatus, diem duxit in veſperum.

Diſcipulus Gerardi & Florentii.

Diſcipulus hic fuerat magiſtri *Gerardi Magni*, & Domini *Florentij*, in quorum ſcholâ doctiſſimâ virtutum intritiuâ, interius & in moribus in tantum profecit, vt cum primis in *Windeſem* ad ordinem ſuſcipiendis à Domino *Florentio* mitteretur. Vbi deuotis exercitiis, orationibus & laboribus feriatis inſiſtens diebus, in virum perfectum paulatim ſuccreuit.

Fit religioſus in VVindeſem.

Qui gratiam ſpecialem ſuſcepit à Deo libros corrigendi, & bene ſcribendi, diuerſaque exemplaria inter ſe repugnantia ad inuicem concordandi, & ea in formam propriam aptè componendi. Vnde librorum eccleſiæ noſtrę & capituli, Miſſalium, Gradualium, Antiphonariorum, Lectio-

Inſignis eſt antiquarius.

Digitized by

Lectionariorum, Capitularij, Martyrologij, Ordinarij, & Kalendarij, ipſe præcipuus vna cum certis in hac parte collegis, ad id ſibi deputatis, factus eſt emendator authenticus:&poſt fratrem *Arnoldum Kalker* Suppriorem noſtrum, conſtitutionum noſtrarum editor & compilator præclarus. Et quia ſubtilis erat ingenio, quia, *Ingenio pollet, cui vim natura negauit*, ideo pro nouis etiam monaſteriis in ordine noſtro conſtruẽdis, & eius ædificiis pro diſciplinâ conſeruandâ aptè collocandis, frequẽter pro conſilio noſcitur directus. Quem magnus Pater noſter *Ioannes de Hueſden* plurimum dilexit, eo quod pectus ſuum frequenter pulſans, propter expertam eius prudentiam, ipſum virum eſſe conſilij ſæpius inueniſſet, ſanis eius conſiliis libenter acquieſcens.

Conſtitutionũ VV indeſemenſium compilatores.

Priori charus.

Vir magni conſilii.

Conuocatis aliquando fratribus in cellam Prioris, & cauſâ propoſita, ſingli à Patre interrogati reſponderunt quod ſecundum conſcientiam rectius iudicabant. Inde exeuntes, frater *Ioannes Kempis* quendam fratrem iuniorem, ſibi ſatis familiarem, traxit in partem, dicens: *Frater mi chariſſime, in talibus cauſis ſic mihi propoſitis communiter ad finem reſpicio, & quem exitum tale negotium ſit habiturum, acutè conſidero; & tunc ita reſponſum meum tempero, vt ipſum retractare non habeam neceſſe, ſed aliis meam ſententiam approbantibus ipſa ſortiatur effectum*, dans ei intelligere, vt diſceret prudentiam, & eius exemplo in ſimili ſic fieret acutior.

Circumſpectus in reſponſis.

Interrogatus aliquando, an etiam exinde in conſcientia grauaretur, quod tam multis annis fuit prælatus, & pro nouis domibus in regulari obſeruantia inſtituendis & conſeruandis, ſæ-

Ex obedientia inculpatus.

pe foras fuit emiſſus, reſpondit. *Ex hoc, quod de mandato Prioris mei, aut capituli, ſeu per electionem canonicam [illegible]is fui, omnino iam non doleo; ſed in quibus male habui, inde contriſtor & pœniteo.*

Sancti Patres & viri virtutum, eandem non omnes ſemper habēt gratiam deuotionis in ſcripturis, ſed ſinguli ſecundum feruorem ſui ſpiritus & animi qualitatem, ſingularem à Domino gratiarum obtinēt influentiam. Nam frater *Ioannes Hueſden* Prior noſter, notabile ſatis excerptum ex beati Bernardi ſermonibus ſuper Cantica pro deuotione ſua compilauit, mediam pæne partem ſermonum eorundem. Frater autem *Ioannes Kempis* excerptum pro ſua deuotione ex eiſdem volens extrahere, non ea, quæ Pater *Ioannes* Prior noſter inde ſibi collegerat, ſed ea magis, quæ in ſuo excerpto ipſe omiſerat, vtiliora pro ſuo profectu, & ſibi magis ſapida eſſe iudicans, propriâ edoctus experientiâ, in vnum ea collegit.

Eius ſcripta.

Iſte frater *Ioannes de Kempis* columna fuit monaſterij noſtri & capituli: in plurimis locis capituli noſtri Prior & rector conſtitutus. Nam in *Fonte beatæ Mariæ prope Arnhem* primus poſt Priorem de *VVindeſem* rector factus, quoſdam ibidem fratres de eius licentia inueſtiuit. In *Monte ſanctæ Agnetis* prope *Zvvollis* in Priorem conſtitutus, dictum monaſterium annis nouem in bona diſciplina gubernans, ſeptem fratres clericos, & tres conuerſos ad ordinem ſuſcepit, & ipſum monaſterium ex magna paupertate cum multa familia laicali ad omnium rerum, domorum, & vtenſilium competentiam ſuo tempore promouit. Eccleſię muros pro parte maiori in altum produxit, plurima ligna pro tecti conſummatione procurauit,

Columna Monaſterii & capituli VVindeſemenſis. Plurimis in locis Prior & rector.

Varia eius in monte S. Agnetis opera.

rauit; refectoria fratrum, & laicorum coquinam, & cellarium, & ſacriſtiam pro diuinis inter eccleſiam & domum capituli, de lignis & lapidibus ipſe conſummauit. Et in his omnibus numquam fuit otioſus; ſed inter laborantes trullam cæmentarij manu continens frequenter murauit, & arenam fodiens in carrucam cum ſarculo proiecit. Ortum promiferum in partem Auſtralem plantari fecit, in cuius circuitu arbores ſtatuit ſilueſtres. Temporibus intermediis, ſacris lectionibus, fratrum eruditionibus, & nouis libris ſcribendis, illuminandis & emendandis operam diligentem impendit. Et quia pauperes tunc erant, fratribus ſuis pro pretio ſcribere conceſſit. Cœmiterium infra ambitum per Dominum *Hubertum Traiectenſem* ſuffraganeum conſecrari fecit circa horam Veſperarum, ſecretè, propter Zvvollenſes qui impedierant, *& ſic obſtructa ſunt ora loquentium iniqua.* *Pſalm. 62.*

Poſt horum conſummationem, & Prioratus ſui reſignationem, alius frater de *VVindeſem*, frater *VVilhelmus Vornken*, ibidem electus eſt in Priorem, ipſo in *VVindeſem* iam reuerſo.

Deinde per capitulum paucis aſſumptis fratribus, ad monaſterium *Stagni ſancti Petri prope Bommel* miſſus eſt inchoandum. Vbi aliquanto tempore demoratus, primus poſtmodum ſanctimonialium in *Bronopiâ* in ſuburbio *Campenſi*, per Patres capituli rector eſt ordinatus. *Stagnum S. Petri.* *Variis locis Prior.*

Rurſum à conuentu monaſterij *Viſitationis beatæ Mariæ* ordinis noſtri prope *Haerlem*, in Priorem fuit electus; cui ſeptem annis continuis in temporalibus & ſpiritualibus bonis bene præfuiſſe dinoſcitur. Inde rurſum reuerſus in VVin- *Monaſterium Viſitationis beatæ Mariæ.*

ſem circa finem vitæ ſuæ, miſſus eſt in *Bethaniam*, *cœnobium monialium* ordinis noſtri prope *Arnhem* in primum rectorem, poſt annum & dimidium, quadraginta annis in ordine iam expletis, in vera obedientia & ſenectute bona, tertio die poſt animarum, horâ duodecimâ diem clauſit extremum, in eodem monaſterio in ambitu ſororum ſepultus.

Bethania Monaſteriũ.

Moritur.

Spiritualis eius collatio.

Qui dum adhuc eſſet in humanis, ſic ait inter alia in quadam collatione. „ *Volumus eſſe humiles ſine deſpectione, patientes ſine tribulatione, obedientes ſine coarctatione, pauperes ſine defectu, virtuoſi ſine labore, pœnitentes ſine dolore, laudari ſine virtute, amari ſine bonitate, honorari ſine ſanctitate; ſed Chriſtus Deus noſter ita non fecit & docuit, qui regnum cælorum vim ſibi facientibus repromiſit, & iniuriam patientibus, gloriam & honorem retribuet, nullumque malum relinquet inultum.*

Regnum cælorum vim patitur.

Ecce quantis laboribus & fatigiis Patrem iſtum reuerendum pro Dei honore, & fratrum ſalute, capitulique dilatatione vſque in ſenium videmus fatigatum, qui imbecilli corpore cum antiquo hoſte viriliter decertans, in verâ obedientiâ, reſignatione propria, & veris virtutibus vſque in finem perſeuerauit; donec ſpiritus eius diceret, *vt à ſuis laboribus in æuum requiſceret*, æternæ gloriæ coronam à Deo recepturus, quam cunctis ſe diligentibus, & ipſi in fide fideliter ſeruientibus in finem vitæ indubitanter donabit.

Apoc. 14. v. 13.

CAPVT

CAPVT XXXVI.

De vita feruore, conuerſatione, & tactu appoplexiæ fratris Henrici VVilde.

QVartus in ordine fratrum noſtrorum primitiuorum, vir fuit magnificus frater *Henricus Wilde*, de partibus Brabantiæ Buſcoducis trahens originem. Qui magiſtri *Gerardi Magni*, & Domini *Florentij* electus fuit diſcipulus, in magno feruore ſpiritus ab ipſis inſtitutus, & inter primos religionis gratia à Domino *Florentio* in *VVindeſem* directus, qui licet iuuenis tunc eſſet ætate, vt ante profeſſionem diaconus ſit tantum ordinatus, ſicut & frater *Ioannes Kempis* iam ante præfatus, in omnibus tamen regularis vitæ inſtitutis multo ſemper amore, & ſpiritus ſui feruore noſcitur cucurriſſe. *Henrici VVilde patria.*

Erat autem vir mediocris ſtaturæ, excellentis animi, competentis litteraturæ, conuerſatione ſtrenuus, aſpectu maturus, corde feruidus, moribus grauis, in correptione rigidus, pro diſciplina zeloſus, Deum timens, nihil negligens, fratribus dulcis & affabilis & bene religioſus, in ſpiritu compunctionis & internæ deuotionis die ac nocte Deo deſeruiens, pro iuſtitia, pro Deo, pro animarum ſalute, pro ſpirituali profectu, & pro ſancta reformatione in ſe, & in aliis ad plenum perficienda, quotidie agonizans factus *Virtus & dona.*

eſt animo robuſtior ſeipſo; cuius omnis actio, conatus, & intentio per obliuionem Priorum in anteriora ſemper extenti, & omnis regularis diſciplina nimis ei fuit permodica, nec graue vnquam putauit ſine murmure ſequi conuentum; cum continuè ad maiora virtutum exercitia ſtudioſiſſimè anhelaret.

Eligitur in Suppriorem VVindeſemenſem. Vir iſte tantæ perfectionis presbyter factus in ordine, continuo in *Suppriorem in VVindeſem eſt electus.* Qui ſtrenuus in officio fratres ſuos & laicos in optima diſciplina ſeruauit, in odorem ſuauitatis cunctis audientibus. *Ioannes Mulſor laicus.* Cum enim quidam noſter laicus *Ioannes Mulſor* nomine, in refectorio ad menſam cum ceteris pranderet; Supprior hic ſuperueniens dixit ad Ioannem: *Chariſſime frater Ioannes, vos non eſtis dignus vt cum iſtis bonis fratribus ad menſam ſedeatis. Surgatis ergo velociter & ad terram comedatis.* Qui nihil motus animo, hæc ita ſe habere recognouit in publico. Surrexit ergo continuò corde dicens ex intimo. *Mi Pater eſt culpa mea, volo me libenter emendare,* & ſic de menſa deſcendens, ad pauimentum humiliter reſidens comedit. *Humilitas eius & ſanctitas.* Tantæ verò humilitatis, feruoris & deuotionis fuit iſte laicus, teſtimonium habens bonum ab omnibus; vt poſt mortem in eius anniuerſario, cum frater *Arnoldus Kalker* tunc Supprior noſter Patri *Ioanni de Hueſden* Priori diceret. *Hodie anniuerſarium eſt fratris Ioannis Mulſoris*: ille reſponderet: *Oret pro nobis, quia vt pro eo oremus ipſe non indiget.* *Laicorum in VVindeſem ſancta vita.* Tunc laici noſtri in *VVindeſem* in veris ſe exercitabant virtutibus, in humilitate, obedientia, naturæ mortificatione, charitate, feruore, & deuotione, in quibus quandoque fratres chorales præire conabantur.

Cele-

Digitized by Google

Celebris ergo fama de bono regimine & feruore fratris *Henrici Wilde* Supprioris cum vbique percrebuiſſet, contigit conuentum in Emſteyn à Priore de *VVindeſem* viſitari, & fratrem *Henricum VVilde* ibidem eligi in Priorem, fratre *Arnoldo Kalker* ei in Suppriorem ſuccedente; fratre *Simone de Scoenhouia* primo eiuſdem loci præpoſito, propter capituli generalis incorporationem, præpoſituram reſignante, nomemque præpoſiti in nomen Prioris cõmutante; ad quem ſcriptæ ſunt epiſtolæ in Emſteyn, intitulatæ per cognatum ſuum fratrem *Ioannem de Scoenhouia* in *Viride Valle*, monaſterio ordinis & capituli noſtri Suppriorem. Factus ergo Prior in Emſteyn dictum monaſterium per decem & ſeptem ferme annos in omni diſciplina gubernans, in tẽporalibus & ſpiritualibus rebus eius valde profecit. Lumen enim ſanctæ conuerſationis, ſpeculum diſciplinæ, & columna capituli continuò effectus, atq; apud proceres & magnates, oppidanos & plebeios, ſeculares & religioſos per totam *Hollandiam* & *Brabantiam* charus & acceptus, plurima ordinis noſtri monaſteria in locis ſupradictis generali capitulo incorporanda prouexit, ſolemnes in eodem capitulo ſæpe faciens ſermones.

Conſtituitur Prior in Emſteyn.

Simon de Sconouia reſignat præpoſituram in Emſteyn.

Ioannes de Sconouia in Viridi Valle Supprior.

Hic cum venerabili Priore noſtro *Ioanne de Hueſden*, perrexit Pariſius, antiquum ſanctæ religionis noſtræ habitum, & ordinis diſciplinam apud canonicos regulares, ad ſanctum Victorem, ſanctamque Genouefuam volentes peruidere, & in ſuos, fratrumque ſuorum mores traiicere.

Magnus etiam librorum correctorum zelator,

Magnus librorum correƈtor.

tor, & ſatis bonus grammaticus, exemplariaque plura *Biblia*, & aliorum librorum ſanctorum perantiqua & bene correcta in vnum comportans, pro debita librorum noſtrorum correctione & emendatione. Principalis fuit agitator quod in ortographia, Cantibus & accentibus in libris diuinis, quam plurima à communibus ſæcularium eccleſiarum inſtitutionibus diſcrepantia, religioſorum more præſertim Carthuſienſium, in ordine noſtro & capitulo videmus immutata, aut omnino reſecata; hiſtorias videlicet, hymnos, & ſequentias à minus authenticis authoribus editos & compoſitos, eccleſiaſticam grauitatem non ſatis præferentes.

Reſignat Prioratum in Emſteyn.

Ad ordinem plurimum anhelans Carthuſienſem, Prioratum in *Emſteyn* reſignauit, & tunc ad diuerſa Carthuſienſium monaſteria pro loco impetrando ſe transferens, certis de cauſis nuſquam fuit receptus. Regreſſus ergo in *VVindeſem*, & benignè à fratribus noſtris ſuſceptus, dehinc in Priorem in *Emſteyn iterum eſt electus*. Duobus etiam annis Prior fuit in *Amſtelredam* ad regulares, poſt fratrem noſtrum *Ioannem Ottonis de Zuzato*. Item prope *Hoern* fuit quartus Prior eiuſdem domus annis quatuor, & menſe vno.

Prior in diuerſis Regularium Monaſteriis.

Ioannes Ottonis de ZuZato Prior in Amſtelredam.

Rector in Thenis monte.

Abſolutus deinde à Prioratibus ſanctimonialium ordinis noſtri in *Thenis monte* partium *Brabantiæ* rector eſt conſtitutus, dictum monaſterium in omni diſciplina, & temporalium bonorum competentia, cum omni pudicitia bene gubernans; donec à Deo tactus apoplexia, iam pæne factus inutilis, in *VVindeſem* redi-

Apoplecticus.

Digitized by Google

rediret. Vbi in ſuo ſenio & infirmitatibus à cunctis noſtris fratribus manibus obuiis hilariter ſuſceptus, per decem & eo amplius annos quibus poſt hoc ſuperuixit, ſummâ diligentiâ, ſeduloque ſeruitio obſequioſiſſimè fuit cuſtoditus.

Quia autem non in toto corpore, ſed in ſiniſtra parte cerebri, & ita conſequenter per integrum latus ſiniſtrum, brachio videlicet, linguâ, manu, pede duntaxat tactus erat, dextro latere ſuo ſano, iuxta feruorem priſtinum quieſcere recuſauit, ſed Miſſam ſæpe celebrans, dextera manu ſiniſtram leuando, Chriſti ſacramenta populo demonſtrauit, donec vltra deficiens, cum eſſet hernioſus, id efficere non poſſet. & ſic à celebratione iuſſus abſtinere, cum fratribus non presbyteris in choro ſuo tempore communicauit. *Hernioſus.*

Quamuis autem bene ſtare non poterat tactus apoplexia, in choro tamen & conuentu præſentem ſe ſemper exhibuit in ſtallo ſuo ſedendo, niſi aliquando maximè ſub *Canticis Euangelicis* ſtaret ſeu reclinaret, & extra tempus chori minimè vacabat, ſed nocturnalibus in papyro ſcribendis, licet minus legibili ſcripturâ, manu ſua dexterâ, cum penna per alterum facta, ſedulò inſiſtebat.

Compos rationis & mentis permanens, in infirmitate patientiſſimè ſe gerens, gratias egit Deo, qui animam eius à peccatorum ſqualoribus tali valetudine dignatus eſt purgare. Qui multis annis cum fratribus in refectorio, & cum in fine magis deficeret in infirmaria cibum conſueuit accipere; donec ipſa valetudine ingra-

ingraueſcente, viribus corporis vltra deficiens grabato ſterneretur. Et veniens ad extrema, accepto viatico & coram conuentu inunctus, poſtquam annis quinquaginta duobus in ordine fideliter Deo ſeruierat, felicem animam, multis modis iam purgatam, Deo reddidit coronandam. Cuius corpuſculum in ambitu fratrum, ſub gradu dormitorij, ad latus procuratoris quondam in *VVindeſem*, deuotè tumulatur.

Accepto viatico & ſacro inunctus oleo moritur.

Ecce in his fratribus, viris vtique perfectis quam clarè nunc aſpicimus, quomodo Deus electos ſuos variis cordis & corporis tribulationibus, pœnis & preſſuris patienter in hac vita perpeſſis, ad illam futuram gloriam perpetuò poſſidendam ſolet præparare, aptare, & conquadrare, ſine quibus, nec ipſe Chriſtus Dominus Deus noſter, nec aliquis ſanctorum noſcitur vnquam illic perueniſſe, cum non ſit alia via vitæ, via regni cœleſtis, niſi præſens tribulatio, à Chriſto, & propter Chriſtum gratanter ſuſcepta, patienterque perpeſſa.

Oportet pati & ita intrare in gloriam.

CAPVT

CAPVT XXXVII.

De vita, honeſtate, virtutibus, & procuratione, labore, & morte fratris Henrici de VVilſem.

PRæcellentior inter omnes fratres noſtros primitiuos, maioriſque apud omnes ſeculares, ſpiritualeſque viros reputationis vir fuit vitæ valde venerabilis *Henricus VVilſem*, de oppido Campenſi oriundus, quintus in ordine fratrum in *VVindeſem* profeſſorum. Qui ante religionis ingreſſum magnus & potens fuit in ſæculo, Scabinus *Campenſis, Campenſium in Schone*, partium regni *Daciæ* perſæpe capitaneus, *Zallandiæque* Droſſatus. *Caſtrum in Erkelſteyn* diœceſis *Traiectenſis*, cum omnibus viris ſuis, bonis & perſonis regens in æquitate: huius tempore principibus militaribus, conſulibus, oppidanis & villanis charus & acceptus. *Henricus VVilſen.* *Magnus in ſæculo.* *Erkelſteyn caſtrum.*

Erat autem vir proceræ ſtaturæ, magnæ prouidentiæ, ſagacis ingenij, honeſtæ probitatis, elegantis eloquentiæ, aſpectu venerabilis, affatu ſuauis, moribus compoſitus, animo modeſtus, exemplaris fratribus, Deo deuotus, vita commendabilis, conuerſatione ſanctus, cuius naturalis prudentia in vultu relucebat, & cordis pietatem omnis dulcedo prodebat. *Henrici ſtatura & indoles.*

Vir iſte glorioſus ad prædicationem magiſtri *Gerardi Magni* conuerſus mundum cœpit contemnere, honores eius faſtidire, Deum diligere, cæle- *Eius ad Deum conuerſio.*

cæleſtia deſiderare; vnde & eidem magiſtro *Gerardo* in ſuis aduerſitatibus conſtanter adhæſit, operum eius & ſermonum fideliſſimus propugnator. Et poſt eius tranſitum columna fuit & firmamentum omnium Deum timentium moderni feruoris, & executor principalis extremæ voluntatis magiſtri *Gerardi Magni* de monaſterio conſtruendo. Qui licet magnus & potens in ſæculo à cunctis cernebatur, tamen omnem mundi gloriam, diuitias & delitias, amicorum ſolatia, propinquorum conſortia, & quicquid iucunditatis & dulcedinis mundus afferre poteſt, *arbitratus eſt vt ſtercora*, nihil eſſe reputauit, & cum illis pauperculis presbyteris, & clericis in *VVindeſem* primitiuis, à mundo tunc deſpectis, & parum reputatis corde & corpore ſe ſocians, veſtes humillimas, & cappam tunc contemptibilem libens cum ipſis induit, corpus ſuum & animam, omnemque ſuam terrenam ſubſtantiam, ſub illorum ſimplicium & abiectorum fratrum voluntate & regimine prompté condemnauit. Nudum ergo Chriſtum nudus ipſe ſecutus, temporales diuitias, gloriam & delitias, in varias cordis lætitias, virtutumque diuitias, in vita præſenti, & in cœleſtium voluptatum perennem Paradiſum, & omnium bonorum ſummum Deum in futuro feliciter commutans, pro luto aurum, pro mundo cœlum, pro creatura creatorem, pro ſeipſo Deum inæſtimabili commercio dignationis diuinæ in veritate recepturus.

Spretis omnibus induit habitum religioſum.

Qualem verò in ordinem ſeipſum præſtiterit quis digne enarrabit? Cunctis enim fratribus, religioſis & ſæcularibus verum ſe eſſe religioſum, pauper-

paupertatis amatorem, continentiæ ſectatorem, obedientiæ obſeruatorem, diſciplinæ zelatorem, Domini *Ieſu* imitatorem, interna deuotione feruentem; diuina contemplatione ſuſpenſum, totiuſque ſanctitatis ſpeculum vbique ſe exhibuit, vanamque mundi gloriam, diuitias & delitias, quæ ſemel in initio iam ante contempſerat, nunquam in ſe reciprocans ſemper ipſe contempſit, paradiſi gaudens delitiis, & conſcientiæ bonæ diuitiis, internos mentis oculos in Deum, & in æterna ſemper habens defixos.

Boni religioſi exemplar.

Quia enim fratres noſtri in *VVindeſem* primitiui iuuenes erant & ſimplices, paruam externarum rerum habentes notitiam, quorum tamen ipſe frater noſter *Henricus VVilſen* plenam adeptus fuerat experiētiam, de mandato Patrum curam rerum temporalium dicti monaſterij in *VVindeſem*, eccleſiæ & ædificiorum à fundamentis ibidem conſtruendorum, ipſe ſuſcepit. Quæ ante finem anni vltra omnium æſtimationem glorioſè conſummauit, prout in initio tunc temporis congruebant. Et quia multum erat authenticus, ſæcularibus & deuotis acceptus & reuerendus, quando aliqua priuilegia, gratiæ & libertates, à terræ principibus, canonicis, & conſulibus pro monaſterij noſtri iuribus in eſſe conſeruandis, aut etiam defendendis impetrari debuiſſent, ipſe principaliter ad ea procuranda frequenter eſt directus. Qui licet religioſus à mundo ſequeſtratus, vili cappæ ſcematæ ab extra adopertus, humiliter inceſſerit, ab omnibus tamen hominibus maioribus & minoribus honoratior magis eſt æſtimatus, multoque melius exauditus quam

Procurator in VVindeſem.

Principibus terræ, aliiſque charus & venerandus

Digitized by Google

præſens, cum in ſeculo fuiſſet demoratus. Denique monaſterium noſtrum in *VVindeſem* tam multa bona temporalia, libertates & priuilegia hodie non haberent, ſi induſtrioſa eius prudentia in ipſius initio ad ea impetranda minimè vigilaſſet. Procuratoris ergo officium, obedientia cogente patienter & vtiliter ad tempus exercuit; donec frater *Goſvvinus Tyacen de Zvvollis* vir prudens ibidem fuiſſet profeſſus.

Goſvvinus Tyacen.

Vir iſte poſt hæc omnia, & tam glorioſa laudum preconia, factaque mirabilia otio torpere noluit, ſed temporibus ab officiis diuinis & contemplatione vacantibus, nouis ſcribendis libris magnam impendit operam, libros namque ſubiectos in pergameno, & bona ſcriptura legibiliter valde conſcripſit. Auguſtinum ſuper Geneſim ad litteram in libris duodecim. Auguſtinum in Geneſim contra Manichæos, libros duos. Librum epiſtolarum beati Auguſtini numero quadraginta trium. Auguſtinum contra Fauſtum Manicheum de vita Patriarcharum in libros triginta tres. Auguſtinum contra Maximum Arrianum Epiſcopum, libros duos. Auguſtinum contra Fortunatum Manicheũ, librum vnum. Auguſtinum contra Donatiſtas, librum vnum. Auguſtinum de conſenſu quatuor Euangeliſtarum, libros quatuor. Auguſtinum de baptiſmo paruulorum contra Donatiſtas, libros ſeptem. Auguſtinum de moribus eccleſiæ catholicæ, librum vnum. Auguſtinum de vnitate Trinitatis contra Felicianum, librum vnum. Auguſtinum de fide ad Petrum diaconem librum vnum. Auguſtinum de fide

Varios libros conſcribit.

fide & ſymbolo librum vnum. Epiſtolam Auguſtini ad Quod-vult Deum Diaconem. De ſeptuaginta ſeptem hæreſibus. Item eiuſdem ad eundem, epiſtolas duas. Epiſtolas duas Quod-vult Dei ad Auguſtinum. Epiſtolam Auguſtini ad *Deo-gratias* de ſolutione quarundam conſtitutionum.

Hieronymum ſuper Iſaiam libros decem & octo. *Hieronymum* ſuper Ieremiam, libros ſex. *Hieronymum* ſuper Ezechielem libros quatuordecim. *Hieronymum* ſuper duodecim Prophetas minores, libros viginti. *Hieronymum* ſuper Danielem Prophetam. *Hieronymum* de Hebraicis quæſtionibus.

Hilarium ſuper Mattheum. *Origenem* ſuper Cantica libros tres. Epiſtolas *Leonis Papæ* de Incarnatione Verbi contra Euticen. *Libros beati Cypriani* epiſcopi & Martyris numero decem & octo. *Richardum* ſuper Apocalypſim libros ſeptem. Proſperum pomerium de vita contemplatiua & actiua libros tres. Magiſtrum *Gerardum Magnum* de natiuitate Domini. Eundem de collatione curæ paſtoralis. Eundem de matrimonio & de ſchiſmate. Eundem de cura paſtorali non accipienda. Eundem de paupertate. *M. Gerardi Magni opera*

Ecce vir iſte venerabilis quantos in vita ſua pro communi fecit labores, cunctis ſuis fratribus, ſenibus & iuuenibus exemplum oculatum, & bonum relinquens teſtamentum: libros autem quos ſcripſit, idcirco nominatim expreſſimus, vt vel ex hoc ipſo aliquatenus coniiciamus, quantos etiam alii noſtri ſeniores libros notabiles ante nos conſcripſerunt.

Non enim tantos & tot in eccleſia noſtra & libraria iam libros haberemus, ſi ipſi in principio, vt nos nunc videmus, deſides & pigri fuiſſent.

Ad ſacros ordines propter iudiciariam ſanguinis poteſtatem, aſſiſtentiam vel conſenſum non poterat promoueri, ſed in vltimo loco conuentus in ordine noſtro redditus, continuo permanſit; donec in ſenium declinans naturali calore pedetentim deficiente, & corporis ſui viribus conſequenter ſubtractis, infirmus factus & debilis, conuentum ſequi peramplius non valeret: & ita valitudinariam pro quiete, & commodum infirmorum prope coquinam, pro refectione quamdiu potuit viſitauit. Summâ enim Miſſâ finitâ, ad oſtium coquinæ baculo regente modicè pulſando accedens, modeſta voce cocis ait. *Deo gratias fratres mei: Deo gratias*: dans eis intelligere, ſe ad prandendum iam eſſe paratum, ſicque infirmitorium ingrediens ſolus aut cum aliis etiam infirmis, ſolitus erat manducare: donec tandem pedes ire non prævalens, penitus grabato decumberet.

Longo itaque tali detentus ſenio, infirmitate ingraueſcente, paulatim deficiens, ad extrema peruenit. Et ſicut omnibus ſemper extitit reuerendus, ita cunctos diligens reuerentiam quam ſuſceperat impenſoribus reimpendit, & multum erubuit, quod ſemetipſum in fine in correquiſitis naturæ non poterat adiuuare. Eccleſiaſticis autem communitus ſacramentis cum iam tranſiturus eſſet ex hoc mundo ad Patrem. Dixit fratribus & ſibi miniſtrantibus.
Philipp. 1. ,, *Cupio diſſolui, & eſſe*
a. 23. ,, *cum Chriſto, quoniam ibi melius eſt eſſe quam hic*; & ita

ita cum viginti ſex &eo amplius annos ſanctè & religioſè in ordine peregiſſet, conuentu noſtro & nobis præſentibus in die *Pontiani Martyris*, horâ veſperarum anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, decimo quarto, in pace in idipſum requieſcens obdormiuit, Deo creatori ſuo cum multo decore virtutum per manus ſanctorum Angelorum honorificè præſentatus, gloria æternæ felicitatis perpetuò coronandus. *Communitus ſacramentis, obdormit.*

O quam ineffabilia & infinita æternæ vitæ præmia pro tam modicis laboribus, pœnis & tribulationibus, hoc paruo incolatus ſui tempore patienter perpeſſis, nunc inter ſanctos & Angelos vniuerſos in ſummi Dei præſentia, inuenit ſibi repoſita, quibus iucundiſſimè in æuum perfruetur. O glorioſa domus de *VVindeſem*, quam ſanctos Patres enutriſti, quorum animæ nunc beatæ cum Chriſto regnant ſine fine. De huius viri deuotiſſimi actibus prioribus, videlicet inueſtitione, profeſſione, procuratione & conuerſatione *capitulo decimo libri ſecundi*, & in quinque capitulis ſequentibus magnalia iam deſcripſimus, prout à noſtris maioribus ea fide plena ſuſcepimus; quo horum diligentiorem lectorem remittimus. *Apoſtrophe.*

CAPVT XXXVIII.

De conuerſione fratris Bertholdi ten Haue, *conuerſatione, debilitate ſenſuum, & morte.*

Bertholdus ten Haue.

SExtus in ordine fratrum noſtrorum primitiuorum in *VVindeſem* profeſſorum *Bertholdus* fuit *ten Haue*, clericus oppidi *Zvvollenſis*, ad quem fundus ipſe monaſterij noſtri in *VVindeſem* ex hereditate æterna pertinuit. Qui iuuenis erat in ſæculo, tener & delicatus, bonæ voluntatis, mobilis ad vtrumlibet, à ſæculi vanitatibus per magiſtrum *Gerardum* ad Deum conuerſus, atque pro ſtabili bonæ voluntatis ſuæ conuerſatione in *Emſteyn*, monaſterium ordinis noſtri ab eo tranſmiſſus: cui inter alia ſcripſit hic ſubiecta.

Frater prædilecte, non recedo à tua germanitate, quia „ vnius Patris diuina generatio fratres in ſpiritu nos conſti„ tuit. Non mirum ſi ſpiritus Dei in vobis exiſtens à nobis „ non ſentitur, cum intellectualem animam nos habere non „ guſtamus. Si proprius ſpiritus nobis ignotus eſt, nobis „ inexiſtens, quid mirum ſi ſpiritus Dei qui verè Deus eſt „ abſconditus, licet in nobis ſit, minimè declaratur? Vn„ de ſæpe ſerpens callidus ignaros alloquitur per ſingulos „ dies. Vbi eſt Deus tuus? Inde eſt, quod proni ſu„ mus ad mundum & ad carnalia, quia Deum & æter„ na non cognoſcimus, nec guſtamus. Inde eſt, quod „ generationes, germanitates & progenies ſæculi, grandes „ & multum reputamus; quia diuinas natiuitates, cognationes & deriuationes neſcimus. Inde nos peritura di-

Pſal. 41. v. 11.

ræ diuitiæ & amici mundani, qui verè ſunt inimici ,, extollunt , quia diuitem Deum & cæleſtes amicos ,, negligimus. Vnde rogo te frater prædilecte, qui Deo ,, non ſolum animam , vt percepi deſponſaſti , ſed etiam ,, corpus virgineum voto obtuliſti , vt totus Deo eſſe ,, poßis , & diuinus effici. Rogo te inquam , vt reddas ,, Deo quæ diſtinxerunt & vouerunt labia tua. Non ,, declines ad ſiniſtram , ne mergaris in profundum: ,, ſerua Deo fidem , quæ eſt ſeruanda hoſti: caue ſocie- ,, tates mundanas & vanas, quibus mundus vt retibus in- ,, numerabilibus plenus eſt. Caſtitas vult cuſtodiri, coro- ,, nam portat floream , pulchram lilij & inæſtimabilem: ,, ſed niſi cuſtodiatur non ſtabit. Iunge mentem tuam Deo, ,, à quo ſolo caſtus & diues efficieris. Caue colloquia ,, mala quæ bonos mores corrumpunt , auerte oculos ,, tuos ne videant mulieres , & alia vana. Non licet ,, conſpici quod non licet concupiſci. Frequenta bonorum ,, ſocietatem , maximè pauperum & amicorum Chriſti. ,, Timeo tibi ne te mundus, qui valde attractiuus & de- ,, ceptiuus, abſtrahat, quia tu dulcis es in natura , labi- ,, lis & applicabilis. Veni ſi placet conferamus ſimul de ,, patre noſtro, de matre, & de omnibus amicis noſtræ pa- ,, rentelæ, à quibus non ſeparabimur in æternum. Caue ne ,, Deum derelinquas. Si ipſum derelinquis qui eſt omne ,, bonum, quid reſtabit niſi totum malum? ipſe eſt omne ,, pulchrum , omne diues , omne nobile , omne verum, ,, omne ſuaue, omne deſiderabile & delectabile , quæ om- ,, nia in eo ſunt. Non poteſt creator relinquere creatu- ,, ram ; neceſſe eſt vt creatura ſeruiat Domino ſuo , aut ,, punienti , aut præmianti , aut inuita per pœnas æter- ,, nas , aut voluntaria in gaudiis cœleſtibus. Sed tu ,, ſenties Deo dante ſemper Dei largitatem , ſemper Dei ,, ſupereffluentem bonitatem ſine termino , ſi per mo- ,, dicum hoc tempus , quod vix vni horæ comparatur, ,,

Digitized by Google

Matth.10. v. 22. „ *Chriſto ſeruire volueris perſeueranter, quia, non qui in-*
„ *choauerit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finem ſal-*
„ *uus erit. Vale, vale dilecte miles, conſtans in bono,*
„ *cautus & prouidus in periculis, deuote in Spiritu ſan-*
„ *cto, qui eſt gaudium noſtrum infinitum.*

„ Ex alia eius epiſtola ad ipſum in *Emſteyn. La-*
„ *tor præſentium Bertholdus ten Haue, iuuenis bonæ*
„ *voluntatis nititur quantum poteſt, & quantum*
„ *ætas ſua & teneritudo patitur, mundum, & ea*
„ *quæ mundi ſunt, fugere ſecundum conſilium meum;*
„ *ſed curator ſuus, & vocati amici ſui, & conſan-*
„ *guinei nituntur eum directè & indirectè modis qui-*
„ *bus valent retrahere; maximè ille curator, qui bona*
„ *ſua temporalia in ſua gerit poteſtate. Sed iuuenis fi-*
„ *xus permanet, quamuis adhuc nullo ſolido cibo nu-*
„ *tritus ſit. Verum iuueni ſic ſtare inter tot pericula*
„ *& diſtrahentia pernicioſum eſt, contra tentamenta*
„ *carnis, cum iam calor in eo acuitur, quam con-*
„ *tra diuitiarum inquinamenta, cum poſt modicum inci-*
„ *peret ſua temporalia contrectare, immò indiget for-*
„ *tificari & fulcimenta ſpiritus præparare, vt in ho-*
„ *ram, diem, menſem, & annum ſit paratus in præ-*
„ *lium.*

„ *Hinc eſt, quod zelo animæ ſuæ, immò & veſtræ &*
„ *meæ ſibi conſului, vt ſe in veſtro monaſterio ſub vmbra*
„ *alarum veſtrarum à negotio perambulante in tenebris,*
Pſal. 90. „ *à laqueo venantium per tempus abſconderet, & infirmo*
„ *illi per veſtrum miniſterium robur perueniret. Ex-*
„ *penſas ſuas volo vt omnino ſoluat. Conſilium meum*
„ *eſt, vt vos, volentem ſoluere, poſtquam veſtram benigni-*
„ *tatem ei notificaueritis, ad ſoluendum admittatis; ne*
„ *vel onere aduenientium illos repelli contingat, quos Chri-*
„ *ſti charitas ſeparari non permittit: aut Reynerus ab*
„ *hoſpitalitate & charitatis officio ceſſet. Sanctus, fixus,*
anti-

Digitized by Google

antiquiſſimus & benigniſſimus mos Patrum fuit, ſecundum euangelij præceptum: Date & dabitur vobis. *Nam per bonorum receptionem benignam, fama veſtra & perſonæ ſuſcipient incrementa. Rogo intimius, vt iſtum iuuenem Bertholdum, ſicut filium meum naturalem, immò ſicut filium Dei lactentem, ſuſcipere dignemini, dirigere, & nutrire, & ei ſanctitatem præ omnibus infundere.*

Luc. 6. v. 38.

Cum igitur poſt mortem magiſtri *Gerardi Magni* monaſterium ordinis canonicorum regularium in *Windeſem* ædificari & fundari placuiſſet; clericus iſte *Bertholdus* ſe & omnia bona ſua temporalia, pluſquam trium milium florenorum Rhenenſium in valore, eidem monaſterio, pro prima fundatione ſua liberè reſignauit, & inter fratres noſtros primitiuos ſextus in ordine inueſtitus fuit & profeſſus; ac deinde vſque ad ordinem ſubdiaconatus in eccleſia Dei promotus. Factus ergo religioſus multum feruens & deuotus, & in rebus certis valde fuit zeloſus, plures libros diuerſarum legendarum & hiſtoriarum ſcribens in papyro.

Munificentia eius in VVindeſemenſe monaſterium.

Subdiaconus.

Hic cum audiſſet plures Patres ſanctos in ſiti & fame, in frigore & nuditate, in vigiliis & ieiuniis, caſtigationeque naturæ ad cœlum perueniſſe, ipſorum exemplo ad agendam pœnitentiam cœpit arctius incitari. Nimiâ igitur abſtinentiâ corpus ſuum decreuit domare, primum in abſcondito, dehinc etiam in publico, bene recuſans comedere; ita vt ad manducandum vix tandem aliquando compelli potuiſſet. Diſcraſim ergo capitis, & debilitatem corporis paulatim incurrens, ſibi conſequenter, & aliis factus fuit inutilis.

Nimia abſtinentia nocet.

Cum verò ad hunc finem res ſecum eſſet perducta, vt coram ceteris publicè comedere refutaret, ſæpe tamen ſcutellam cum ceteris cibariis in cellam ſuam deferens ſub lecto repoſuit, ea poſtmodum in ſecreto ſolitus comedere. Vnde factum eſt, vt vice quadam ſcutellam, quam cum cibis quibuſdam ſub grabato ſuo abſconderat, de ſub lecto aſſumens, magnum in ea bufonem inter cibaria furata inueniret. Territus itaque in conſcientia, in cellam Prioris cum iam dicta ſcutella feſtinauit accedere, & beſtiam inter ſcutellam cibum furtiuum comedentem Priori oſtendens, culpabilem ſe proclamauit. Acceptâ autem veniâ, à Priore cōmonitus, vt à tali furti & comedendi ſimulatione ceſſans, quandocumque deſideraret, palam cum ſuis fratribus & bene manducaret, à tali furti crimine penitus liberatus in cellam ſuam lætus abſceſſit. Cumque dolor capitis eius præ feruore ſpiritus, & multâ contemplatione vires ſuas excedente, & abſtinentia ſingulari dietim increſceret, & nulla ratione nec verbis, nec aliquando verberibus ad edendum compelli potuiſſet, ſed compulſus diceret. *Vultis ſuper vos capere quod nunc debeam comedere?* ſic paululum guſtando, aliquando per minas ſeu preces manducando, ſenſu tamen deficiens dimiſſus eſt in pace. Qui ex tunc, & deinceps ſolus in bono commodo, pulchro, & ſpatioſo cuncta ſecum habens correquiſita, vſque in finem permanſit, fratrem habens deputatum cibum & potum deferentem ſibi, & propter verba ſua plurima aliquando minus ſenſatè ſonantia ipſum inde exire minimè permittentem; niſi infra fratrum refectionem quandoque ad calefactorium

Pœna furti buſo.

ctorium,ſeu pomerium procedentem. Aliquando tam prudenter loqui videbatur, vt qui eum non nouerant, prudentem valde putarent, qui tamen finaliter aut verba nimis profunda de ſancta Trinitate, aut nimis puerilia riſui magis apta in medium produxit.

In hoc viuendi modo nemini vnquam moleſtus, ſub fratris deuoti Domini *Alberti VVinbergen* obedientia & cuſtodia multis annis permanſit; donec tuſſi & phlegmatibus in ipſum accumulatis ad extrema deueniens, cum quadraginta ſex annos in ordine compleuiſſet, ſenſibus non receptis, ſine confeſſione, viatico, & inunctione obdormiret in Domino. Et vt piè credimus, firmiterque ſperamns, quoniam non per malitiam, ſed per animi feruorem & per zelum, vt ſibi videbatur bonum, minus tamen diſcretum, ad talem capitis ſui peruenit debilitatem, Deus pius & miſericors animam ſuam purgatam inter angelos ſuſcepit coronandam, iuxta magiſtri *Gerardi* prophetiam in epiſtola ad eum ſcripta ſuperius expreſſam, videlicet, quod illo ſummo bono ſine fine perfrueretur; hic iacens in extremis mortuus videbatur, ſed fratres aſtantes eius ori papyri partem applicantes, vitalem adhuc ſpiritum per leuem papyri motum in eo reppererunt. Et ita poſt paululum ad ſe reuerſus ait. *O quam bene illi eſſet, qui iam ſemper bene vixiſſet.*

CAPVT

CAPVT XXXIX.

De fratre Henrico Balueren, *deuoto in* VVindeſem *veſtiario, & de fratre* Herberto *conuerſo, ſuò tempore ibidem ſartore.*

Henricus Balueren.

FVit alius vir vitæ laudabilis in *VVindeſem*, octauus frater profeſſus *Henricus Balueren* nomine, de prope *Dauentriam* ſolum trahens naturale, infra annum poſt ſex fratres noſtros primitiuos, cum fratre *Ioanne de Hueſden* ad ordinem ſuſceptus, & ad ſacros ordines cum eo promotus, pariformi deuotione & feruore per viam regularis diſciplinę cum ipſo in Deum currens, & ſæpe ſuum collegam in feruore ſpiritûs conatus præire.

Henrici ſtatura & zelus.

Hic breuis fuit ſtaturæ, vt cum in ſtallo ſuo cum brachiis ſuper formas reclinare debuiſſet, truncum paruum ſub pedibus haberet neceſſe ponere. Magni fuit feruoris in ſe & in aliis, pro monaſterii diſciplina accenſus & zeloſus, omnes fratres & laicos exemplo ſuo proprio ad normam iuſtitiæ & veritatis & diſciplinæ prouocans & exhortans; omnes vbique redarguens cum mali ſpeciem protenderent. Et in collationibus, antequam in feſtis diebus eas inchoaret, primum interrogauit ab aliquò laicorum expertorum, quid de vltima collatione audita corde retinuiſſet, id cunctis coram poſitis palam pronunciaret, omnes ad auſcultandum hoc mo-

do

Digitized by Google

do incitationis volens prouocare.

Veſtiarius hic erat omni pæne tempore profeſſionis ſuæ, vigilem impendens operam, vt veſtes, & calceamenta fratrum & laicorum, à primaria inſtitutionis noſtræ ſimplicitate, humilitate, & vilitate in nullo penitus diſcreparent, ſed iuxta magiſtri *Gerardi Magni*, Domini *Florentij*, & aliorum Patrum præcedentium intentionem & propoſitum, animi ſimplicitatem, mundi contemptum, & vitæ ſanctitatem, ipſo ſuo aſpectu vbique præferrent, & ipſam fratres noſtri vſque ad extremam filiorum detractionem, quantum in eis eſſet deferrent: veſtimenta rupta & detrita notabiliter petiando, calceoſque ſubunculando. Qui duos habuit in officio ſibi ſubſeruientes conuerſos, eiuſdem ſecum feruoris & intentionis fratrem *Herbertum* ſartorem, & fratrem *Andream* ſutorem à præfatis Patribus optimè inſtitutos, eorumque veſtigia recto tramite inſequentes; vt capitulo ſexto libri pręſentis ſuperius eſt prænarratum.

Veſtiarius in VVindeſem.

Veſtimentorum vilitas in VVindeſem.

Deuotus autem frater iſte *Henricus*, Domini *Florentij* quondam diſcipulus, precibus ipſum frequenter pulſauit, vt breuem ſibi formulam ſanctæ & bonæ conuerſationis conſcribere dignaretur. Qui eius importunitate tandem victus, epiſtolam ſibi ſcripſit in verbis compendioſam, & in ſententiis ponderoſam in hęc verba.

Herbertus ſartor & Andreas ſutor laicus vterque.

" *Chariſſime quare me vexas? nũquid non ſufficiunt mihi*
" *miſeriæ meæ? tamen tædio & importunitate tua victus,*
" *cogor tibi compulſus ſcribere: quæ longè à me diſtant.*
" *Primò, vt ita importunè coram Deo pulſes & petas, ſicut*
" *à me petiſti, prò omnibus defectibus tuis ſine intermiſſio-*
" *ne, & confeſtim aperiet tibi longe clarius, quam aliquis*
" *homi-*

Breuis & ſuccincta formula bonæ conuerſationis.

hominum longo tempore totius vitæ ſuæ poſſet tibi ſcribere, ſi permanſeris perſeuerans, quærendo, petendo, pulſando.

Item ſuadeo tibi, quod ante omnia hu-
„ milies te ſub omnibus, & ſufficit tibi, cor-
„ de verbis & opere. Cogita indeſinenter, ſe-
„ cundùm beatum Bernardum ad fratres de mon-
„ te Dei, vbique lucere ſolem niſi in conſcien-
„ tia tua, vbique ſerenum eſſe niſi apud te. Et
„ hoc fit per aſſiduam aſſuefactionem inſpicien-
„ do propriam vilitatem corporis & animæ; non
„ reſpiciendo defectus aliorum, aut eos excu-
„ ſando; maximè quando aliquem corripueris,
„ tunc caue tibi ab intra ne te eleues. Beatus
„ Hieronymus ſuper Marcum dicit. Cæcus à
„ Domino illuminatus vidit homines tanquam
„ arbores ambulantes: ſic dicit quod peccator
„ æſtimabit omnes homines ſuper ſe. Sic & tu, vi-
„ de omnes fratres tuos tanquam arbores ambu-
„ lantes coram te.

Recordatio nouiſſimorum.

„ In his omnibus operibus tuis fac abie-
„ cta & viliora, & interim vilitatem tuam co-
„ gita, aut de morte, aut de pœnis infer-
„ ni, aut de iudicio extremo, vel quicquid te
„ poteſt deprimere, aut accendere ad amorem
„ Dei & proximi. Et in huiuſmodi cogitatio-
„ nibus continuè te exerce ad timorem Dei,
„ aut ad amorem Dei vel proximi, vel extir-
„ pando vitia, vel acquirendo virtutes. Item
„ ſecundum beatum Bernardum ad fratres de
„ monte. Compara diem præſentem diei præte-
„ ritæ ſemel in die, vt ſic poſſis apprehende-
„ re quid proficis in virtutibus, aut deficis. Di-
„ ſce ſemel in die, aut bis, tibi præeſſe, &

Examen conſcientiæ.

vitam

vitam ordinare, mores componere, & teipſum accuſare & condemnare, nec quicquam impunitum dimittere. Conſulo tibi quod habeas circa te ſpeculum monachorum, aut ſpeculum Bernardi, ſecundum quod omnes actus tuos potes ordinare, quod etiam ita diſcas exterius, vt in omnibus operibus tuis occurrat tibi, quomodo te debeas habere, vel in quo te malè habuiſti. Item omnes actus tuos præueni deuotâ præmeditatione & breui oratione, quomodo te deceat habere in eodem opere. Et hoc erit tibi leue, quando prompta conſuetudine libellum ſcis exterius. Item manè & poſt prandium ſtatue ante oculos tuos malas tuas conſuetudines, & vitia tua principaliora, & virtutes ad quas niteris, & ſic intra recenter cum hoſtibus tuis ad bellum, cum carne, mundo & diabolo; nihil omnino hæſitans, quia plures nobiſcum ſunt quam contra nos. Et ſic implebis illud beati Bernardi. Manè præteritæ noctis fac à temetipſo exactionem, & venturæ diei tu tibi ſtatue cautionem; quomodo tu per totum diem te vis habere. Item Bernardus: Singulis horis deſcribe ſingula exercitia; cui ſpiritualia, ſpiritualia: cui corporalia, corporalia, vt in veſperis aliquando de ſingulis factis tuis tene capitulum; ſi quid imperfectum fuerit, ſuo modo, ſuo loco, aut tempore non abeat impunitum, vel irrecompenſatum. Quære commune bonum, & cor ſemper ſurſum habe. Orâ pro me bone frater, numquam ſic feci. Vale

Præmeditatio & oratio in omnibus agendis.

Temporis diſtributio.

Dum

Dum ergo frater iſte *Henricus* in huiuſmodi exercitiis, cordis ſui cuſtodia, animi feruore & deuotione, corporis ſui caſtigatione, & regularis vitæ obſeruatione annos pæne viginti ſex in ordine peregiſſet,& in ruptura quam habuit graui tuſſi inuaſus fuiſſet, ita vt eius viſcera,quæ per impetum eiuſdem tuſſis exierant, negligenter infrigidata reintrudi non potuiſſent; opilatione iam factâ confeſtim appropinquans ad exitum, ipſo die ſanctæ *Scholaſticæ* diem clauſit extremum in pace in idipſum dormiẽs & requieſcens, in ambitu, ante oſtium chori, in medio duorum fratrum noſtrorum electorum *Henrici VValuis & Gerlaci*, à conuentu noſtro ſepultus.

Moritur.

Cuius vitam & virtutes frater noſter *Herbertus*, ſartor, conuerſus, à Domino *Florentio* olim nobis directus perfectè imitatus, obitum ſuum longè ante ſanus prædixit nobis; videlicet, quod in anniuerſario die veſtiarii ſui fratris *Henrici Balueren* ipſe quoque aſſumendus eſſet à Domino. Poſt octo autem annos defunctionis fratris *Henrici* præfati infirmatus lecto decubuit, eccleſiæque ſacramentis ritè communitus, cum ipſum nobis ſatis perfectè loquentem audiremus, & adhuc fortem in corpore putaremus; vt eius prophetia adimpleretur, tabulâ decedentium pro felici eius tranſitu hora veſperarum ſubito percuſſâ, conuentum conuocauit, & inter letanias & orationes conſuetas ad parietem ſe conuertẽs obdormiuit in Domino. Qui fuit vir bonus, bene diſciplinatus, feruens & zeloſus, ſicut magiſter ſuus præfatus; corpore magnus & pinguis, cuſtos religionis.

Herbertus obitum ſuum longe ante ſanus prædicit.

Obdormit in Domino.

CAPVT

CAPVT XL.

De vita, labore, infirmitate & calculo fratris Ioannis Broechuſen.

VIdimus alium in *VVindeſem* ſeniorem fratrem *Ioannem Broechuſen de Zuzato,* virum magnanimum, ſtatura procerum, corpore robuſtum, ad exteriora negotia aptum & expeditum. Qui in iuuentute ſua litterarum amore accedens *Dauentriam,* Domino *Florentio* & ſuis confratribus ſedulò ſe coniungens, à dicto Domino *Florentio* miſſus eſt in *VVindeſem.*

Ioannes Broechuſen de Zuzato.

Mittitur à Domino Florentio in VVindeſem.

Et quia natione VVeſtphalus erat, rigidam & inflexibilem habens naturam, quam quotidie frangere, & ſibi ipſi neceſſe habebat ſubiugare, ſi in ſuis moribus & bonis affectibus fratribus concordare, & ſancto Spiritui dignum habitaculum vellet præparare; quod primò cum difficultate magna conabatur perficere. Animum enim tortuoſum, ſenſum ceruicoſum, & duram naturam per quotidianorum exercitia laborum, humilium operationum, frequentium correptionum, & publicarum exercitationum ipſe, & Patres ſui temporis ad bonum, & ad virtutes flectere, aſſuefacere, componere & mollificare continuè ſtuduerunt.

Quod ipſe Dominus *Florentius* omnino ſecum fieri conſuluit, ſcribens in epiſtola ad *Ioannem in VVindeſem* Priorem in hæc verba. *Videtur mihi quod Ioannes Zoeſt in veſtra, aliorumque fra-*

 trum

„ *trum præſentia defectus ſuos ſæpe dicat, eoſque in ſcedu-*
„ *la daretis ſibi conſcriptos, quos tamen nulli oſtenderet.*
„ *Et quod ſemel in hebdomada vni alicui ſuos diceret defe-*
„ *ctus, videlicet Ioanni Scutken, Henrico Balueren, aut*
„ *Arnoldo Kalker, rogetque eos ſi aliquid de ſuis notaue-*
„ *runt defectibus, ſibi dicant, & quod libenter ſe vult*
„ *emendare, aut vellent cum eo ad ipſum accuſan-*
„ *dum ad vos venire. Item quod cogitet de morte, de*
„ *iudicio, de pœnis inferni, ſi fortè ad luctum poſ-*
„ *ſet peruenire per abſtinentiam ſingularem, per abie-*
„ *ctionem, per peccatorum memoriam: hæc ille.*

Variis itaque modis clericus iſte *Ioannes* ad cordis compunctionem, & animi manſuetudinem hoc modo coërcitus & pertæſus, talem tandem à Priore, & fratribus gratiam promeruit in effectu ſe emendando, & in petendo miſericordiam, inſtanter perſeuerando; vt in ſpem ſui profectus ampliorem, ad ordinem & habitum cum fratre *Arnoldo Kalker* in *VVindeſem* ſuſciperetur, ac deinceps ad profeſſionem, & ad ſacros ordines promoueretur. Habitum ergo ſanctæ religionis indutus, veſtes ſuas, albas tunicas, & ſubtile per ſingulos dies aſpiciens, ad cordis munditiam & corporis puritatem ab intra commonitus, & per cappam nigram tanquam ſaccum formatam, ad cordis humilitatem, mundique contemptum Spiritu ſancto inſtigatus, hominis ſui interioris exterioriſque candorem totis ſuis viribus ſtuduit conſeruare.

Sanctæ religionis induit habitum.

Ex tunc nouus homo factus, & paulatim in virum excreſcens, magni fuit conſilij, zeli & feruoris, bonus regularis vitæ obſeruator, & diuini operis, chori, & capituli ſtudioſus executor,

cutor, myſteriorum Chriſti ſedulus in celebrationibus frequentator, externorum & operum ruſticalium fortiſſimus actor & exactor; cui in laborando ante & poſt eum ſimilis illi frater in *VVindeſem* non ſurrexit. Graues enim & permaximos intus & extra ſæpe fecit labores, in nullo penitus ſibi parcens, ſed maiores labores primus ſemper aggreſſus, ceteris poſt ſe conuocatis dietam ſuam quotidie primus ipſe perfecit. Et quia magiſter fabricæ fuit, omnium nouorum ædificiorum ſuo tempore conſtructorum, chori videlicet, dormitorij & coquinæ, murique per circuitum monaſterij: ideo ipſe ſingulis fratribus laicis & mercenariis ſuum deputauit laborem, dicens aliquando magna cum pietate. *Fili mi chariſſimè, fac hoc vel illud*, aliquando cum imperio & vultus auſteritate, operis tunc expletionem exigens à ſingulis. Hac de cauſa cunctis fuit timori, quibuſdam tamen amori cum reuerentia. Et quando laborauit, communiter de manè Miſſam celebrauit, aut ſi reuerentiæ cauſa quandoque ſuperſedit, tunc aliquem presbyterum ſibi collaborantem celebrare rogauit.

Variæ eius virtutes.

In labore ſtrenuus.

Magiſter Fabricæ deputatur.

Competens fuit clericus, menſæ lector expeditus, bene vociferatus & cantor clariſſimus, ſatis magiſtraliter cuncta ſibi iniuncta opera complens & officia, ab initio pæne monaſterij plures in pergameno & textura diuinæ paginæ ſcribens libros. In conuentuali colloquio, generalique capitulo, magnæ audientiæ & authoritatis fuit, eximiæ domus noſtræ columna, & monaſterii noſtri gloria, caput omnium laicorum ſecundus poſt procuratorem

 pro-

Cunctis amabilis fuit.

prouiſor. In priuatis fratrum colloquiis cunctis fratribus & laicis, dulcis & affabilis, omnium in ſe trahens affectus, vt eum tanquam patrem filiali amplexabantur amore. Cui in procuratoris abſentia eos in confeſſionibus expedire, & in certis feſtis conſueuit eos communicare.

Prior in Leyderdorp eligitur.

Præterea magnus iſte *Ioannes* poſt hæc in Priorem monaſterij ordinis noſtri & capituli in *Leyderdorp*, partium Hollandiæ, canonicè electus, duobus ferme annis dictum monaſterium in omni diſciplina ſtrennuè gubernans, cum mores & vitam ſuam rigidos & impalpabiles, mollibus & delicatis Hollandinorum moribus minimè cerneret conuenire, de licentia capituli ab officio abſolutus, reuerſus eſt in *VVindeſem*, per omnia vt antea in grauibus & magnis vſque in extremam ſuam valetudinem ſe exercens laboribus.

Reſignat Prioratum.

Calculi deinde infirmitate, renum & veſicæ, ſanguiniſque mictura circa finem vitæ laborans grauiſſimè; de fratrum dormitorio in cellam inferius deſcendit habitare: & in refectorio infirmorum priuatim manducare.

Obitum ſuum prædicit.

Interrogatus aliquando de die ſui obitus, diu ante prædixit quod in Octaua ſancti Martini, in anniuerſario fratris noſtri *Gerlaci* ex hac vita eſſet migraturus; & in actis naturæ ſecretis inuenirent iſtum defectum, quia nimiam in vrinando paſſus fuit preſſuram. Cuius dicta prophetica rei probauit euentus. Denique infra completorium diei ſancti Martini cum Antiphona, *intercede pro nobis beate Pontifex Martine*, à conuentu cantaretur, dum in egeſtatoria cella ſederet ſubito in lectum ſuum

ſuum reponitur, & pro animæ eius exitu agonizantium tabula fuit percuſſa. Fratribus ergo noſtris, nobiſque de choro & hinc inde cum feſtinatione concurrentibus, ſubito diem clauſit extremum, poſtquam triginta pæne annos in ordine peregiſſet. *Moritur.*

Quamuis autem grauiſſimos à iuuentute feciſſet labores, & ſemper ſeruens in opere perſtitiſſet; animam tamen eius non ſtatim in cœlum euolaſſe formidamus. Veremur enim diuinam aduerſus eum habuiſſe iuſtitiam; quod cum totus pæne exterioribus deditus eſſet laboribus, internis tamen diuiniſque, prout decet religioſum, non vacauerit, quoſdam fratres etiam corpore imbecilles parum laborare valentes, vltra vires ſuas laborare, & cum eo currere ſæpe coëgerit; non veritus iuſtitiam nec proximi dilectionem, nimiſque in ſuo ſenſu proprio, contra omnium ſententiam viſus ſic abundare, & eum defendere, effectuique mancipare. Quãobrem ſine notabili purgarorii pœna ipſum euolaſſe minimè putamus; præſertim cum duobus noſtris ſenioribus diuinitus ſit id oſtenſum. Statim enim vt eius anima è corpore ſit egreſſa, frater noſter *Henricus Mande* vidit eam in viſione duci ad purgatorium, & ibidem in puteum profundum demergi. Et aliquanto poſt tempore, ipſe apparuit in viſione fratri *Henrico Loeder, tunc in Northorn Priori,* eius petens auxilium & orationis ſuffragium, partemque cerei Paſchalis: vnde factum eſt, vt in fine tricenarij ſui ſecundum tricenarium, & alia orationum ſuffragia, iterumque corporales diſciplinas pro animæ ſalute ſuæ ſuſcipientes, deuotè perficeremus:

Purgatorii pænam ſuſtinet.

Viſio Henrici Mande.

Apparet Henrico Loeder eiuſque auxilium & orationis ſuffragium petit.

Digitized by Google

mus: ſeniori fratri noſtro chariſſimo in tantæ neceſſitatis articulo, pro viribus noſtris piè & fideliter ſuccurrendo. Nunc autem cum hæc ſcribimus, videlicet poſt annos triginta octo mortis eius, partem inter Angelos ſanctos & electos Dei in æternitatis gloria, purgatione ſuâ iam peractâ, ipſum recepiſſe firmiter credimus, confidenterque ſperamus.

CAPVT XLI.

De fratre Goſvvino Tyacen *ciue Zvvollenſi, in* VVindeſem *poſt reddito profeſſo.*

Goſvvinus de Tyacen.

PErmagnificum vidimus in *VVindeſem* virum, prudentia honeſtate, auctoritate, & gratia præclarum fratrem *Goſvvinum Tyacen* de primoribus oppidi *Zvvollenſis* oriundum. Qui diues & potens in ſæculo, inter amicorum & conſanguineorum turbas honorabilis & glorioſus, magnæque prudentiæ reputatus, omnem ſuam terrenam ſubſtantiam, mundi gloriam, cunctaque viſibilia propter regnum cœlorum, Dei amorem, & animæ ſuæ ſalutem floccipendens pro nihilo, & arbitratus vt ſtercora, ad ſimplicem conuerſationis & habitus ſe dedit humilitatem. In domo enim Domini *Florentij Dauentriæ* aliquanto tempore commoratus, vt ſimplex frater cum ceteris inceſſit, longa vſque ad pedes tunica veſtitus, nigro capucio cum gracili Liripipio collo indutus, toga oblonga, ſemirotunda vſque ad talos

Iungit ſe D. Florentio.

los deſuper contectus. Dei filio in publicum noſtrum de cœlo deſcendenti aſſimilatus, in animæ ſuæ gloriam & decorem, & amicorum ſuorum, vt eis videbatur, ſcandalum & confuſionem, qui huiuſmodi fratres deuotos à mundo tunc deſpectos, tanquam lullardos reputabant, quos ipſe bonos & ſanctos viros à Deo dilectos credidit & cognouit.

Profitetur in VVindeſem.

Hic in *VVindeſem* poſtmodum inueſtitus, & ad profeſſionem ſuo tempore ſuſceptus, corpore procerus, nullum humilitatis exercitium, nullum obedientiæ verbum vnquam abire permiſit imperfectum, ſed ad omnia regularis vitæ gymnaſia ſancta, vt verus obediens & bonus religioſus, alacri ſemper mente & promptiſſima voluntate feſtinus & lętus accurrit. Et licet corpore grauis & magnus erat, corpus tamen ſuum ſpiritui ſeruire, & ſingula humilitatis officia coegit exercere; vt etiam cum iam ſenex eſſet & grandæuus, officium ceroferarij & altaris miniſterium deuotè adimplere minimè pigritaret, ſed Priorem ad Veſperas in feſtis thurificantem, & ad altaria priuata in eccleſia retro conſtituta thurificanda deſcendentem, vt tunc moris erat, ipſe longus & pinguis cum fratre ſibi ſociato, lumen geſtans in manibus deuotus præiret, eo quod eſſet redditus, & ad ſacros ordines certis de cauſis promoueri non potuiſſet.

Subit officium Ceroferarii.

Columna veritatis & prudentiæ, humilitatatis & gratiæ hic fuit in *VVindeſem*, magnæque perſpicuitatis, auctoritatis & reuerentiæ, conſilii & conſtantiæ in religione & extra in diebus ſuis, quia diuitibus & pauperibus, fortibus, & imbecillibus, omnique vo-

Digitized by Google

lenti & obedienti conſilia Euangelica, & regularia inſtituta fecit amabilia, & vitæ perpetuæ oſtendit meritoria.

Procuratoris officium ſupplet.

Amator ſanctæ paupertatis.

Hic procuratoris officium ante fratrem *Gerardum Naeltvvijc* aliquamdiu fideliter cuſtodiuit, dictum noſtrum monaſterium in bonis temporalibus non modicè promouendo. Verum cum ſanctæ paupertatis & veræ religionis feruidus eſſet amator, & diſciplinæ regularis ardens zelator, diſſuaſit omnino ne noſtrum monaſterium, multis terrarum manſis, agris, aut redditibus locupletare geſtiremus, nec agrum agro copulare; quoniam iuxta Prophetam ita cor noſtrum, noſtrorumque ſucceſſorum à Deo primum recederet, ſed magis ſatageremus, vt mundum, & omnia in eo contenta deſpiceremus in veritate, in Dei & proximi dilectione, & interna noſtra deuotione perfectè ambulantes, veris virtutibus diuites efficeremur. Quemadmodum enim deuotio, mundi contemptus, & amor religionis, diuitias pepererunt, ita amor mundi, negligentia regularis diſciplinæ, & vitæ ſpiritualis abuſus paupertatem inducunt extremam. Sic filia ſuffocat matrem, quia deuotio peperit diuitias, & multiplicatæ diuitiæ deuotionem extinguunt, gratiam Dei perdunt, & monaſticæ vitæ diſſolutionem inducunt, quę totius religionis eſt nouerca, & ſanctitatis exterminium; quæ vir iſte venerabilis Deum timens, & in futurum proſpectans à monaſterio noſtro in ſui initio niſus eſt compellere.

Deuotio parit diuitias & ipſæ ſuffocant matrem.

Poſtquam autem vir iſte in vera obedientia, ſimplici vnitate, & ſincera charitate per plurimos annos Deo creatori ſuo, ſuiſque fratribus prædi-

lectis

Digitized by Google

lectis fideliter deſeruiſſet; volens Deus animam ſuam ab omni neuo peccati reddere puriorem, perfectè expolire,& patientiam ſuam virtutumque perfectionem cunctis demonſtrare, graui eum apoplexiæ percuſſit infirmitate per plures annos ante finem vitæ ſuæ, primo quidem non in omnibus ſed in certis ſuis membris tactus, parumper inceſſit, eccleſiam viſitauit,& pro infirmitatis ſuę releuamine per ambitum monaſterij, ductu conuerſi noſtri *Mercilij* pro tunc chirurgici & infirmarij, aliquando non ſine difficultate proceſſit. Valetudine autem eius inualeſcente, tandem in omnibus pæne corporis ſui membris ſecundò tactus, & ſic omnium membrorum ſuorum impotens effectus, loquelam pariter amiſit & greſſum; ita vt nequaquam vltra ſolus de lecto ſurgere, aut in lecto ſe mouere, ſeu manum ad os porrigere, vel per ſe manducare, & alia naturæ correquiſita ſine fideli adiutorio,annis certis poſſet eijcere. Qui conuerſus præfatus cum aliis ſibi deputatis, cuncta ſuperius enarrata per annos ſeptem ægrotationis ſuæ,ſicut Chriſto Dômino libentiſſimè miniſtrauit.

Apoplexicus.

Marcilius Chirurgicus & infirmarius,laicus in VVindeſem.

Quam infirmitatem de manu Dei ſine omni murmure, pro ſpeciali æternæ ſalutis ſuæ xenio ſibi tranſmiſſo gratanter amplexatus, infinitas Deo gratias agens, patientiſſimè ſuſtinuit, & vitę ſuæ curſum in eo perſeuerans feliciter conſummauit. Cui, durante infirmitate, ſacroſanctum corpus Dominicum *ſingulis quindenis*, cum non ſacerdotes communicabant in choro, per Priorem aut Supp[r]iorem duobus vel tribus iunioribus cum lumine, nola & aqua bene-

In multa patientia agit Deo gratias.

Singulis quindenis communicat.

benedicta præcedentibus, ſemper ad lectum deferebatur.

Longo igitur martyrio probatus & expolitus, diuina gratia diſponente, infirmitate ad vitalia transeunte, fidelis Pater iſte *Goſvvinus* peruenit ad extrema. Cumque in ordine viginti octo circiter annos obedienter, religioſè, patienterque vixiſſet, rationis compos pæne vſque in finem eccleſiæ ſacramentis in pręſentia fratrum communicatus, tandem inter nos obdormiens, pretioſam Deo reddidit animam ſanctorum conſortio perpetuò ſociandam, circa chorum in ambitu ad caput fratris *Henrici VValuis*, ad latus fratris *Ioannis Broechuſen*, à conuentu tumulatus.

Obitus eius.

Ecce famuli Dei electi, qui ei in toto corde ſuo fideliſſimè ſeruierunt, & oculos amantiſſimi Patris etiam in minimo offendere pertimuerunt, quàm pœnalia & amara in hac vita pertulerunt, tormenta, quaſi non fuiſſent Deo dilecti, cum vita eorum ſancta, cruciatus, & extrema valde fuerint pretioſa in conſpectu Domini, quia pro momentaneis iſtis laboribus, & pœnis patienter perlatis, æternum gloriæ pondus in illa cæleſti patria, inter ſanctos & electos Dei nunc recipere, & perpetuò poſſidere meruerunt.

CAP.

CAPVT XLII.

De vita & conuerſatione, patientia, & & morte fratris Petri de Gouda *&* *fratris* Ioannis Ottonis, *ſiue Henrici.*

VIdimus & alium in *VVindeſem* virum deuotum fratrem *Petrum de Gouda*, corpore quidem ſatis grandem & pinguē, ſed mente & tota affectione ad Deū & fratres ſuos piū, humilem, & modeſtum. Denique cum plurimis ſanctarum virtutum floreret inſigniis, charitatis tamen & miſericordiæ viſceribus, in omnes homines, maximè in fratres ſuos, cunctoſque deuotos Deo ſeruientes totus ſuperinfluere videbatur. Oleo etenim pietatis, fraternæque charitatis adeo inunctus erat & impinguatus, vt verbis ſuis mellifluis compaſſiuiſque ſermonibus, miram conſolationis gratiam, affabilitatiſque dulcedinem ad meliora ſemper prouocantem ſingulis exhiberet. Non enim alicui moleſtus fuit in ſermone ſeu conuerſatione, in præſentia vel abſentia, ſed ſemper ſicut aliis ſic placuit & ſibi, in rebus tantum bonis, non autem è contrariis; quia ſicut venenum, & vt à facie ſerpentis, ita peccatum fugiebat.

Petrus de Gouda.

Miſericors & affabilis erga fratres

Debilis fuit in capite, membra habens poroſa & ſatis corpulenta, vt chorum quotidie

tidie non poſſet frequentare, nec ad externos graueſque labores aliquando ſe dare: eo quod tunc ſtatim in maximos ſolueretur ſudores; ſed nouis libris conſcribendis in bona rotunda textura & fractura pergameno vel franceno quotidie inſudauit, & vſque in ſuam ſenectutem Miſſalia, & Gradualia, ceteraque ſimilia, & pro infirmis Breuiaria in papyro ſcribere omnino non deſtitit, & competenter multum in ipſis profecit. Senio tandem feſſus, oculorumque caligine plurimum adumbratus non per vnum ſolum, ſed per duos ſimul, aut per berillum duplicem in communi legere & ſcribere conſueuit, donec præ imbecillitate corporalis ſuæ naturæ viribus deſtitutis, à legendo & ſcribendo ceſſare cogeretur.

In his autem laboribus ſcripturarum diuinarum dum ſedulò inſiſteret, deuotionem tamen ſuam non negligens quotidie pæne celebrauit. Super quo à Priore noſtro *VVilhelmo* modeſtè increpatus, eo quod tantis Chriſti myſteriis, diuiniſſimiſque rebus maiorem videretur reuerentiam exhibere, aliquando ſe humiliter inde ſubtrahendo, quam ita continuè homo peccator, terreſtri indutus tunica, ignorantiæ tenebris obuolutus, & ſuam mortalitatem vbique circumferens, in illam abyſſum luminis, ad diuinam præſentiam, angelorumque frequentiam quaſi eius commenſalis amicus & cognatus, tam ſæpe ſe ingerendo accedere præſumeret, humiliter & iucundè ſatis reſpondit in noſtra fratrumque præſentia. *Pater mi chariſsime, ego quidem iam in nulla re mundi amplius condelector in hac mortali vita, niſi in Deo ſolo, viuo, vero, & æterno, & in hac*

Quotidie pæne celebrat.

ſan-

ſanctiſſimi corporis & ſanguinis eius communicatione. Cuius vita virtuoſa tum verbis prædictis ſatis concordabat, qui ſecretum ſuum ſibi in cella ſua continuè ſcribendo, & apertis cœlis cordis ſui oculis Dei præſentiam ſentiendo, inter Angelos in cella ſecum præſentes, aut eos in cœlo contemplando quotidie conſeruabat. Obedientiæ tamen pro merito à tantis ſuis delitiis aliquando poſtea ſe ſubtraxit, affectu & deſiderio conatus proficere Miſſam audiendo, quod libenter egiſſet diuina celebrando.

Rogâtus aliquando frater *Petrus* à quodam iuniore flexis genibus, vt moris eſt in *Wyndeſem*, ante feſtà maximè principaliora, quatenus pro eo Dominum deprecari dignaretur, quia malè fuit in pace, ab intra obnubilatus & multum tentatus. Qui ſtatim reſpondit. *Surgatis frater chariſsime, & diabolum aſſuefacere ſuper collum veſtrum nolite, nec enim vos fruſtra vexare permittite.* Qui ſurgens abiit: dicens intra ſe. *Nonne verum mihi dixit? Quis me perturbat? aut quis mihi aliquid facit? nonne vexo meipſum? In conſcientia mea peccatum inconfeſſum ignoro, & de Dei bonitate bene confido, qui clemens & miſericors gratiam in præſenti & gloriam in futuro mihi non negabit. Quare ergo triſtis es anima mea, & quare conturbas me?* Et ita triſtitiæ ſuę tenebris ſubito recedentibus, lux orta eſt ei, quia in apertione oris fratris tam deuoti, Spiritum ſanctum in pectore deferentis, lumen reſplendens gratiæ menti ſuæ deſuper illabi continuò perſenſit, & *Ieſum* præſentem, qui poſt tribulationum tempeſtatem ſubito ſerenum, & poſt tentationum nubila, tranquillitatem facit inopinatam. Ad boni enim viri con-

Verbo ſuo fugat à fratre ſcrupulum.

Pſ. 41. v. 12.

conſultationem & alloquium ab animabus hominum deuotorum dæmones ſæpe effugantur, & tentatore recedente, pax redit conſcientiæ.

Cum autem frater Petrus teneræ & mollis eſſet naturæ, bonis & delicatis cibariis corpus ſuum reficere curabat; quem tamen pius Dominus vt filium dilectum piè corripiens, in extrema ægritudine, omnem corporis ſui pinguedinem dignatus eſt auferre; vt niſi tantum cutem & oſſa in corpore in fine vitæ ſuæ cerneretur habere. Fuit autem dulcis in natura, bonus ſcriptor, ſuauis cantor, lector menſæ expeditus, Deo deuotus, fratribus dilectus, omnibus gratioſus, moribus compoſitus, diſciplinæ zelator, infirmis & debilibus valde compaſſiuus, pro fratrum commoditatibus in cibis, & potibus, veſtibus & dormitionibus ſæpe valde ſollicitus.

Dotes eius.

In principio igitur valetudinis ſuæ extremæ cruribus & pedibus eius valde intumeſcentibus, ac per certa foramina virulenta ex ſe putredinem continuè ſcaturientibus, conuentum ſuum peramplius ſequi non potuit. Et cum audiret mortem in proximo ſibi imminere, eleuatis in altum manibus, proſiliens in terram præ cordis lætitia reſpondit. *O mei fratres chariſſimi, Deo*
» *gratias, Deo laudes quod in proximo appropinquat re-*
» *demptio mea, vt de iſto ærumnoſo corporis mei ſqualore,*
» *laborioſoq; certamine educar à Domino.* O deuotam animam, & puram conſcientiam, quæ nullam in rebus humanis peramplius habuit delectationem, ſed cordis cum tripudio ab huius

mundi exilio in illam cęleſtem patriam feſtinauit exire. *Patient. probatur.*

Denique lecto poſt hæc decumbens, iam non per manuum ſuarum laborem, ſed per piam ægritudinis ſuæ tolerantiam anno pæne integro probatus & purgatus, cum quadraginta vnum annos obedienter & religioſè, humiliter & deuotè in ordine peregiſſet, omnes carnis delitias in cibis & potibus, ceteriſque ſimilibus animo deteſtans, eccleſiaſtico more communicatus & inunctus, bene in conſcientia pacatus & quietus, coram poſitis fratribus & orantibus *dormiuit in pace*, ignitis lapidibus Hieruſalem cæleſtis perpetuò ſociandus. *Tranſitus eius.* Cuius tunc exuuiæ circa chorum in ambitu cum fratribus ſuis ſunt reconditæ.

Poſt cuius felicem tranſitum omnes fratres noſtri bonum teſtimonium illi reddiderunt, valde ipſi congratulantes, quod in tam ſancta vita, conuerſatione, & patientia in breui conſummatus tranſierit ad meliora.

De quo fratre adhuc vnum occurrit memoriæ breuiter explicandum. Hebdomadarius aliquando exiſtens preces Completorij in choro præcecinit. Poſtquam autem inclinatus legit *Pater noſter* & *Aue Maria*, erexit ſe cantans vlterius, *& ne nos inducas*, ſed Supprior noſter frater *Arnoldus* Kalker, minus in lingua expeditus, adhuc tunc legere habuit *Aue Maria*. Innuit ergo fratri Petro, vt cantum non proſequeretur, niſi & ipſe etiam *Aue Maria* finiuiſſet. Qui ſtatim conticuit. Sup-

Digitized by Google

Suppriore autem poſt hoc ſe erigente, & fratri Petro innuente vt cantaret vlterius, timore perterritus id non fecit, ſed alius quidam ſenior frater *Ioannes Broechuſen* inter Suppriorem ſtans & ipſum, de iuſſu Supprioris ad ſtatim eſt proſecutus. In craſtinum verò cum ad Priorem *Ioannem de Hueſden* hęc ipſa perueniſſent, iuſſit vt frater *Petrus* pro tali inobedientia in refectorio coram conuentu ad terram comederet. Quod ante tempus illud nunquam vidimus factum in *VVindeſem*. Frater ergo Petrus volens libenter obedire, & pro apertâ negligentiâ palam pœnitere, fratribus poſt *benedicite* ad menſam conſidentibus, ad terram ſe poſuit cum dorſo ante menſam lateris in quo ſtabat, neſciens vbi ſederet, quia id ibidem ante factum non vidit. Contigit tunc Suppriorem ad menſam miniſtrare. Qui ferculo primo fratribus appoſito, ipſum de terra leuauit, & ad menſam in fine poſt alios iam ſedentes, ſuper ipſum tamen quia miniſter erat manducare diſpoſuit. Ecce quanta diſciplina ibidem tunc viguit, quod talis frater pro tam paruo delicto talem ageret pœnitētiam. Certum agnouimus quod non animo peruerſo non cantauit vlterius, qui in omni re inopinata & ſubita, propter cerebri debilitatem, ſemper contritus fuit & obſtupefactus. Hanc tamen pœnitentiam, aliis in exemplum ſimilia præcauendi Prior ipſi impoſuit: quam ipſe piè ſuſcepit, quia omnia in charitate fiebant.

Arnoldus Kalker Supprior menſe miniſtrat.

Diſciplina in VVindeſem.

Vidimus & alium in *VVindeſem* virum, eodem anno quo frater Petrus inueſtitum, fratrem *Ioannem Ottonis de Zuzato*, virum ſpectabilem & prudentem in multis expertum, verborum & morum

Ioannes Otto de Zuzato in VVindeſem conuerſus.

morum probitate ſatis decoratum. Hic habitu conuerſorum in *VVindeſem* primum ſuſcepto, plures & pergraues ſæpe fecit labores. Deinde ad religionis noſtræ perfectionem multum anhelans, multa precum inſtantia ad habitum canonicorum ſiue clericorum tandem ſuſceptus eſt. Qui in cunctis ſuis actibus ita laudabiliter ſe geſſit, vt Procuratoris officium in *VVindeſem* conſequeretur, & ſuâ ſanctâ conuerſatione, & probatâ honeſtate columna monaſterii noſtri, & capituli non minima efficeretur.

Suſcipit habitum canonicorum.

Procuratoris officium agit.

Vnde non longè poſt, in monaſterio ordinis noſtri prope *Amſtelredam* in Priorem electus, duodecim pæne annis, ab anno Domini milleſimo quadringenteſimo, in bona illud rexit diſciplina; deinde in monaſterio ordinis noſtri prope *Hoern Prior electus*, duobus illud annis in bono regimine cuſtodiuit; à quo per theſaurarium *Hollandiæ*, & alios magnates abſtractus, ſanctimonialium ordinis & capituli noſtri propè *Amſtelredam* rector præficitur, quas in omni diſciplina & bona cuſtodia per annos bene tredecim fideliſſimè gubernans, diem ibidem clauſit extremum, cum pluſquam triginta duobus annis religioſiſſimè vixiſſet in ordine.

Prior in Amſtelredam & alibi.

Digitized by Google

CAPVT XLIII.

De couerſione, inueſtitione, vita, feruore & deuotione fratris Henrici Mande.

Henricus Mande Dordracenſis. VVilhelmus Comes Hollandiæ & Margareta Coniux. Scriba Comitis Hollandiæ.

SEnem quendam & grandæuum in *VVindeſem* vidimus virum, fratrem *Henricum Mande*, de *Dordraco* oriundum. Qui in prioribus annis vitæ ſuæ in curia Domini *VVilhelmi Comitis Hollandiæ, & Margaretæ coniungis eius*, ſcriptor palatij, omnibus charus & acceptus, cum ad famam & prædicationem magiſtri *Gerardi Magni*, & Domini *Florentij*, fratrumque ſuorum in *Dauentria*, corde compunctus melioris vitæ propoſitum concepiſſet, mundumque relinquere, & Deo ſeruire ab intra deliberaſſet, à ſæculi tamen delitiis, vanitatibus, & diuitiis tam ſubito ſe ſubtrahere non minimum formidauit. Vnde factum eſt, vt Dominus noſter *Ieſus Chriſtus* animam eius ſaluare deſiderans, in forma humana, cruci clauis affixus ſanguinem recentem in quinque vulneribus ſuis oſtendens, intus & foris, in domo & eccleſia, aliiſque locis quàm plurimis, frequenter viſibilis ipſi appareret; quæ, & qualia, & quanta pro ipſo pertulerit, in ipſis ſuis ſtigmatibus amoris veri indiciis, corporiſque qualitate apertè demonſtrans, quatenus charitatis eius ardoribus qualemcumque vicem rependere, & toto ſe corde ad ipſum ſemper conuertere amplius non procraſtinaret.

Chriſtus ſepius apparet Henrico viſibiliter.

Huiuſmodi ergo redemptionis noſtræ xeniis

niis in lachrymas ſæpe reſolutus, diuinam præſentiam ſibi adeſſe præſentiens, cuncta hæc viſibilia, carni delectabilia, ſubito ſibi facta ſunt nimis amara, & carni contraria, mundoque diſplicentia ſuper mel & fauum facta ſunt ſibi ſuauiſſima. Chriſti ergo charitate in ipſo recaleſcente, mundum cum omnibus ſuis oblectamentis ad ſtatim relinquens, ex hoc perpetuè Deo ſeruiturus venit *Dauentriam*; vbi à Domino *Florentio*, & deuotis eius fratribus benignè ſuſceptus, & aliquamdiu cum eis conuerſatus, miſſus eſt in *VVindeſem*, ibique cum fratre *Reynero* inueſtitus & profeſſus, redditus in ordine permanſit, eo quod ad ſacros ordines certis de cauſis non potuit promoueri; in vltimo ſtallo chori poſt fratres iuniores ſtans ſemper & communicans.

Relinquit mundum.

Miſſus à Florentio in VVindeſem profitetur ibidem.

Hic natus mirabiliter, mirabilius in mundo educatus eſt & conuerſatus. Natus einm tam paruus fuit corpore, vt in parua tunc capſula ad longitudinem manus extenſæ, requieturus poneretur, poſtea in virum perfectum ſuccreſcens, licet magnus tunc eſſet in corpore, & ſtatura procerus, vno tamen *cuneo*, hoc eſt albo pane, modiciſque cibariis, integrâ ſæpe hebdomadâ, corporaliter ſuſtentaretur. Quo etiam in tempore ſæpe raptus ſpiritu, gloriam filij Dei, & ſanctorum eius aſpexit in cœlo, crebraque reuelatione cœleſtia contemplatus, gloriam cœli & inhabitantium in eo deſcripſit, ac futurum prædixit, prout ſequentia declarabunt. Antequam tamen ad huiuſmodi viſiones, & Dei

Natiuitas eius & educatio.

Temperantia in cibo.

Raptus in ſpiritu videt gloriam Dei & ſanctorum.

Digitized by Google

& Dei reuelationes meruit peruenire, infinitas in corpore paſſiones, & non minores in anima tribulationes perſæpe ſuſtinuit.

Variis doloribus & corporis infirmitatibus affligitur.

Communicat ad quindenam.

Vidimus illum frequenter per integrum anni quartale, & aliquando minori vel majori tempore quotidie lecto decumbentem, & podagræ doloribus ſeu membrorum paralyſibus, aliiſque corporis ſui infirmitatibus tam validè contorqueri, quod ſupra pedes ſtare, aut ſe de lecto deponere vires ſolus non haberet: ſed corpus Dominicum de quindena in quindenam, cum in choro fratres cômmunicarent, ad lectum ſibi deferretur. A quibus doloribus & infirmitatibus dum melius haberet rurſus chorum viſitans, ſeu operi ſuo quotidiano fideliter inſiſtens diem duxit in veſperum; erat enim bonus & bene expeditus librorum noſtrorum illuminator, ac per annos triginta, magnarum litterarum Miſſalium, Bibliæ, & librorum cantualium optimus pictor & paginator. Sed ſæpe in ipſas infirmitates præfatas paſſus recidiuum, corde, voce, & manibus ſimiliter applicatis gratias egit Deo ſine omni murmure, cum multa gratiarum actione cuncta ſibi occurrentia patientiſſimè ſuſcipiens, tanquam ingentia xenia & ſingularia dona Dei à Patre ſuo amantiſſimo, pro ſpeciali dilectionis interſigno, de cœlo ſibi tranſmiſſa.

Eius in infirmitatibus ſuis patientia cum gratiarum actione.

Eucharistiæ ſacramentum ſumpturus in lachrymas reſoluitur.

Magnæ fuit deuotionis & extaticæ contemplationis; vt nunquam à lachrymis Miſſam audiendo ſe contineret. Flebat autem vberrimè Dei liquefactus amore, & offenſionis ſuæ timore; præſertim cum ad Euchariſtiæ venerabile ſacramentum erat acceſſurus, tunc totus in lachrymas videbatur reſolutus, vt chori pauimen-

mentum ſeu corporis indumenta lachrymis inundaret; vnde & pepulum manuale, propter lachrymarum abundantiam, ſolitus erat deferre.

Cum tranſiret per ambitum, aut alium quemcunque locum, oculis ac manibus erectis continuè incedebat, motu ſui corporis, moribuſque deuotis apertè demonſtrans regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, ſed magis de cœlo, quo ſæpè ſuſpiriis interniſque affectibus in Deum iactabatur.

Colloquia eius nil niſi ſanctum ſpirant.

Et loquēs cum fratribus nunquam ſęcularē, ſed ſemper ſpiritualem deuotāq; materiā in medium proferebat, ſemper de Deo, de vita ſpirituali, de bonis exercitiis, de profectu virtutum, tentationumque remediis; & maximè de Dei & proximi dilectione faciēs ſermonem, internam conſolationem & mentis deuotionem libenter ſuis fratribus conſueuit communicare: ideoque fratres noſtri iuniores, & etiam mediocres in ſpiritualibus exercitiis proficere cupientes, minutionis, aut etiam tempore ſpatiamenti, vt apes argumentoſæ, ſe eidem iunxerunt, de ſuis internis profectibus ac tentationum remediis ſinguli in publico ipſum requirentes. Quibus multum charitatiuè, in medio eorum ſtans, debitè & formaliter reſpondere ſolebat, ac ſi corda ſingulorum intus & in cute clariſſimè peruidiſſet; vnde non modicam intus conſolationem ſæpe reportauerunt.

Quia ergo plenus charitate, aliorum etiam profectibus & propriis vtilitatibus cupiuit deſeruire, conſolationes ſuas internas, tentationes & remedia, deuotiones, contempla-

tiones, viſiones, & reuelationes de Dei dono ſibi conceſſas, ſcripto perennauit, omnibus deuotis veram viam perfectionis in ipſis oſtendens. Quatuordecim enim de vita ſpirituali, mentis deuotione, & interna in Deum contemplatione edidit libellos, reuelationes ſibi factas, tanquam de alio quodam fratre in cella ſua ſedente, in diuerſis capitulis iuxta materiæ congruentiam eiſdem interponens, ſub titulis hic ſubiectis.

Varia ſcripſit opuſcula.

Liber vnus, quomodo veterem hominem cum actibus ſuis exuere debemus, & Chriſto nos vnire habens, nouem capitula. Liber de intimis Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, & ſeptem viis quibus itur ad ea, habens quindecim capitula. Liber de perfecta amoris altitudine, & de viis ad eam perueniendi, tredecim habens capitula. Liber de ſapida ſapientia duodecim habens capitula. Speculum veritatis. Liber de luce veritatis. Liber de tribus ſtatibus hominis conuerſi, in quibus conſiſtit perfectio vitæ ſpiritualis. Amoroſa querela amantis animę ad Deum ſuum pro liberatione tenebrarum, defectuumque ſuorum. Allocutio breuis amantis animæ cum amato ſuo. Liber de præparatione internæ noſtræ habitationis. Liber de vita ſpirituali & deuota, & in quibus conſiſtit, & eius impedimenta. Liber de vita contemplatiua, in quibus conſiſtit, & puncta quibus impeditur. Dialogus ſiue collocutio deuotæ animæ cum amato ſuo, & reſponſio eius ad animam deuotam. Liber de raptibus & collocutionibus cum Deo & Dei ſecum, decem habens capitula, ſecundum decem reuelationes diuerſis temporibus

Opuſculorum eius catalogus.

bus ſibi factas. Omneſque libros præfatos in franceno, & teutonico, propriâ manu pulchrè deſcriptos, librario teutonicorum librorum in *VVindeſem* reliquit vt debuit cuſtodiendos, cunctiſque petentibus fratribus, & externis benignè accommodandos.

Capvt XLIV.

Apocalypſis, ſiue releuatio fratri Henrico Mande, *oſtenſa ſuper ſtatu Patrum deuotorum, canonicorum regularium defunctorum.*

IN dulci & amabili nomine Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, & ſuæ beatæ & benedictæ genitricis Virginis *Mariæ*.

Accidit in feſto Aſſumptionis glorioſæ Virginis *Mariæ*, quod frater quidam pauperculus in *VVindeſem*, manè poſt primas, circa horam ſextam in ſella ſua ſedens, cor ſuum ad Deum ſubleuaret, ſecundum quod Deus de gratia ſua ſpeciali ſibi tunc donauit. Qui ſtatim raptus in ſpiritu, & in quandam tranquillitatem, pacem & ſilentium omnem humanum ſenſum excedentem, ſeipſum & omnia fuerat oblitus. In hac igitur tranquillitate & pace, audiuit tanquam ſonum ſuauiſſimum

omnia mundi delectabilia longè ſuperantem, viditque oculis ſui intellectus interioribus non in aliqua forma ſimilitudinem vel imaginem; ſed ineffabili quodam modo, quomodo Deus fruitur ſeipſo, in ſeipſo, & in omnibus creaturis, & quomodo idem ipſe ſuipſius gaudium eſt, & gloria ſuper omnia creata.

Henricus Mande raptus in ſpiritu videt gloriam Dei.

Cumque dictus frater in huiuſmodi cordis ſui deliriis iucundaretur, in quibus perpetuò remanere cupiebat, eo quod plenam omnium ſenſuum ſuorum ibi ſalutem inueniret, audiuit vocem quandam ſuauiſſimam, tanquam citharæ dulciter ſonantis, dicentem: *Egredimini & videte*
" *reginam cœli in gloria ſua, in qua ab altiſſimo eſt*
" *aſſumpta.* Statimque oculi eius interiores aperti fuerunt, & vidit innumerabilem Angelorum multitudinem, omni creaturæ mundi incomprehenſibilem, ſoli Deo creatori notam; qui omnes ineffabili claritate erant amicti, prout ſinguli à Deo fuerant ordinati. Et omnes ſonum dabant ſuauiſſimum diuerſarum melodiarum, omni humano cordi incomprehenſibilium, niſi cui deſuper datum fuiſſet. Qui grates infinitas Deo referebant, & collaudabant eum ſuper excellentiſſima gloria & claritate, amantiſſimæ & benedictæ matri ſuæ *Mariæ* collatis, perpetuoque ſeruandis.

Suauiſſimus Angelorum ſonus.

Vidit deinde incomprehenſibilem multiformitatem plurimorum ſanctorum ordinum, manerierum, vitarum, & ſtatuum diuerſorum, vnumquodque propriis virtutibus & beneficiis in vita ſua ſibi acquiſitis veſtitum, minimam tamen claritatem omnem intellectum humanæ creaturæ longè excedentem.

Verum

Verum ſuper hæc omnia, ſingularem habuerunt in veſtitu ſuo decorem de meritis Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, cunctis electis per humanitatem ſuam in ſalutem acquiſitis. Omnes etiam aureis coronis erant coronati, ſicut ſol in virtute ſua lucens reſplendentibus; alij tamen aliis clarioribus, vnuſquiſque pro ſuis meritis & virtutibus ſicut ab æterno electi erant à Deo; & iuxta vitæ ſuæ ſanctitatem in præſenti conſummatam. Omnes iſti iam præfati proceſſionaliter incedentes reſponſorium. *Felix namque es ſacra Virgo Maria, & omni laude digniſſima*, pariter concinerunt, vt vniuerſum cœlum cantare videretur. *Sanctorum gloria.*

Poſt hæc, vidit ipſam gloriæ Reginam, cum cunctis ſuis virginibus iuxta propria ſua merita, & ſanctitatem vitæ veſtitam. Dilectiſſima illa Domina Mater Dei, Virgo *Maria*, quaſi quodam lapide nimis pretioſo fuit inueſtita, tam excellentiſſimæ claritatis, vt ſinguli ſanctorum propria ſua merita, ac etiam beatiſſimæ Virginis *Mariæ* merita præclara, quantum ſupra omnium ſanctorum merita præcellerent, in eius veſtitu clariſſimè aſpicerent. Fuerat etiam coronata coronâ pretioſiſſimâ, omne cælum illuſtrante, pulcherrimum deſuper habens ſertum tribus florum generibus ſpecioſiſſimè contextum, blauis videlicet, albis & rubicundis, qui contemplationem diuinam, ſingularem Virginis caſtitatem, & veram eius patientiam, in quibus omnes homines anteceſſit, intuentibus deſignabant. *Mater Dei Virgo Maria.*

Deinde vidit almum Patrem noſtrum *Auguſtinum*,

S. Aug.

guſtinum, cum omnibus Apoſtolis, Martyribus & confeſſoribus in maxima gloria procedentem, vnumquemque in ſtatu ſuo, in quo à Deo poſitus eſt in æuum. Et vidit conſequenter quomodo B. *Auguſtinus*. magiſtrum *Gerardum Magnum* vnâ manu, & fratrem *Ioannem Vos de Hueſden*, olim in *VVindeſem* Priorem, altera manu cum magna iucunditate tenebat. Magiſter *Gerardus* aureis veſtibus, id eſt, diuina charitate fuit veſtitus, mantellum habens deſuper ſuperius viride & ſubtus rubeum. Hoc eſt ſapientiâ diuinâ cum feruenti proximi ſui dilectione decoratum, & in ipſo mantello erant omnes miris modis contexti qui per ſuum exemplum, & ſanam doctrinam vſque ad vltimum hominem ad bonam vitam fuerant conuertendi. Crucem inſuper auream, lapidibus pretioſis circumornatam, manu ſuâ geſtabat, pro eo quod propriæ naturæ, & carnis concupiſcentię tunc multum conſuetæ mortificationem, & verarum virtutum, à paucis tam ſpiritualibus quàm ſecularibus hominibus parum tunc curatarum, acquiſitionem prædicare cœpiſſet.

M. Gerardus Magnus. F: Ioannes Vos de Hueſden olim Prior in VVindeſem.

D. Florentius Radevvini. D Ioannes de Gronda.

Poſt magiſtrum *Groet*, Dominus *Florentius Radevvini*, & Dominus *Ioannes de Gronda*, cum magna claritate, & cordis ſui lætitia ſequebantur, veſtimentis ſimilibus vt magiſter *Gerardus* induti; ordinem canonicorum regularium, per eos nuper reflorere inchoatum, cum omnibus fratribus de *VVindeſem*, in ſuis mantellis habentes contextum.

D. Ioannes Brinkerinc.

Dominus *Ioannes Brinkerinc* fuit ibi in gloria inenar-

inenarrabili, tribus veſtimentorum generibus, hoc eſt, tribus deuotis congregationibus, in quibus plurimum laborauerat adopertus, videlicet in domibus ſororum magiſtri *Gerardi* in *Dauentria*, in *Arnhem*, in *Diepenuene*. Qui lapidem pulcherrimum iſtam ſcripturam continentem; *Domine latum mandatum tuum nimis: &, hoſpes fui, & collegiſtis me*, ante pectus ſuum ferebat, propter communem & ſingularem eius dilectionem, quam ad omnes homines deuotos habebat, & propter magnificam largitatem, quam in ſuſcipiendis hoſpitibus exhibebat.

Pſ. 118. v. 96.
Matth. 25. v. 36.

Dominus *Hugo Goutſmit de Herlen*, Dominus *Gisbertus Dovv de Amſterdammis*, & Dominus *Pol de Leydis*, Patres iam præfatos in proceſſione ſequebantur, vnuſquiſque ſuis à ſe inchoatis monaſteriis & congregationibus mirificè adornatus.

D. Hugo Goutſmi. D. Giſbertus Dovv. D. Pol de Leydis.

Dominus *Henricus de Gouda*, nimis ibi fuit formoſus aureis veſtibus circumamictus, pro eo quod in Dei charitate & proximi compaſſione, vehementer fuit accenſus.

D. Henricus de Gouda.

Dominus *VVermboldus de Traiecto*, Dominus *VVilhelmus de Amersfordia*, Dominus *Gerardus de Zutphania*, Dominus *Amilius*, Dominus *Libbertus ten Buſche de Zvvollis*, & omnes presbyteri, clerici, & fratres domus Domini *Florentij*, congregationis *Dauentrienſis* defuncti, Dominus *Gerardus Kalker*, & omnes presbyteri, clerici, & fratres domus ſuæ in *Zvvollis* defuncti, nec non & *Reynoldus* dictus de *VVindeſem* primus eorum fundator; hi omnes

nes ibidem in maxima claritate & gloria fuerunt.

Ioannes de Keſſel, cocus quondam Domini *Florentij* excellenter valde ibi decorus refulſit, omnes ſuos digitos anulis aureis habens plenos, lapidibus pretioſis expolitis, quoniam in dando pauperibus fuerat largiſſimus, & in ſuo ſtatu valde humiliatus.

Magiſter *Euerardus de Almelo*, in magna ibidem fuit gloria, monaſterio de prope *Northorn* canonicorum regularium, & aliis congregationibus ab eo inceptis, pulchrè circumamictus.

Ioannes de Vemmen multis his annis oculorum lumine priuatus, cęcus ibidem non fuit, ſed clarè videns in veritatę, pulcherrimeque veſtitus, cum omnibus quos verbo ſuo & exemplo ad virtutes informauerat, & cum cunctis fratribus qui eius vitam ſanctam fuerat imitati.

Vidit etiam Dominum *Ioannem de Elichem*, cum omnibus deuotis presbyteris, clericis & aliis hominibus vtriuſque ſexus viam vniuerſæ carnis iam tunc ingreſſis, in magna gloria.

Frater Ioannes de Hueſden.

Ad ſancti Auguſtini latus aliud proceſſit frater *Ioannes de Hueſden*, Prior olim in *VVindeſem*, cum omnibus fratribus ſuis canonicis regularibus, conuerſis & laicis in toto ordine & capitulo generali defunctis; ſinguli cum gloria & claritate ſingulari propriis ſuis meritis veſtiti. Prior autem præfatus in ſuo habuit mantello omnes miris modis contextos, quos verbo & exemplo ſuo ſancto, ad meliora

liora prouexerat. Et quia communem ad omnes homines Deo ſeruire cupientes ſeruauit dilectionem, & largiſſimus fuit in hoſpitibus ſuſcipiendis; idcirco ſimilem cum Domino *Ioanne Brinkerinc* lapidem pretioſiſſimum inſcriptum ante pectus ſuum portauit.

Sorores in *Dipenuene* in tanta ibidem conſpexit gloria, quod non poterat effari. O quam læta fuit ibi Domina de *Ruuen*, & Domina de *Vreden* cum cunctis deuotis ſororibus, in omnibus congregationibus defunctis. Ibi puella quædam fuit de *Stauria*, *Styna Tolners* nuncupata, quæ valde fuit gauiſa, quod viuens ſeruierat in coquiha; vnuſquiſque enim in hac proceſsione veſtitus inceſſit, ſecundum ſuum feruorem & charitatem in mundo conſummatam. Vidit etiam quomodo omnes virgines agnum, quem *Agnes*, ſancta duxit, concomitabantur, & ſingulæ virgines ſingulos habebant agnos, omneſque ſuauiſsima voce concinebant Hymnum, *Ieſu corona Virginum*, &c. vſque in finem. Hæc, & his ſimilia tam multa fuerunt & multiplicia, quod frater præfatus ea minimè potuit effari. *Styna Tolners.*

Vidit poſt hæc cum ante thronum gloriæ proceſsionaliter perueniſſent, quod Dominus noſter *Ieſus Chriſtus* dilectam matrem ſuam ad ſe aſſumpſit, & eam ſecum in throno gloriæ ſuæ collocauit, eleuatâque voce ſua, & omnis cum eo curia cœleſtis præcecinit hanc Antiphonam. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*, &c. Quibus peractis, tota curia cœleſtis genua flectens decantauit reſpon-

„ reſponſorium. *Salue Maria gemma pudicitiæ, de qua,*
„ *mundo illuxit ſol iuſtitiæ ; ſalue mater pia Chri-*
„ *ſtianorum , ſuccurre filiis ad filium , regem Ange-*
„ *lorum: Virgo ſolamen deſolatorum ſpes & mater benigna*
„ *orphanorum, ſuccurre filijs, &c.*

Tunc frater ille vidit quomodo lumen quoddam ſplendidiſſimum & ineffabile à facie Dei egrediens, omnes Angelos & ſanctos ingenti gloria & lætitia ita accendit, vt præ nimia delectatione extra ſe viderentur reeffluere in locum ipſum, vnde lumen exiuit, & tam pleni erant ſinguli , vt charitate indicibili etiam effluere in alterutrum cernerentur ; quoniam hic frater cor vniuſcuiuſque ibidem clarè videbat. Etiam illic aſpexit aliquos in hac mortali vita adhuc corporaliter viuentes , & alios in purgatorio adhuc exiſtentes , vnumquemque in ſuo ſtatu quo finaliter erat peruenturus.

Iſta proceſſio quam frater iſte à ſexta hora de manè vſque ad veſperam, & vltra præſens vidit in ſpiritu , tam longa fuit, & tam pulchra, quod nullus eam hominum vnquam poſſet exprimere.

Vidit vlterius oculis ſuis interioribus ſecreta cœleſtia , & gloriam infinitam , quæ nullis verbis explicari, nec aliquibus ſimilitudinibus poterit deſignari ; quia vt ipſe ibidem conſpexit, omnia quæ de rebus cœleſtibus & diuinis ſunt conſcripta , nihil ſunt omnino in eorum comparationem , quæ ibi ſunt in veritate. Gloriam enim & decorem, delitias & delectationes quas ibi conſpexit, potius laudare poſſet vt ſibi videbatur ſilendo , quam verbis

verbis quibuſcumque hæc ipſa exprimendo. Vnde & in ſeipſo loquendo dicebat. *O quam beati ſunt illi qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te.* Pſ. 83. v. 5.

Satis amicabiliter aliquando ab aliquibus fuerat allocutus, quod longum ipſi foret per ſingula conſcribere. Verumtamen Prior de *VVindeſem*, Dominus *Florentius*, & Dominus *Ioannes Brinkerinc* ad ipſum accedentes, ſatis charitatiuè ipſum alloquebantur, conſolantes eum & adhortantes libenter ſeruare patientiam, quia cuncta cito finem eſſent habitura. Tunc ei dixerunt. *Vide frater chariſſime, quid nunc nocet iſtis quod ſæpe vituperia, abiectiones & contemptus, increpationes, infirmitates, & tentationes, variaſque grauedines à Deo & hominibus patienter pertulerunt, & quod mille mortibus in propria voluntate, & natura mortificatione mortui ſunt? Ecce nunc lætantur pro diebus in quibus humiliati ſunt, & annis quibus mala viderunt.* Pſ. 89. v. 15. *Aſpice nunc, & conſidera gloriam iſtam & delitias ineffabilemque charitatem huius cœleſtis patriæ; quæ tibi idcirco ſunt oſtenſa, vt fratribus noſtris & ſororibus ipſa manifeſtes, quatenus ad iſta obtinenda maiori feſtinarent deſiderio, quia quidam eorum ſatis tepidè ſe habent, & cum quodam tædio ambulant in via Dei, ſuper res exteriores ex toto ſe ponentes, interiorem virtutum veritatem, & vtilem ad omnia pietatem omnino relinquentes. Quidam enim ad exteriora & terrena cogitanda nimis ſe effundunt, in propria ſapientia fixè conſiſtentes, quaſi Deus non haberet poteſtatem filios ſuos enutrire, qui huiuſmodi occupationum ſuarum externarum multiplicitate tam ſpirituales quàm ſæculares valde ſcandalizant, ſpiritualeſque virtutes in temporales* 1. Timoth. 4. v. 8.

negotia-

„ *negotiationes commutant. Et væ illis qui eiuſmodi ſunt,*
„ *quia cum ſpiritualibus hominibus computari meritò non*
„ *deberent, qui quamuis habitum ſpiritualium deferre vi-*
„ *deantur, nomen tamen Domini in populo per eos bla-*
„ *ſphematur.*

„ *Animaduerte nunc, frater chariſſime, quam ſtulti*
„ *& fatui ſunt qui propter breue tempus, quo ſuas concu-*
„ *piſcentias & delitias conſequuntur, gloriam tam infini-*
Deut. 32. „ *tam negligunt & amittunt: vtinam ſaperent & intelli-*
v. 29. „ *gerent, ac nouiſſima prouiderent, melius vtique & fer-*
„ *uentius quàm faciunt ſe haberent.* Sed quid dicemus?
„ *Nouit Dominus qui ſunt eius: hæc autem tibi ſunt*
„ *oſtenſa, vt illis ea manifeſtes, ſi fortè qui eiuſmodi ſunt*
„ *exinde ſe emendent, & qui feruentes ſunt, feruentiores*
„ *ex hoc efficiantur; quoniam finis omnium cito appro-*
„ *pinquabit. Te ipſum etiam reſpice, & in patientia ani-*
„ *mam tuam poſſidere ſollicitè conare.* Et cum iſto fi-
nis huius viſionis. Tunc frater iſte ad ſeipſum
reuerſus multum fleuit amarè, eo quod oporte-
ret ipſum hic adhuc remanere; memoriam tamen
eorum qui viderat ante oculos ſemper principa-
liter retinebat. Benedictus Deus in donis ſuis,
nunc in tempore & in æuum. Amen.

CAPVT

CAPVT XLV.

De multis aliis viſionibus & ſanctis reuelationibus ſibi oſtenſis, & de fine vitæ ſuæ.

VEnit aliquando frater iſte *Henricus* circa portam monaſterij noſtri in *VVindeſem* ſolus deambulans; vbi pulcherimum quendam puerulum intra portam vidit ſedentem; quem in vlnas ſuſcipiens, inter amplexus & oſcula interrogauit eum dicens: *O puer ſpecioſe, dic mihi* *Viſio.*
quis vocaris? Qui piè reſpondit: *Iam eſt nomen* „
meum. Cui ille. *Et quis te huc adduxit?* qui re- „
ſpondit. *Hæc eſt domus Patris mei, & hi ſunt fratres* „
mei; ſtatimque è brachiis eius exiliens ab oculis eius euanuit. Intellexit ergo frater iſte, quod agnus Dei hic erat ſummi patris filius; vnde & nimiâ dulcedine mentis repletus, Deo cum gratiarum actione iubilabat.

Hic etiam eſt frater ille, cui anima magiſtri *Ioannis Cele, rectoris ſcholarium in zvvollis* apparuit, cum corpus eius defunctum pro exequiis celebrandis iaceret in feretro, infra *Ioannis Cele*
ſummam Miſſam in choro dicens ei: *Cur non* *apparitio.*
oras pro me feruenter? Cui ille. *Et tu quis es? ego* „
ſum, inquam, anima magiſtri Ioannis Cele: dicas ſup- „
priori tuo, quoniam Prior non eſt præſens, quod ſine „
purgatorio ad cœlum vado, præſertim propter tria, „
videlicet propter feruentem zelum, quem habui ad „
ſalutem & prouectum ſcholarium; propter caſtita- „

 tem „

„*tem ab ineunte ætate ſeruatam; & propter ſcrupulum*
„*conſcientiæ, qui in grauibus me criminibus excedere non*
„*permiſit.* Quo dicto recepta eſt in cœlum, & corpus eius ante fores eccleſiæ in *VVindeſem* eſt ſepultum.

Quodam autem tempore, anno vno ante mortem ſuam, ego ipſe comes itineris ſui in *Hollandia* à Patribus deputatus, ad regulares in *Delft*, qui tunc in oppido morabantur, vna ſecum perueni. Vbi infirmitate præuentus, penitus lecto decubuit. In die ergo natalis Chriſti Miſſam in portatili, in commodo vbi decubuit, coram ipſo celebraui; & confeſſione eius auditâ, ipſum communicaui. Qui cum profuſis lachrymis, magniſque ſingultibus, vt frequenter erat ſolitus, in lecto ſuo ſedens eandem Miſſam audiuit. Cum autem ad prandium pariter conſediſſemus, viſionem mihi narrauit, quam in eadem Miſſa conſpexit. Raptum enim in ſpiritu, cœleſtibuſque interfuiſſe ſe dixit. Vbi inter alia veræ conſolationis ſolatia internis mentis oculis ingentem Sanctorum proceſſionem contemplatus, *Ieſum* filium Dei, ſummum eccleſiæ Pontificem Miſſam ibidem celebrantem, & *Petrum* Apoſtolum eius ibidem diaconem, *Ioannem Euangeliſtam* eius ſubdiaconem exiſtere, in ſpiritu exultans aſpexit. Vidit inter eos duarum aut trium neſcio animas ſororum in monaſterio regulariſſarum ibidem defunctarum, in magna lætitia glorioſè procedentes; alias autem duas animas ſororum ibidem recenter etiam defunctarum vidit, in toto nondum eſſe liberatas, ſed duris adhuc pœnis purgatorij detentas.

Viſio.

Hoc valde fuit in ipſo mirabile, gratiâ tamen diui-

diuinâ, vt credimus, ſibi conceſſum, quod cunctis religioſis, viris & feminis, etiam ſæcularibus ad ſe accedentibus, & ſuper ſtatu parentum ſuorum, aliorumque quorumcunque in mundo defunctorum ipſum interrogantibus, vbi eorum nunc eſſent animæ, & an iuuari poſſent, tempus deuotionis ſuæ in Miſſa, vel in nocte in primis recipiens ad Deum ſe conuertit, & tunc in ſilentio, multis cum ſuſpiriis & indefeſſis lachrymis deuotione ſua perfruitus vidit in viſione, & ſolita reuelatione pro quibus fuerat deprecatus. Manè autem facto, aut Miſſâ finitâ cum ad ipſum redirent, valde confidenter ſingulis reſpondit. *Parentes veſtri vel amici bene ſe habent, vel malè*; ſi eos vidit in cœlo, vel etiam in purgatorio hoc eis reſpondit, & quomodo tunc poſſent iuuari ſimiliter indicauit, videlicet per Miſſas, & trecenaria, per Vigilias, & Pſalteria, ſeu pauperum eleëmoſynas, ceteraque ſimilia. Sic multis defunctis per totam noſtram patriam frequenter ſubuenit, & ab aliis ſubueniri ſimiliter procurauit.

Animæ in purgatorio Miſsis, Vigiliis, Septem Pſalmis, eleemoſynis &c. iuuantur.

Hic etiam inter alia deuotum quendam libellum teutonicalem compoſuit, quem virgini deuotæ *Ledevvigi in Sciedam* lecto decumbenti, per me tranſmiſit, vt ipſum aliquando legi coram ſe procuraret. Quæ longa ægritudine, multiſque doloribus triginta & octo annis omnino ſine viſceribus, ſine cibis & potibus, parum aut nihil dormiens, in annis vitæ ſuæ extremis mirabiliter fuit afflicta,

Ledua ſiue Lydvvigu virgo Schiedami.

 ſed

ſed diuinis conſolationibus, viſionibus, & reuelationibus annos iam perplurimos à Deo viſitata, & in diuinis raptibus valde confortata. Hunc ergo libellum ſibi per me præſentatum gratanter ſuſcepit. Cum inter verba de Deo ſuauiſſima, omni charitate repleta mihi loqueretur, intuli ei ſermonem de fratre *Henrico Mande*, & quid de eius viſionibus ſentiret, mihi releuaret. Quæ
» confeſtim reſpondit. *Ego quidem ſentio, quod eius vi-*
» *ſiones, & ſancta reuelationes omnino ſint à Deo.*

D *Ioannes VVit de Traiecto.*

Presbyter quidam Dominus *Ioannes VVit de Traiecto*, commenſalis in *VVindeſem* frequenter dixit & ſenſit, quod fidem non haberet in fratris *Henrici Mande* continuis viſionibus. Qui vice quadam in *Traiecto* in ſomno anguſtiatus vidit fratem *Henricum Mande* ipſum de lacu in quem ceciderat manibus extrahentem, & ita de mortis periculo ipſum eripientem.

Viſio.

Alio quodam tempore exiſtens in W*indeſem* rogauit eundem fratrem H*enricum Mande*, vt pro ipſo non minimè tũc interiùs tribulato ad Deum intercederet, qui precibus eius acquieſcens id dixit ſe facturum. Die autem altera in vnum conuenientes, Dominus *Ioannes VVit* dixit fratri
» *Henrico. Quare pro me Dominum vt petiui non ro-*
» *gaſtis?* Cui ille. *Nonne nocte præterita vidiſtis in vi-*
» *ſione quomodo ad vos acceſſi, & videns tribulatum*
» *mœroreque confectum inteſtina veſtra, internaque*
» *viſcera extrahens ſubtiliter more piſcis exenteraui, ex-*
» *purgaui & mundaui, & tandem mundata ad loca*
» *ſua repoſui, & ad pacem cordis hoc modo vos redu-*
» *xi?* Qui viſionis recordatus hæc ita ſe habere dixit & perſenſit, quæ poſtmodum ſæpe in laudem eius aliis enarrauit. Vnde, & dicebat

bat. *Quando contra fratrem Henricum Mande, &* „
eius viſiones verbis aut factis opponere me attentabam, „
ſemper mihi malè ſucceßit. Hæc idcirco adiecimus, vt quorundam oblocutiones viſiones ſuas ſiniſtrè interpretantium è medio ſic ſuſtolleremus, & eum de bono opere verbis non lapidarent.

Multas quidem & alias frater *Henricus Mande*, de Deo & cœleſtibus, ac ſanctis animabus habuit viſiones, & in ſuis tentationibus Chriſti, & ſuæ matris, Angelorumque ſanctorum mentales conſolationes, quas in ſuis tractatibus, tanquam de alio quodam fratre in cella ſua ſedenti, ſuæque deuotioni contemplando intendenti, cunctis in exemplum frequenter interſeruit. Quas, inquam viſiones propter multitudinem hoc in loco deſcribere compendij gratia superſedemus, in fine voluminis, ſi Deus donauerit, ſingulariter exprimendis.

Henrici de Mande. Obitus.

Obiit autem in monaſterio ordinis & capituli noſtri in *Sion prope Beuervvijc*, quod conſilio & auxilio ſuo fuerat inchoatum, poſtquam triginta & ſex annos patienter & deuotè in ordine peregiſſet.

Capvt XLVI.

De feruore fratris Reyneri de Arnhem.

Reynerus de Arnhem.

D. Florentii quondam diſcipulus.

HVius in ordine frater vterinus, frater fuit *Reynerus de Arnhem*, eo quod ſecum inueſtitus, & ſuo tempore fuit profeſſus, Domini *Florentij* in *Dauentria* quondam diſcipulus, vir breuis ſtaturæ, corpore gracilis, capite caluus, & terræ tenacis. Hic à iuuentute ſua vſque in ætatem decrepitam, magni fuit feruoris & multi laboris, amator ſanctitatis, zelator diſciplinæ, ſtrennuus ordinis obſeruator, tranſgreſſorum ſeuerus correptor, Deo deuotus, moribus compoſitus, & in cunctis ſuis actibus præcipuè conuentualibus & diuinis ornatus & formalis; magiſter quinque nouitiorum, bene vociferatus, ſæpe ſuccentor & longo tempore cantor; omnes fratres ad tractim cantandum & legendum continuè ſollicitans, & contrarium facientes ſæpe redarguens.

Fratris Reyneri feruor.

Die ac nocte per annos quinquaginta octo campanam ſecutus, primus & vltimus ſemper fuit in choro, refectorio, & labore, diuerticula nuſquam requirens: in ſummis feſtis altè clamans in acutis. Nunquam foras ad alia monaſteria ordinis noſtri emiſſus, præſertim ad longum tempus; niſi ſemel duntaxat poſt annos viginti in ordine peractos, ad Brabantiam per annum, & ſemel in Thabor partium Friſiæ non longo tem-

Digitized by Google

tempore. Quanti putamus id fuiſſe laboris, fatigationis & doloris conuentum per tot annos ſine murmure ſequi quotidie, immò & præcedere, omnes horas diurnas & nocturnas ſemper tractim cantare, & nunquam niſi cauſa laboris, & per licentiam defuiſſe? Quem toto præfato tempore nunquam vidimus infirmum, quia vires ſuas corporales, & capitis ſuis diſcraſias, in quotidiana deuotione & ſui recollectione vtcumque deperditas, per quotidianos & graues labores temporibus à choro intermediis recuperare curauit, ſaccos portando, frumenta in ſolario reuoluendo, tunnas ceruiſiæ integras à braxatorio in cellarium cum ligno ſuper ſcapulas, manu ſtipite ſuſtentato, cum ſocio deferendo, arenam & lapides ad ſtructuram in gerula cum ſocio comportando, & ſi quę ſimilia externorum laborum fuere exercitia, in quibus ipſe gracilis licet & paruus, corpore, robuſtioribus tamen fratribus noſtris ſe niſus eſt adæquare.

Labor continuus.

Et quia fortis non fuit in capite, & præſertim in cerebro; cum tamen ſe debilem ibidem non ſentiret, hanc cerebri diſcraſiam in continuo labore extra chori tempus, per multos capitis & corporis ſui ſudores ab omnibus membris diſtillantes, quotidie reparauit; & inter laborandum ad Deum ſępe clamauit. *O bone Ieſu, adiuua nos pauperes tyrones, qui tuo adiutorio permaximè indigemus.* Cumq; in labore hæc ſæpe inclamaret, frater quidam ſenior ſemel ſibi reſpondit. *Vt quid tam frequenter Ieſum inclamatis? Dimitte eum in pacę.* Cui ille. *Frater chariſſime, ab eius inuocatione non valeo ceſſare, ſine quo nihil boni poſſum cogitare, ne dicam perficere.*

Deus, ſine quo nihil inuocandus

Frater iſte *Reynerus* plures bonos libros in pergameno ſcripſit & textura, prout manus eius & nomen in fine librorum per rubricam appoſitum, legentibus demonſtrat. Poſt annum quinquageſimum in ordine iam peractum iubileum ſuum celebrauit, ſummam Miſſam in Natali ſancti Martini epiſcopi cum miniſtris & ceroferariis ſolemniter decantando, & pro tanta perſeuerantiæ ſuæ in ordine & ſanctitate continuatione, fratribus in refectorio vinum & pitanciam à Priore noſtro *VVilhelmo*, breui poſt tempore iubileum ſuum etiam ingreſſus, de gratia ſpeciali impetrando, & etiam poſt prandium ſpatiamenti in pomerium ad bona conferenda fratribus obtinendo.

Iubilarius.

Tres autem ex omnibus tantum fratribus, noſtris tẽporibus in *VVindeſem* profeſſis annum quinquageſimum compleuerunt, eundem quoque numerum parumper tranſcenderunt. Nam frater *Henricus VVilde* vnus ex ſex primis vixit in ordine annis pæne quinquaginta duobus. Frater *VVilhelmus Vornken* annis quinquaginta ſeptem & menſibus quinque; & frater iſte *Reynerus* annis quinquaginta octo & menſibus pæne ſex. Quamuis autem cuncti religioſi iubileum iam ingreſſi ex tũc vſque in finem vitæ ſuæ ab ordinis oneribus non immeritò ſint exempti, dicti tamen fratres noſtri chorum & refectorium non minus quam antea, frequentare ſolebant; donec diceret eis, *ſpiritus, vt à laboribus ſuis requieſcerent*; & tandem ſenio deficientes, infirmitate præualente, ad extrema propinquarent.

Iubilarii tres in VVindeſem.

Frater ergo *Reynerus* poſt tantos labores, non aliqua ſingulari infirmitate, ſed præ ſenio in more

Moritur in ſenectute bona.

Digitized by Google

more candelæ deficiens migrauit ad Dominum, quartodecimo Calendas Maij, in ambitu monaſterii circa fratres ſuos ſepultus.

Capvt XLVII.

De conuerſione fratrum noſtrorum Henrici VValuis, & VVilhelmi Vornken, *& de bonis moribus, vita, & regimine fratris* Henrici VValuis.

DVo adoleſcentes, ciues *Traiectenſes*, diuites & delicati *Henricus* VV*aluis*, & VV*ilhelmus* V*ornken*, valde ſe mutuo diligentes, famam bonam & conuerſationem ſanctam fratrum noſtrorum primitiuorum in VV*indeſem* à quodam veterano deuotario audientes, corde compuncti & diuinitus inſpirati, melioris vitæ propoſitum inter ſe ſinguli firmiſſimè conceperunt, quod tamen præ timore ſibi inuicem propalare ad tempus diſtulerunt, quia neuter eorum de alterius animi immutatione, & ſancto propoſito aliquid agnouit. Factum eſt ergo, Deo diſponente, vt ambo quadam die in mente proponerent, alteri velle referre ſuum ſanctum propoſitum de ingreſſu religionis, & ad idem faciendum dilectum ſuum ſodalem modis omnibus incitare. Domum itaque ſuam ſinguli in hoc egreſſi, ex caſu vt putabant ſibi mutuo occurrerunt; & ita mentis ſuæ propoſitum ſibi inuicem aperientes, in eandem ſententiam conuenerunt; diem ſtatuentes, quo rebus ſuis diſpoſitis in

Henricus VValuis. VVilhelmus Vornken.

VVindeſem ſe transferrent, experiri cupientes an eorum vita & couerſatio famæ & nomini correſponderent. Hæc Pater *VVilhelmus Vornken* tanquam pro miraculo referre conſueuit.

Quo tandem, Chriſto duce, cum læti perueniſſent, à Priore & fratribus in omni charitate ſuſcepti, humanè ſunt pertractati. Qui mutuam eorum charitatem, cordium vnitatem, & regularis vitæ diſciplinam ibidem peruidentes, ipſoſque viros eſſe ſpirituales, animo modeſtos, moribus maturos, ſobrios, pios & benignos, multaque virtutum perfectione decoratos, oculata fide conſpicientes, ab intra calefacti, & diuini amoris igne ſuccēſi, ſpretis mundi delitiis, & carnis ſpurcitiis ibidem perpetuò remanere, & Deo creatori ſuo fideliter deſeruire firmiſſimè ſtatuerunt. Sæcularibus igitur veſtibus, fractilatis & pompoſis continuò exuti, ſimplicibus veſtibus, & capuciis noſtrorum clericorum rurſus reinduti; vt mundo & ſibi mortui, ſoli Deo victuri in bonis virtutum initiis, & humilibus exercitiis inter fratres ſunt conuerſati: & quod columnæ ordinis noſtri, capituliq; generalis poſt erant futuri, iam tunc in exordio oſtenderunt.

Quibus ſic conuerſantibus, ac de virtute in virtutem quotidie proficientibus affuit tentator ſpiritus, qui eos in grauem & periculoſam animi inducēs tentationem à monaſterio pæne ſubtraxit, animarum ſuarum ſalutem, & fructum in Dei eccleſia per eos futurum conatus impedire. Immiſit enim in mentem eorum, vt ad aliud monaſterium regulæ ſtrictioris propter amorem diuinum, carnis mortificationem, & arctioris vitæ feruorem omnino ſe transferrent, gratius ſe ob-

Inſurgit in eos grauis & periculoſa tentatio.

ſe obſequium Deo præſtituros exinde putantes. Cum autem ambiguè in his reflectuarent, tandem à Deo reſpecti dixerunt ad ſeipſos. *Iam ſcimus vbi ſumus, & quibus conuerſamur, ad quos autem venturi ſumus, penitus ignoramus. Cur ergo eos deſerere feſtinamus, quos bonos eſſe, & in veritate ambulare minimè dubitamus, & ad illos properamus, qui quales ſint neſcimus? Forſitan tentat nos Deus, & an in eius ſeruitio permanere volumus inquirit.* Vnanimi ergo ſententia, meliorique voluntate tunc pariter decreuerunt nunquam ſe locum mutaturos, ſed potius in VV*indeſem* perpetuè remanſuros; quod ita futurum eorum ſepulchra ibidem conteſtantur.

Anno igitur gratiæ milleſimo, trecenteſimo, nonageſimo octauo, *Purificationis* die ſanctæ *Mariæ*, dicti duo clerici in VV*indeſem* ſunt veſtiti, & ſuo tempore in ordine profeſſi; qui centum pæne florenos *Renenſes* in annuis redditibus ſinguli ſecum ad monaſterium perpetuè detulerunt. Qualiter autem nouitiatus ſui tempore in cunctis ſe rexerunt, in actis fratris *Gerardi Delft*, eorum tunc magiſtri ſuperius, iam deſcripſimus. Factâ autem profeſſione in viros ſtatim creuere perfectos; corde quippe humiles, ingenio pollentes, animo viriles, ſermone prudentes, maturitate graues, intuentibus venerabiles, Dei amatores & ordinis zelatores vſque in finem continuè permanſerunt. *Veſtiuntur, & ſuo tempore profitentur Eorum munificentia. Profectus.*

Vt autem de fratre *Henrico* VV*aluis* breuiter aliqua loquamur, vitam eius exemplarem paucis oſtendamus. Fuit enim vir valde maturus, prudens *Henricus VValuis.*

prudens & diſcretus, monaſterii noſtri & capituli decus & gloria, in cunctis multum prouidè & ſapienter ſe gerens; vt conuentus noſter in *VVindeſem* propter plurima capituli noſtri quotidie creſcentis negotia, ipſum in Priorem noſtrum clauſtralem ſibi præficere cogitaret, Patre *Ioanne* Hu*eſden* generali capituli noſtri Priore remanente. Et quamuis ita factum non fuerat, eius tamen prouidentia & probitas veneranda ex hoc poterat agnoſci, quod tali officio in tali loco idoneus eſt reputatus.

Prior factus Fontis B. Mariæ laudabiliter præeſt.

Hic in monaſterio *Fontis B. Mariæ prope Arnhem*, ordinis noſtri & capituli officium Prioratus annis pæne ſeptem laudabiliter gubernauit, quod in temporalibus & bonis ſpiritualibus non modicè promouit. Graui tandem illic quaſſatus infirmitate, officium *Prioratus* in manus conuentus ſponte reſignans, ad domum ſuam propriam in *VVindeſem* eſt reuerſus. Vbi in multa patientia aliquamdiu probatus, corporalique moleſtiâ ad vnguem fatigatus, lecto tandem decubuit, & valetudine ingraueſcente ad extrema peruenit. Sicque annis quindecim religioſiſſimè in ordine decurſis, Deo ſpiritum recommendans feliciter obdormiuit; ante chorum ad feneſtram primus poſt *Gerlacum* in *VVindeſem* ſepultus.

Prioratu reſignato redit in VVindeſemibidemque moritur.

CAP.

CAPVT XLVIII.

De feruore fratris VVilhelmi Vornken, *& quomodo tribus monaſteriis capituli noſtri profuerit.*

VEnerabilis Pater *VVilhelmus Vornken*, fratris *Henrici VValuis* in ordine conſodalis, factâ profeſſione ſanctè & religioſè, exemplariter & maturè cunctis diebus vitæ ſuæ vixit in ordine, vt paucis interiectis annis eligeretur in Priorem, & in diuerſis monaſteriis per annos quadraginta ſeptem pæne continuè Prior permaneret, dicta monaſteria, totumque capitulum generale in omni ſanctitate & religione, plenus gratia & auctoritate ſtrennuè & humiliter regens & conſeruans, vt feruoris eius veſtigia in pleriſque perſonis & monaſteriis vſque hodie perſeuerent, in quorum vita, verbis & moribus laus eius reſonare, feruor diſciplinæ ſuæ vigere, & prudentiæ eius ænigmata cernuntur renitere. *VVilhelmus Vornken.* *Quot annis Prior in diuerſis locis extiterit.*

Primum denique in *Leyderdorp*, monaſterio ordinis noſtri in *Hollandia* electus in Priorem, cum Hollandinos ibidem cerneret delicatè velle viuere, & ſuo zelo ac feruori, inſtitutionique *VVindeſemenſi* nondum poſſe congruere; ne ad carnis deſideria quæ Chriſti amore contempſerat, rurſus prolaberetur, cum Prior pæne per annum ibidem tunc extiterat, conuocato conuentu, valedicens fratribus ait. *O mei fratres chariſſimi, iam dudum ipſe conſpexi deſideria & mores* *Prior in Leyderdorp eligitur.* *Reſignat.*

„ *mores veſtros votis & inſtitutioni meæ non poſſe conueni-*
„ *re, cum viam Domini rectiſſimam, & ſanctæ religionis*
„ *ſemitam nimis delicatè tentatis incedere, qui arctam pœ-*
„ *nitentiæ vitam in religione conſeruare, nec carni aut ſan-*
„ *guini, ſed Deo & ſpiritui ſeruire promiſiſtis. Nunc ergo*
„ *prioratus officium computatione facta reſigno, cappaque*
„ *reſumpta in nidulo meo moriturus in VVindeſem re-*
„ *uertor. Dominus ſit vobiſcum, à malo vos conſeruans, &*
„ *ad cuncta bona perducens, Amen.*

Reuerſus hinc in *VVindeſem*, priora ſua repetens cunabula, in cunctis ſuis actibus, verbis, moribus & exercitiis vt bonus religioſus, veruſq; cellita, ſimplex & deuotus aliquãto tempore delituit; donec in *Monte ſanctæ Agnetis*, monaſterio ordinis & capituli propè *Zvvollis* in Priorem fuit electus, anno Domini milleſimo, quadringenteſimo octauo. Qui prioratus ibidem officium decem & ſeptem annis ſtrenuè & laudabiliter in omni diſciplina bene gubernauit, amator paupertatis, diſciplinæ gubernator, regulæ & ſtatutorum ſtrictiſſimus obſeruator. Clericos quatuordecim, & tres conuerſos ad religionem illic ſuſcepit, ſimiliter & laicos, charitatis intuitu Deo ſeruire cupientes ibidem perpetuauit. Ex quibus tamen aliquos in *Donatos* promouit, qui in communi viuentes obedientiæ laboribus fideliter inſiſtendo, æternæ vitæ præmia ſine fine reciperent. Tectum eccleſię, & ſedes nouas in choro ipſe præparauit, ornamenta valde pulchra in ſolemnitatibus pro presbyteris & miniſtris ipſe procurauit. Septa monaſterij dilatans, muro lapideo per totum circumduxit; arbores diuerſi generis, nucum præſertim & pomorum in horto, curia, & pomerio vbique plantauit, ardua montium

In VVindeſem redit.

Prior in Monte S. Agnetis aſſumitur.

1408.

Donati.

Templum ab eo mirificè exornatur.

Digitized by Google

tium quæ remanſerant, euectis arenis, complanauit. Piſtrinum & braxatorium in anno ſui receſſus iam cœpit fundare, & nouam domum pro agricultura, & pecorum ſtabularia circa portam conſtituit. Variis picturis altaria decorauit, & libros pro libraria & pro choro in bona copia per fratres fecit conſcribi, inter quos ipſe quamplurimos illuminauit. Et in his omnibus paupertas & ſimplicitas ſemper ipſi placuerunt. Eccleſiam & quatuor altaria conſecrari fecit, aliaque plura prioratus ſui inſignia in dicto *Monte* reliquit.

Priore autem noſtro *Ioanne Hueſden* iam defuncto, & fratre *Gerardo Delſt* prioratum ſuum poſt anni quartale reſignante, venerabilis Pater iſte V*Vilhelmus Vornken*, frater noſter conuentualis tunc Prior in Monte, in Priorem electus eſt in *VVindeſem*, & à generali capitulo confirmatus. Qui ex tūc monaſterium noſtrum in *VVindeſem*, totumque generale capitulum iuxta primum ſuum feruorem ac maiorum traditionem, in omni ſanctitate & religione, in vero Dei timore & ordinis rigore, in diſciplinæ cuſtodia & regulari obſeruantia per annos viginti nouem fideliſſimè conſeruauit, certa quædam ſtatuta ordini & perſonis pro religionis conſeruantia maximè congruentia de nouo inſtaurauit; veteraque perpauca per generale capitulum immutari fecit & procurauit.

Poſtulatus in Priorem VVindeſemenſem.

Inſignis obſeruantiæ regularis conſeruator.

CAPVT

Capvt. XLXIX.

De feruore eius in choro & refectorio, in cibis & veſtitu quem in ſuis fratribus amauit & requiſiuit.

FActus ergo Prior in *VVindeſem*, cum cellam ſui prædeceſſoris fratris *Ioannis Hueſden* primum introiuit, perſonæ ſuæ exiguitatem, meritorumque diſtantiam ad illius vitæ ſanctitatem ac morum reuerentiam parum valde reputans, ad fratres ſuos ſecum ibidem præſentes, ait: O „*Prior, & prior. O quam ſanctè vixit Ioannes, Prior* „*huius cellæ ante inhabitator; & qualis ego ſum in eius* „*comparatione*? Quamuis autem ita ſentiret ex humilitate, feruens tamen valde in ſua fuit conuerſatione, ordinis rigorem & regularis vitæ diſciplinam in ſe & ſibi ſubiectis ſemper ſeruãs & requirens. Semper enim die ac nocte præſens fuit in choro capitulo; & refectorio, niſi euidens rerum neceſſitas, communis vtilitas, aut hoſpitum ſolemnitas ipſum inde aliquando abeſſe compelleret. Frequenterque poſt primas vel tertias pro tempore, ſimiliter & poſt verſperas in choro remanſit in ſtalli ſui pauimento ſuper pedes reſidens, & intra ſe legens, meditans vel orans, aut contemplationi ſuæ vacans in proprium ſuum profectũ, & fratribus in exemplum. Plures autem in hoc ipſo habuit imitatores in tali deuotione Deo placere cupientes. Inuitè enim conſpexit fratres ſuos chorales, illo præcipuè tempore, præſertim ante chorum, longis confabula-

Diligentia & feruor eius in choro.

Digitized by Google

bulationibus, & verbis altis vacare. Sed quem de ſuis fratribus ſingulari devotioni, aut exercitio corporali, duro & afflictivo ſe dare cognovit, hunc ipſe præ ceteris laudavit & promovit. Similiter qui ſuam obedientiam, regulam, & ſtatuta ad unguem ſervavit, bonum ſuper hunc oculũ ſemper habuit, & eum ſuper ceteros magis amavit. Quem autem de fratribus ad ſæpe loquendum, & tempus inutiliter ſine fructu expendendum vidit vel audiuit; quamvis in loco licito ſeu tempore congruenti id facere conſuevisſet, ſiniſtrum tamen oculum in hunc ſemper deflexit, id quod cordi ſuo, natureque fore contrarium in vultu mutato apertè monſtravit. Quem etiam in capitulo, & foris aliquando ſatis modeſtè corripiens emendam poſtulavit, quæ ſi non continuò fuiſſet ſubſecuta, huic fratri ex animo inclinatus non videbatur.

Omnes ergo fratres cernentes eum primùm ingentem zelum diſciplinæ in ſeipſum exercere, qui cunctos in feruore, & ſtatutorum obſervatione quotidie præceſſit; quem etiam feruorem à cunctis ſuis fratribus in regulari obſervantia ex integro ſervanda rigidiùs exquiſiuit. Tranſgreſſores ſtatutorum inveniri metuebant, & ita virtutem de neceſſitate facientes, in bona diſciplina ſollicitè ſe ſervabant. Vnde factum eſt, ut ordo regularis, & vita monaſtica cunctis diebus vitæ ſuæ in *VVindeſem*, & in toto noſtro Generali Capitulo ſtrictiſſimè ſervarentur. Erat autem vir prudens & zeloſus, aſtutus & ingenioſus, Deo devotus, capite caluus, canis reſperſus, ſtaturæ competentis, magnæ authoritatis, cunctis venerabilis & omnibus metuendus, non verborum

Rigidus ſtatutorum obſervator.

auſteritate, ſed morum ſuorum maturitate, perſonæ gravitate, & virtutum amore.

In cibis & veſtibus, ceteriſque rebus & utenſilibus non fuit exquiſitus, ſed fratres ſuos feruore procedens in ſingulis vilioribus cibis communiter veſcebatur, & cibos minùs ſapidos, ut rancidas carnes, porcinas, aliaſque minùs comeſtibiles ipſe ſedens ad nolam, ſeu cum Hoſpitibus ad caput menſæ recumbens, abſcindens comedebat, Similiter & de piſcibus, alijſque cibarijs frequenter faciebat, paruos enim piſciculos in feruore ſpiritus, magnis piſcium corporibus ſæpe anteponebat, ori & appetitui, amore pœnitentiæ maioribus reiectis, cum paruis ſatisfaciens. Cocus itaque noſter à fratribus præmonitus talia ſibi cibaria communiter anteponebat, quæ non naturæ coutraria, ſed bene erant manducabilia, portiunculis minùs comeſtibilibus inde prius abſciſſis.

Hic veniens ab itinere & cimbalum refectorij audiens pulſari, non ſtatim in domum hoſpitum aut cameram privatam, ut pleriſque moris eſt Prælatis, ſed ſæpe ad refectorium religione aſſumptà cum Conventu pranſurus continuò intravit. Sed neque in ſuis veſtibus tunc fuit curioſus. quamvis prius in ſęculo baltheo pulchro argenteo ſuper veſtes pretioſas inferius in circumferentia per oram fractilatas præcingi conſuevit, neſciens quàm pomposè tunc volebat incedere, nunc autem in religione cuncta ſua veſtimenta uſque ad extremam filorum detritionem, & apertam eorum dinumerationem, quantum permittebatur, ſolitus erat deferre. Cùm autem foras monaſterium inter homines erat tranſiturus, non

Humilis in veſtimento.

non cappam omninò detritam ſed modiocrem & competenter bonam propter religionis noſtrę honeſtatem, & ſui reverentiam induere ſolebat. Quod procuratorem, & alios fratres exituros etiam facere hortabatur, ſic & de ſubtilibus, & cęteris indumentis mundis, & impetiatis faciendum eſſe dicebat.

Pater iſte deuotus in opere diuino, & circa Euchariſtiæ venerabile Sacramentum valde fuit timoratus, plurimùm metuens in ſeipſò, & etiam in ſibi ſubiectis, ne in ſuis conſcientiis, in verbis & moribus minus circumſpecti aut imparati ad illud accederent, & ita nec ſibi, nec aliis, cunctiſque fidelibus vivis & defunctis peccatorum veniam, gratiam & gloriam in hoc præintentas dignè impetrarent, ſed cordis magis duritiam, internorum cęcitatem, divinamque offenſam immundâ conſcientia ſuâ & luſcis luminibus in eius acceſſu frequenti ipſo facto incurrerent. Non enim ipſe continuè celebrare præſumpſit; nec fratres ſuos in hoc eſſe quotidianos unquam ſibi complacuit; quamvis neminem inde prohibere, ſeu importunè ad celebrandum inſtigare conſcientia prohibente communiter conſuevit. De nulla enim re, ut ſæpè referebat, tantùm in Dei iudicio reſpondere formidavit, ſicut ex eo, quòd idoneus cùm non eſſet miniſter & ſacerdos, Dei filium incarnatum Angelis & hominibus, cunctiſque creaturis, reverendum & tremendum in hoc venerabili Sacramento indignus ſæpè contrectavit, aſſumpſit, & miniſtravit.

CAPVT L.

Quomodo tactus apoplexiâ Prioratus reſignans officium, ad extrema pervenerit.

VIginti igitur & novem annis in regimine Monaſterij noſtri, & Generalis Capituli præcisè iam peractis, venerabilis hic Pater *VVilhelmus*, ſtatim poſt Capitulum per eum celebratum petijt à viſitatoribus abſolutionem realem à Prioratus officio, & Generalis onere Capituli, eo quod pluſquam octogenarius, inutilis & grandævus, ſenſuque deficiens allimpole videretur, cùm uſque in illam horam pro grege ſibi commiſſo fidelis ſemper extiterat. Viſitatores autem venerandam eius cernentes canitiem, recalueſtremq; probitatem, & monaſterij noſtri, totiuſque Capituli primæ inſtitutionis ſuę diſciplinam per eum in eſſe, & debito rigore benè conſeruatam, ipſum quamdiu poſſet, immò quamdiu viveret, abſoluere recuſarunt, præſertim cùm plures Conuentus noſtri fratres in eius abſolutionem nullatenus cõſentirent.

Factum eſt autem, ut ipſe cum viſitatoribus ſequenti die profecturis in veſperum cœnaret; ubi valdè lætus præ ſolito, ipſis inter loquendum dixit: *O Patres venerandi, vos me non vultis abſoluere, Dominus autem in brevi vt videbitis me abſoluet.* Et ita cœnâ illâ cum gaudio & charitate multâ iam peractâ ierunt omnes cubitum. Ad Primam ergo diei ſequentis cùm manè ſurrexiſſet, & ante lectum

lectum ſuum veſtitus ſederet, frater *Hermannus Xantis* pro tunc infirmarius, pro confeſſione faciendа ad cellam eius acceſſit. Confeſſione autem factâ, & abſolutione in ore, more ſuo ſolito cum ſigno crucis, iam lectâ, iniunxit ei pœnitentiam, neſciens in lingua, & aliis quibuſdam membris apoplexia ſe tactum. Quam tamen pœnitentiam frater *Hermannus* non intelligens, oculis in eum directis auribuſque porrectis diligentiùs requirens, nihil audire potuit niſi ſonum quendam vocis non ſignificativum. ſcilicet, *Kirie VVirie*, ſeu conſimilem. Neſciens autem quid ei acciderat, territus & ſtupefactus cucurrit ad ſuppriorem. Qui celerius accurrens cum fratribus invenit eum à Domino viſitatum, & in parte cerebri, & etiam in lingua tactum apoplexia, nec rationis nec mentis compotem fore ex toto, quamvis membra cetera competenter ſana habere videretur. Quod ut Conventus audivit, de eius ſtatu quicquam diffinire ob ſpem recuperandæ ſalutis ad tempus expectavit. Cùm autem viſitatores, *Bethleem* in *Zvvollis*, & in *Monte ſanctæ Agnetis* interim viſitaſſent, & ipſe Prior *VVilhelmus* infirmus permaneret, in *VVindeſem* redierunt. Deinde relatione factâ, viſitationeque completâ venerabilis *Pater VVilhelmus*, religione indutus in domo Capituli ad mattam ſe proſternens, vocibus & ſignis quibus potuit abſolutionem ab officio petijt, & impetravit. Qua receptâ, omnes fratres per ordinem circumiens, & ſingulis manum porrigens gratias egit omnibus, cunctis noſtris fratribus & ipſis Viſitatoribus in lachrymas reſolutis, quod vir tanti antè nominis & auctoritatis iam pæne mutus effectus, ſenſuq; privatus, quantum

Hermannus Xantis infirmarius.

Petit abſolui à Prioratu & impetrat.

Digitized by Google

tùm tunc prevaluit, fratrum, charitatem ſupplex requiſivit. Quibus à Capitulo ſimul exeuntibus, ipſe dormitorium, diſciplinam cum ceteris antiquo ſuo feruore ſervaturus, aſcendit, Priorem iam ſe non eſſe incunctanter intelligens: ſed retractus à fratribus in cellam Prioris iterum fuit reductus.

Devotus Pater *VVilhelmus* de cella Prioris poſt hoc recedens, in proxima cella apud Priorem habitationem inferius accepit; & infimum in choro locum in latere ſupprioris poſt omnes novitios, ubi antiqui *redditi* noſtri, magni viri virtutum olim ſtare conſueverant, ipſe volens præelegit, quem ſemper in divinis per diem viſitavit; & in refectorio ſtatim poſt Priorem ad menſam Prioris continuè reſedit, qui & ibidem panem ſcindendo, de ferculis apponendo, ſuperpellicium levando, vel almutium imponendo ſedulò miniſtravit.

Tactus dehinc ſecundo, ſenſum & intellectum vireſque corporales ſubito pene amiſit; quæ tamẽ ſucceſſu temporis iterum in parte paulatim recipiens, chorum & refectorium ut prius viſitavit, fratribus & Hoſpitibus in admirabile feruoris exemplum. In choro cum fratribus non presbyteris ſuo tempore communicaturus, confeſſionẽ ſuam verbis non intelligibilibus ſepe fecit, & à capitulo culparum cum advertere potuit, rarò ſe abſentans culpas ſuas utcumque dixit, diſciplinam ſemper expoſtulans quandoque ſuſcepit. In Generali Capitulo poſt menſam in refectorio ad pedes Patrum omnium ibidem tunc preſentium genibus flexis procumbens, veniam poſtulavit, & orationes, atque coram omnibus, inin.ò & ab om-

D. VVilhelmi in humilitate feruor.

omnibus, ſcapulis ſuis oſtenſis, diſciplinam ſibi dari verbis ſuis & ſignis inſtanter expetijt, ut etiã Patres quàm plures ad lachrymas commoveret, eo quod ipſe tanto tempore Pater Patrum appellatus, nunc quaſi, ſine voce, pedibus omnium ſubjectus, miſericordiam poſtularet. In hunc modum dies ſuos continuans, primi feruoris ſigna in ſe ſemper oſtendit.

Pater Patrum appellatus.

Sabbato autem in Octava *Petri & Pauli Apoſtolorum* primo interfuit Completorio, & in die eorum, in ſecundo Completorio eſt ſepultus. Nocte enim inſecutâ pro matutinis cùm infirmario ut conſuevit dicendis, vel audiendis cùm fratres ſuſcitarentur conſurgens, matutinis expletis, infirmario ſignum fecit confeſſionis. Quà more ſuo peractâ, & abſolutione receptâ paulatim deficiens tertiò tactus eſt apoplexia, & ita continuò pervenit ad extrema. Per ſuppriorem ergo in abſentia Prioris, cum ceteris fratribus de choro vocatis infra matutinas inunctus, & à Conventu poſt matutinas viſitatus, Conventu de conſilio infirmariorum ad quieſcendum recedente, & poſt horam vel duas per tabulam agonizantiũ iterum revocato, fęlix eius anima in Conventus pręſentia carne fuit ſoluta, per manus ſanctorum Angelorum, fratrum in *VVindeſem* antè defunctorum, & Deo cum Chriſto tunc regnantium benignè ſuſcepta, creatori ſuo in omnium ſanctorum pręſentia, cum multiplici fructu bonorum operum merito pręſentanda.

Tertiò Apoplexiâ tactus moritur.

Corpus verò eius, commendatione ſtatim peractâ, in chorum per Conventũ & cantum conſuetum reverenter eſt delatum, pſalteriis, ac vigilijs, & Miſſarum ſolemniis ulterius tota nocte

Digitized by Google

& die ſequenti à fratribus frequentatum. Veſperis tandem finitis, die Dominicâ in octava Petri & Pauli ante Sanctuariũ in medio chori ad levam fratris *Ioannis Hueſden*, noſtri quondam prioris tanquam Germanus & fratruelis eius, à cunctis inhabitantibus condignè traditur ſepulturæ, anno gratiæ milleſimo, quadringenteſimo,
1455. quinquageſimo quinto.

Et non immeritò inter fratres, in choro eorum quotidie ſepulchra reſpicientes corporaliter requieſcunt, cùm ſint duæ olivæ olei ſplendoris, & duo candelabra Conventui noſtro, Generalique Capitulo, & ante Deum lucentia, qui noſtrum Monaſterium, Generaleque Capitulum per annos ſexaginta duos ſibi ipſis pæne continuos in omni ſanctitate, vera religione gloria & honore rexerunt & promoverunt, & per monaſteria pæne ſeptuaginta ſuo tempore Capitulo incorporata, magnificè dilataverunt. nomenque noſtrum & laudem Capitulo, ſuâ ſanctâ converſatione, zelo ſalutis animarum, regularique diſciplina, per orbem *Germanicum*, *Italicum*, & *Gallicanum* uſque ad arcem orbis *Romam* ſummumque Pontificem cùm laude reſpergi, & in bonis magnificare ſollicitè provocaverunt, qui noſtram regularem obſervantiam, vitam religioſam, & mutuam cohærentiam magnis laudum præconiis in altum extollere & laudare non ceſſant.

CA-

Digitized by Google

Capvt LI.

Quare magni quidam prælati ante vitæ exitum, Deo diſponente, ab officijs abſoluuntur, & epitaphium Patris noſtri VVilhelmi.

QVam profunda, vera, & iuſta ſunt iudicia Dei, plena ſuper bonos benignitate & miſericordia, qui quos amat, & ad vitam æternam coaptat, etiam in preſenti arguit & caſtigat! Quidam enim pręlati à Deo dilecti, in regimine collocati, interdum quędam vitia, defectus, & peccata ſatis notabilia ſub ſe abſcondita, quandoque manifeſta gerunt, cùm quibus tamen minimè aut vix poterunt ſalvari, ſic ſtantes & permanentes, & periculo damnationis æternæ. Qui licèt ſanâ intentione, ſanctoque propoſito Dei ſui honorem, proximarumque ſalutem principaliter intendant, charitatem inconvulſam ſe ſervare putantes, zelo tamen proprio & feruore ſpiritus non ſecundùm ſcientiam, & charitatem non fictam, ſed motibus animorum, & propriæ ſapientiæ plurimùm innitentes, fratres ſuos & ſubditos ad imaginem Dei creatos in cunctis rebus gravare, & ad triſtitiam malam provocare ſæpe non formidant, ad unum charitatem plenam & perfectam, ad alium minorem, ad tertium pæne nullam, ſed averſionem & indignationem, ne dicam rancorem & odium iuxta naturę ſuę inclinationem, perſonarum acceptores effecti, ad oculum ſervantes; aut certè rebus temporalibus,

Deus quos amat, caſtigat.

Peruerſum regimen prælatorum.

moribus & honoribus, corporis commoditatibus ſeu propriis voluntatibus; aliiſve de cauſis charitati & ordini, rectęque rationi permaximè contrarijs, intus & exterius pluſquam decet inhiantes, ſalutem ſuam propriam, fratrumque ſuorum perfunctoriè peragentes, & defectus proprios, ac ſibi ſubditorum quamvis aſpicientes, non tamen emendantes; ſed vitam regularem, ordiniſque rigorem paulatim perire cernentes & diſſimulantes. Quibus ſimul omnibus, vel ſaltem ex his aliquibus à quibuſdam prælatis negligenter vel ſcienter commiſſis, maximum exinde periculum conſurgit animorum.

Diſſimulatio nociva.

Quamobrem pius Dominus, propter alia bona opera huiuſmodi prelatos volens ſeruare ne in tali periculo ab hoc mundo decedant, miſericorditer diſponit ut ante vitæ terminum ab onere regiminis, & huiuſmodi plantationis directè vel indirectè abſoluantur, quatenus ad maiorem ſui cognitionem, animi recollectionem & internorum cuſtodiam, & externorum emendam, ad cordis humilitatem, & ſui ipſius ſubjectionem, veram reſignationem, obedientiam & charitatem hoc modo perveniant, & cœleſti regno Dei ſic apti fiant, priora virtutum exercitia, & viam ſalutis priſtinam, tanqam à principio quaſi modò geniti proprijs in cunabulis neceſſariò repetentes. Plures itaque ordinis noſtri egregios Priores, & Monialium Rectores in tota Provincia nominatos in præmiſſis defectuoſos, à Deo vel hominibus à prælaturæ ſuæ officijs vidimus abſolutos, deinde corde & corpore fratribus ſuis conformes, unitos & ſubſtratos, ad omnem patientiam, ſubjectionem & diſciplinam ubique promptiſſimos

Quare Prelati ante mortem, Deo diſponente ab officiis abſolvuntur.

Digitized by Google

ptiſſimos, aut ante mortem per tempus factos inutiles.

Patres tamen quoſdam devotos & bene religioſos propter maius meritum, in ſimplici obedientia & humili ſubjectione finaliter conſummandos, Deus clemens & miſericors de ſublimi ſtatu quandoque facit deſcendere, ut tanquam veri ambidextri in proſperis & adverſis ſimiliter diſcant proficere. Quorſum præmiſſa tendant ſatis dictum eſt intelligentibus.

Generale habemus inſtitutum quod Priores non in publico, ſed tantum in privato accipiant diſciplinam. Quod Patres noſtri primitivi ſtatutorum editores, & eorum ſucceſſores ſic ſemper ſervaverunt, ut Capitulo diſciplinæ finito, ipſi à ſuppriore, vel in eius abſentia, à ſeniore in domo Capituli ſecum ſolum remanente, acciperent diſciplinam. Prior autem noſter *VVilhelmus* hæc aliter interpretatus non à Suppriore, aut aliquo ſeniore, ſed tantum à ſeipſo in cella ſua ſeorſim diſciplinam accepit. Tactus verò apoplexiâ, & linguæ privatus officio, non tamen ratione ex toto, totis ſuis viribus conatus eſt emendare quæ prius ignoranter aut etiam ſcienter ſe ſenſit deliquiſſe. Virgis enim duabus dormitorium fratrum conſcendens, verbis quibus potuit diſciplinam à ſingulis ſibi dari popoſcit. Sic fecit in Capitulo ſemper culpis ſuis utcumque dictis, vix valens quietari cùm eam non acciperet. Quod plures ſic acceperunt quaſi tunc inde notabilem haberet conſcientiam, quod antè non ab alio iuxta Patrum traditionem, ſed magis à ſeipſo diſciplinã conſuevit accipere. Tam multas enim diſciplinas ſic

Prior à ſuppriore, vel à ſeniore accipit diſciplinam.

ſic importune non petiſſet, ſi magna conſcientię neceſſitas ad hoc ipſum non impuliſſet. Religioſorum quippe diſciplina non tam propter pœnam, quæ ſatis eſt permodica, quàm propter humilitatem, & coram hominibus erubeſcentiam à patribus eſt inſtituta. Qui autem accipit eam à ſeipſo caret erubeſcentia, & ſæpe in parcitate, quandoque in nimietate menſuram poteſt excedere, in propria conſcientia utrobique gravatus. Nihil ergo melius quàm Patrum inſtituta in debita forma ſervare, ſi conſcientiæ ſcrupuloſitatem in futurum quis velit evadere. In ceteris autem, maiorum ſuorum inſtituta ab omnibus ſervari cenſuit inconvulſa, frequenter in ore, frequentiùs in corde Poëticum illud revoluens. *Moribus antiquis ſtat res humana viriſque.* Vnde & Romanorum geſta virtuoſa perſępe in medium, ſuccinctè tamen produxit.

Diſciplina Religioſorum non tam propter pœnam quàm propter humilitatem eſt inſtituta.

Patrum inſtituta ſervare pellit ſcrupulum.

Reliqua autem ſermonum ejus quę fecit, & perpeſſus eſt, & in adverſis quàm conſtanter ſe habuit in alio huius voluminis libro, *in quatuor* capitulis uſque in finem luculenter ſunt deſcripta.

Ejus epitaphium, à quodam fratre in *VVindeſem* ab ipſo inveſtito, compoſitum.

Epitaphium.

H*ic cubat in tumulo* VVilhelmus *nomine* Vornken,
Quem fera mors iugulo petÿt, perimens manuſortem.
Fortem qui tenuit vigili cum dæmone litem
Vix modo quis genuit itidem per ſingula ditem.

Viri

Viribus hic Hector, *animo fuit is* Machobæus.
Dux pius & rector, iuſti tamen arbiter æquus.
Mollia mirificè ſtuduit reſecare potenter,
Turbida pacificè tulit, intrepideq́; valenter.
Dum pauor inuiſus ruit vndique, ſe quoque fudit.
In Domino fiſus fortis ad omne fuit,
Corpore feruenter leges tenuit ſeniorum,
Hoc ſatagens ſemper, res, ſtentq́; ſtatuta priorum
Vocibus & vitâ, nil duxit mox peritura.
Vox ſua vox viua, ſans quærere ſola futura
Conſilio prudens, animo grauis, ore ſerenus.
Magna gerens ſed pauca iubens, apteq́; ſeuerus.
Moribus his dignis hic præfuit ordine trino
His fuit inſignis, his dignus honore paterno.
Sic, Pater, efferimus tua nunc præconia ſantes
Et licèt immeritus, en me tamen inter amantes,
Bis duo CC. mille, ſemel LV. cenſuit annis
Quo meat hinc ille, meritis donis premiandus
Iul. bis Nonarum Pe. Pau. fuit hoc catemane
Curſo pluſque parum: bino poſt octaua clarè.

Oratio metrica pro eo.

Spem tribuas veniæ famulo, clemens Deus ô mi,
Gaudia cum requie; regna beata poli.

Auctor verſuum.

Scribere non piguit me, quia me decuit
Non tamen hoc libuit dicere, quis ſeruit.

CA-

CAPVT LII.

De conuerſione fratris Ioannis ten VVater *per epiſtolam.*

VIdimus & alium in *VVindeſem* fratrem ſeniorem, virum valdè venerabilem, Deo & hominibus multùm amabilem fratrem *Ioannem ten VVater* de primoribus ditioribuſque oppidi *Zvvollenſis* exortum, in artibus *Colonienſem* magiſtrum, magiſtri *Gerardi Magni* quondam diſcipulũ, & ab eo à ſæculi vanitatibus & vniuerſali ſtudio per epiſtolã reuocatũ, cui inter alia ita ſcribit.

Ioannes ten VVater.

Gerardi Magni diſcipulus.

„ Electe mi in Chriſto, quem zelo altiſſimi ad „ magnam Dei gloriam & tuam ſalutem æmulor. „ O dilecta anima mea: immò verò mea! O Iſrael „ quanta eſt merces tua, quàm ingens erit gloria tua, & locus habitationis tuę! O ſi Domino per hæc tranſitoria perſeueranter adhæſeris! Qui „ enim perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus e„ rit. Non qui incipit, ſed qui compleuit pręmiabi„ tur. Quis te dilectum meum, immò dilectum „ Domini ab illo, à quo omnia bona ſunt, abſtraxit. „ O callide inimice, quanta ſunt jacula tua qui tam „ deuotum iuuenem Ioannem noſtrum ad tantum „ barathrum deduxiſti: ſed ſpero non ſubmerſiſti, „ nec deglutiſti. Mille artes tuas oſtendiſti, ſed „ erit ſpero qui liberabit. Domine Deus rex cęle„ ſtis, beatiſſima noſtra cuſtos Maria, & omnes „ ſancti Angeli Dei venite in adiutorium eius, iu„ uate me trahere, iuuate me trahere prędilectum „ meum à faucibus abyſſi, & à laqueis quos abſconderunt

Matth. 24. 7. 13.

lerunt ei. Quomodo ſub ſpem fortè ſtudij abſ-
raxit te à tuo bono propoſito, & à Deo in varia
leſideria carnalia & mundana? Capio teſtimo-
nium conſcientiam tuam, quę cognoſcit quantis
leſiderijs, vacillationibus & inutilibus rebus pul-
atur. Cave ne cor tuum indureſcat, ne callus ti-
oi ſuccreſcat, ne inſenſibilis fias. Reuertere dile-
te mi, revertere: vulnus recens eſt, nondum pro-
undatum; curabile eſt, medicinam patitur.
Principijs obſta.

Expectat te Deus tuus, & omnes ſancti Dei,
& Angelus tuus, & ego miſer, qui doleo, Deus
cit qualiter, de innumerabilibus malis quæ tibi
evenient, ſi à Deo receſſeris: Maius eſt gaudium
oeſſimis angelis ſuper uno homine averſo,
quàm ſuper nonaginta novem malis in duritia
perdurantibus, ſicut maius gaudium eſt Angelis *Luc. 15. v. 7.*
bonis ſuper uno peccatore converſo, quàm ſu- *Eccl. 7. v. 40.*
per nonaginta novem iuſtis. Memorare noviſſi-
ma tua. Adverte quid tibi prodeſt, ſi totum *Matth. [illegible] v. 26.*
mundum lucri faceres, & animæ tuæ detrimentũ
patereris. Cæcitatem Patris tui & inadverten-
iã in periculis futuris aliquando ſtupebas. Quot
mala contingunt uno malo dato in voluntate. Ni-
hil manet in arbore viride realiter & perduranter
radice bonæ voluntatis ſublatâ. Adverte quàm
vagi ſunt oculi tui, quàm diſtractum ſit cor tuum,
quàm tumida frons, quam laborioſam viam in-
greſſus es. O ſi adverteres quanta tibi fabri-
cantur ad pœnam & progreſſum malitiæ in-
ſtrumenta per diabolicas poteſtates. Rogo te
gyra oculum tuum ad me modicum, & lege
Capitulum de arte moriendi quod eſt in horolo-
gio æternæ ſapientiæ, lege bis vel ter; utinam
per

„ per menſem: & per Dei gratiam ſanitati reſti-
„ tueris.

„ Time, prędilecte votorum meorum, time of-
„ fendere Dei maieſtatem infinitam. Non tibi de
„ ſua blandiaris miſericordia, ut in peccatis perſe-
„ veres. Pater eſt miſericordiarum & Deus totius
„ conſolationis, ſicut & Deus eſt iuſtus, fortis, &
„ terribilis ſuper filios hominum. Horre cor durum
„ cum quo infinita mala intrant in hominem. Ab-
„ horre tenebras interiores quę ſequuntur peccata,
„ & continuò denſiores & profundiores efficiun-
„ tur, ne tandem palpites in tenebris tanquam in
„ meridie. Conſidera quàm brevis & momentanea
„ ſit hęc vita, & quot de ſocijs tuis, conſanguineis
„ & progenitoribus in malis mortui receperunt
„ mercedem ſuam, qui dicent in æternum: vias
Sapient. 5. vers 7. 8 9. difficiles ambulavimus, & viam Domini ignora-
vimus. Quid nobis contulit ſuperbia aut divitia-
„ rum iactantia? Tranſierunt omnia tanquam um-
Sap. 5. v. 15. Textus eſt truncatus. bra, & tanquam nuntius pręcurrens. Quoniam
ſpes impij eſt tanquam lanugo, quę à vento tolli-
tur, & tanquam ſpuma gracilis, tanquam fumus,
„ & tanquam memoria hoſpitis unius diei pręter-
„ euntis.

„ Contremiſce chariſſime de mala voluntate
„ cùm tam dubia ſit vita tua, tam incerta mors &
„ eius hora. Inhorreſce de ultima hora vitę tuę, ne
„ fortè quæras ſpatium pœnitentię & non inve-
„ nias. Dies illa dies irę, dies calamitatis & mi-
„ ſerię. Quis te liberabit ab illis infernalibus ra-
„ ptoribus, & tremendis faciebus venientibus ad
„ degluriendum te? Quid tunc divitiæ, doctrinæ,
„ amici, & amicæ poterunt te iuvare? Quid de his
„ omnibus tecum feres? Omnia tunc ſubitò te de-
ſerent,

ſerent, citò te tua & tui obliviſcentur. merita tua ſecundùm laborem tuum, & bona vel mala conſcientia dumtaxat te ſequentur. Heu heu quantus tunc pauor malis! quantò deſiderio mortem quęrent & non invenient! Time prędilecte infinitatem durationis pœnę infernalis. O quantum ſolatium eſſet damnatis ſi per aliquod cogitabile, vel numerabile tempus tanta pœna duraret! Timor ille abyſſalis mihi videtur inenarrabilis, & inimaginabilis de infinitate durationis pœnalis.

Pertracta varietatem & acerbitatem pœnarum, ſtimulum conſcientię, & vermem corrodentem, & quaſi animam diſrumpentem, omnem combuſtionem vel congelationem excedentem, pœnamque abſentię divinę quę animam corpori & mundanis ſolatijs abſtractam incogitabilibus pœnis affligit. Lege rogo libellum Rueſbroecs de fide, ubi tibi proponuntur & gloria infinita ſanctorum ſecundùm corpus & animam, & pœnę malorum. Adverte ibi quę pœnę in videndo, audiendo, tangendo, odorando & guſtando malis exhibentur. Quantus horror, fœtor, lis, rixa, morſus invidię & turbationes ibi erunt: quę frigora, qui calores, quę larvarum facies, & quale ſit illud profundiſſimum barathrum. Contremiſce diſtrictum iudicem Chriſtum futurum, qui toties tibi mitis in orationibus fuit. Time vultum eius tremendum. time ſonum tubę vocantis te ad iudicium, tunc caſum & ruinam totius mundi, & eius conflagrationem: horre diſſolutionem, qua omnia ſunt ſoluenda. & maximè horreſce ſententialem & irretractabilem vocem. ite maledicti in ignem ęternum, qui diabolo & angelis eius præparatus eſt.

Libellus Ruysbroeck de fide.

Aperi dilecte mi oculos tuos, vide hic ne in æternum cæcus permaneas; diſce hæc, quia iſta ſunt tibi neceſſaria præ omni doctrina mundana. Dicit tibi inimicus, oportet presbyterum multa ſcire & diſcere: multa ſcis ſi te cognoſcis. Et hoc tibi expertus ſcribo, quod omnes qui ad ſtudium veniunt non bene fundati, rudes & aſini per omnem ætatem manebunt, etiamſi centum annis ſtuderent. Caritas tibi neceſſaria quę non excedit, ſive ſcientia, ſive doctrina ceſſaverit. Si charitatem, quæ ſine bona voluntate & bono propoſito non eſt, non habeas, nihil es, etiamſi linguis hominum & angelorum loquereris, & omnem fidem ſcientiam & prophetiam haberes cum mala voluntate. Scientia quid eſt niſi iniuſtitia armata, ut dicitur primo politicæ. & peſſimus hominum eſt homo malæ voluntatis; ſcientificus malę voluntatis longè peior eſt ebrioſis & infidelibus. Talis ergo ſcientia obeſt abeunti. Non curat diabolus hominem fieri ſcientificum, quia ſcit quod ſcientia inflat, ſed bonam voluntatem mirabili colore & indruſtria corrumpere curat.

Magna ſcientia ſeipſum cognoſcere.

1. Cor. 13.

Scientia eſt armata iniuſtitia.

Dilecte mi, omnia viſcera mea vocant te. Scis quod non quęro tua nec tuorum, quæ Domino iuvante, vilipendo ut ſtercora, ſed quæro te. Veni ergo dilecte ad dilectum tuum, qui verè te amat, & nihil tui niſi Deum in te. Rogo te ut digneris venire ad me, & conſolari mecum, immò ad conſolandum me, qui non modicum contriſtor de te. Coniuro te ut venias. teſtor cęlum & terram & omnia quę in eis ſunt ut venias ad me, propter te, & tuam ſalutem, & Domini gloriam. Cor enim meum ut crebrius, prout dat

Deus

Deus,multùm erumpit pro te,& utinam diſrum- „
peretur in vera charitate pro te,& te mecum pro „
Chriſto, in Chriſto & ſecundùm Chriſtum mor- „
tuus haberem viventem. Vale & revale, conva- „
leſce & reconvaleſce in Chriſto dulciſſimo, Do- „
mino noſtro pleniſſimo, in quo omne bonum „
& omnis divinitas habitat corporaliter. *Gerardus* „
tuus ſervitor & humilis prȩco tuus, legationem „
fungens pro Chriſto ad te dulciſſime. „

Capvt LIII.

De vita, moribus, ſanctitate, & morte eius.

A Mundi ergo vanitatibus, & ſtudio litterarum ad veram Dei ſcientiam, infallibilemque veritatis notitiam *Ioannes iſte ten VVater* hoc modo per magiſtrum *Gerardum* revocatus, cùm mundo relicto Monaſterium in *VVindeſem* intrare deliberaſſet, convocatis amicorum turbis vinarium *Zvvollis* aſcendit. Quibus vinum cum iucunditate pariter bibentibus, ſingulorumque ſymbolis ab ipſo ſolutis, rogauit omnes ut ſecum in *VVindeſem* certa de cauſa tranſire minimè denegarent. Qui mox equis aſcenſis, cum ingenti ſtrepitu & gloria ipſum illuc introduxerunt. Tunc dixit omnibus. O vos cognati & amici mei dile- *Venit in VVindeſem.*
cti, ad propria iā redite, ego in Dei ſervitio hic vo- „
lo perpetuò remanere. Quo audito omnes obſtu- „
puere, & de tanti amici deſtitutione dolentes, ingemuere. Quidā autē animi ſanioris plurimū ipſi

congratulantes, & proſpera imprecantes, perſeverantiam in bono propoſito ſibi à Deo præſtari popoſcerunt:

Qui ad probam ibidem admiſſus, & multùm laudabiliter inter fratres converſatus, ad ordinem ſe ſuſcipi humiliter & inſtanter eſt precatus. Patres tunc noſtri in *VVindeſem* ad veras virtutum divitias, & matrem earum paupertatem inclinati, ipſum ad ordinem propter plures eius divitias diu ſuſcipere detrectabant, malentes eum in monaſterio *fontis Beatæ Mariæ virginis* prope *Arnhem* tunc ſatis egenti, aut in ſimili aliquo inopi monaſterio quod ſuis poſſet bonis iuvare, potius admitti: propter eius tamen probitatem & preces inſtantiſſimas, ipſum tandem ſuſceperunt, & habitum ſanctæ religionis per Patrem venerabilem *Ioannem de Hueſden*, cum viro devotiſſimo *Gerlaco de Daventria* eidem tradiderunt, ſub anno *milleſimo, quadringenteſimo tertio*, ipſo die Sancti Andreę Apoſtoli. Religione verò ſuſceptâ, talem ſe exhibuit ut ab omnibus amaretur, & propter vitę probitatem in reverentia haberetur. Cunctis enim diebus vitæ ſuæ cuſtos oris ſui fuit ad ſilentium, amator religionis, zelator diſciplinæ, omnibus ſuis fratribus pręcipuè iunioribus, clericis & hoſpitibus valde compaſſivus, quibus victus, veſtitus & cetera corporis neceſſaria procurari ſollicitavit; nec in capite, nec in pedibus quemquam noſtrum algere ęquo animo toleravit. Tener fuit in corpore, non aſſuefactus laboribus, vires non habens corporales, quas tamen ſępiſſimè humilitate recompenſavit, ollas infirmantium libenter exportando, haſtulas ſub carpentarijs in ſportas colligendo, fœnum neceſſarij cum novitiis

Induit habitũ Regularium. 1403.

In opere viti exercet ſe.

Digitized by Google

tiis purgando, inſtrumenta minùs apta in labore ſinuendo.

Fuit etiam moribus valdè compoſitus, ut nec in eundo vix membra mouere videretur, natura quietus, charitate pręcipuus, ſimplex & rectus, pręlatis & maioribus obediens & ſubiectus, contra eorum ordinationes etiam iuxta quorundam opiniones minùs pertinentes, nihil unquam diſputans vel remurmurans, nec verbum grande vel parvum de ipſorum defectibus, ut pleriſque ſubditis moris eſt, libenter audiens aut referens; ſed illud continuò magis interrumpens reſpondere conſuevit. *Fratres non loquamur inde, ſed potius de Deo & anima noſtra ſalute*, pacem enim cordis ſui, & aſpectum mentis in Deum cunctis rebus caducis ubique præponens conſcientiam tanquam molle ſuum pulvinar ſemper illęſam geſtivit cuſtodire. *Varia virtutum dona.*

Hortulanus multo fuit tempore, curam pomerij adiutoribus cùm opus habuit ſuſceptis exercens, in tranſplantandis arboribus, antiquis evellendis, ſurculis inſerendis, & fructibus decerpendis, ipſoſque ſolario per æſtatem cuſtodiendo, donec frigore appropinquante cellario inferrentur. *Horti curam gerit.*

Infirmarius etiam non minori tempore permanſit, operibus nunc circa infirmantes cum ſibi ſubſervientibus die ac nocte inſiſtens indefeſſus. *Infirmorum miniſterio addicitur.*

Celebravit aliquando in *VVindeſem* vir iſte devotus ſuper altare Sanctorum *Ioannis Baptiſtæ* & *Euangeliſtæ*; in cuius tunc manibus cùm ſacroſanctum corpus Dominicum eleuaſſet, puer viſus eſt pulcherrimus, à quondam viro ſeculari laico, cive *Sub elevatione in manibus eius puer pulcherrimus conſpicitur.*

 Campenſi,

Digitized by Google

Campenſi, ut idem vir hoc videns mihi ſtupens enarravit; quod magno tamen myſterio minimè vacavit. Frater enim illius carnalis civis Campenſis, nomine *Lubbertus* cocus noſter in *VVindeſem*, monaſterium noſtrum exire & ad ſeculum redire tentatione victus deliberavit, & non longè poſt exivit. Manifeſtavit ergo ſe *Ieſus* in humana ſpecie huic fratri ſuo carnali tanquam diceret.

Lubbertus cocus in VVindeſem Apoſtata.

» Ego Dei filius pro ſalute fratris tui de cælo de-
» ſcendens factus ſum homo, & ipſe me deſere-
» re, ſemetipſum perdere, & terrena quærere
» obſtinato animo nunc deliberat. O ingratitudinem morte amariorem! *Lubbertus* ergo præfatus in Campis reverſus, pro terrenis rebus periculo ſuo lucrandis ingreſſus eſt mare, ſed navis perijt, & ipſe ſubmerſus interijt. Talem vitæ finem deſerta accepit iuſtitia.

Infelix eius interitus.

Alia apparitio.

Alio itidem tempore in manibus dicti fratris *Ioannis ten VVater* ſimiliter factum audivimus, etiam in caſu ſimili. Vnde Patres noſtri in *VVindeſem* huiuſmodi apparitiones viſibiles futurorum prænoſticationes non habent libenter, quorundam apoſtaſias timentes inde ſecuturas. Aliquando tamen, ad confirmationem fidei, *Chriſtus* in forma pueri, in elevatione venerabilis Sacramenti electis ſuis viſibiliter dignatur apparere; quemadmodum cuidam laico ſimplici in fide vacillanti novimus accidiſſe, qui propter diffidentiam à monaſterio *Capituli noſtri Ludinkerka* tentavit recedere: ſed videns in Miſſa, quam in *Herlinghe oppido* ſibi propinquo egreſſus audivit, parvum puerulum in manibus celebrantis, in fide factus robuſtior ad proprium *Monaſterium* con-

Patrum VVindeſemenſium opinio de apparitionibus.

Herlinghe oppidum.

continuò reverſus, uſque ad finem vitæ in eo perſeveravit. Sed ad propoſitum redeamus.

Pater iſte ſanctus altę non fuit ſpeculationis nec magnæ contemplationis, ſed regulæ ſuæ & ſtatutorum, conſcientiæ & promiſſorum ſtrictiſſimus obſervator, ſuper cuſtodiam ſuam iugiter ſtans, paucis verbis utebatur. Verebatur enim omnia opera ſua, verba & cogitata, Deum ſuum & proximum in his timens offendere, & ab aliis offendi, fugam ſemper iniens, & ab eis ſe ſubtrahens ubi quid ſiniſtrum aut peccatum in foribus timebat affuturum: & quamvis in via Dei ſimpliciter incedebat, nunquam de altis materijs loquens in publico, interiorem tamen eius converſationem & animum in Deo ſemper ſuſpenſum ſolus ipſe novit, cùm in omnibus cuſtoditus rarò loqueretur in publico.

Eſt regulæ, ſtatutorumq; ſtrictiſſimus obſervator.

In vera igitur humilitate, Dei dilectione, proximi charitate, animi devotione, morum ſuavitate, obedienti ſubiectione, verborum charitate, omniumque virtutum perfectione in ſpiritu proficiens, quotidieque ſuccreſcens, corpore tandem pertæſus & præ ſenio fatigatus, locum inferius extra dormitorium pro habitatione ſuſcepit. Vbi aliquamdiu commoratus non valens celebrare, nec horas ſuas dicere, pervenit ad externa.

Poſtquam autem triginta quinque annos religiosè & devotè in ordine peregriſſet, eccleſiæ ſanctæ Sacramentis fideliter communitus, ſancta illa anima carne ſoluta ad gaudia tranſijt Angelorum, vultui gloriæ Dei per ſanctos Angelos præſentanda. Cuius rei veritatem poſt eius ſanctam converſationem huiuſmodi revela-

Variis virtutum donis exornatus moritur.

Digitized by Google

tione credentibus oſtendimus. Tribus pęne diebus ante tranſitum eius ex hoc mundo, ſacerdos quidā deuotus Dominus *Henricus Oudaen de Traiecto*, familiaris noſter in *VVindeſem*, & multùm ſcrupuloſus, talem de eo vidit viſionem. Duos enim Angelos de cælo vidit deſcendentes, & infirmum quendam in *VVindeſem* cum gloria viſitantes, quem dexterâ, levâque tenentes cælis ſecum inferre velle videbantur. Cumque infirmi faciem diligentius inſpexiſſet, ut quis hic frater eſſet apertè cognoſceret, præfatum *Ioannem ten VVater* hunc eſſe deprehendit, & ita experrectus Deum benedixit, qui in ſe ſperantes nunquam derelinquit. Hic frater *Ioannes de Aqua*, verus Dei famulus, gratiâ in præſenti, & gloriâ in vita æterna, iuxta *Magiſtri Gerardi Magni* prophetiam, iam plenus, *librum incepit obedientiæ*, & ad finem uſque complevit, incepit librum patientię & eum complevit, incepit librum humilitatis, & etiam complevit, incepit librum taciturnitatis, quem compleuit bene. beatus qui hunc librum frequenter ſtuduerit: incepit librum perſeverantiæ & eum complevit, incepit opus laudis divinæ, ſed uſque in finem in eo non pervenit. Lauda Ieruſalem Dominum, quia eſt totum negotium tuum.

Viſio. Henricus Oudaen.

Præconium eius à Gerardo Magno.

Caput LIV.

De vita, converſatione, & contemplatione fratris noſtri Gerlaci.

Gerlacus Petri.

DEvotiſſimi fratris noſtri *Gerlaci Petri* de Daventria actus, vitam, converſationem & contemplationem hoc in loco utcumque deſcripturi

uri aggredimur, qui licèt ſecundus fuerit in ordine fratrum choralium in *VVindeſem* defunctorum, & primus inter fratres ante chorum ſepultus; in præſenti tamen tractatu poſt tres primos officiales principales, non ordinem defunctionis fratrum noſtrorum in *VVindeſem*, ſed potius inveſtitionis & profeſſionis eorum ab initio fundationis monaſterij noſtri huc uſque ſervavimus, & in ſequentibus ſervandum arbitramur.

Hic autem frater noſter *Gerlacus*, fratris *Ioannis ten VVater* in ordine Couterinus, de Daventria exortus, dum bonæ indolis adoleſcens adhuc eſſet in ſeculo, pulcher facie & decorus aſpectu, atque à canonicis eccleſiæ *Daventrienſis* ad hoc deputatus, ut vicem ſuppleret beatę *Virginis* in eius feſto *Purificationis*, ibidem in eccleſiam proceſſionaliter introductus, corde intus ignitus, Deo & ſuæ benedictę Genitrici ſtatim tunc in publico caſtitatis ſuę pudicitiam vovit & conſecravit, quam cunctis diebus vitę ſuæ mundam & illibatam fideliter cuſtodivit. *Eius Patria.* *Vovet Caſtitatem.*

Ex tunc à Patribus domus Domini *Florentij* Congregationis *Clericorum* in *Dauentria* ad audiendum verbum Dei attractus, & ab eis in via vitæ ſpiritualibus rudimentis imbutus, deinde per eundem Dominum *Florentium* in *VVindeſem* pro religione aſſumenda fuit tranſmiſſus; ubi in habitu clericali aliquamdiu converſatus, ſtatim in initio ſpiritu ſapientię & intellectus divinitus illuſtratus, & ad ſui cognitionem, divinum amorem, veritatis indagationem, mentis eleuationem cæleſtiumque contemplationem vehementer accenſus, mirabili claritate, ſaporoſâque dulcedine præ cunctis noſtris fratribus in *VVindeſem*.

profeſſis ſuſpenſus tenebatur. Cuius animæ ſanctæ iucunditatis interna devotio, veritatiſque cognitio externis quibuſdam indicijs in corporis ſui motibus frequenter reſultare à pluribus cernebantur; ita ut quidam præpotens & prudens civir *Zvvollenſis* ipſum in Veſperis retro in eccleſia ſolum cernens ſedere, devotionique propriæ ut moris erat intendere, diceret coram fratribus:
„ Clericus frater *Gerlacus* valdè devotus eſt & in-
„ ternus, prout nunc in Veſperis, ipſo neſciente,
„ conſideravi.

Virtutum progreſſus.

Qualia verò virtutum exercitia in ipſo clericatu ſuo aſſumpſerit, quàm bonum ſpiritualis vitæ & ineffabilis veritatis tunc in animo ſuo coniecerit fundamentum, & à quanta perfectione inchoaverit, in ſuo *Breviloquio* liquidò demonſtratur, quod pro danda occaſione ſpiritualis exercitij, cuidam bonæ voluntatis clerico tunc

Breviloquiū Gerlaci Petri.

„ componens, intitulatur, ſic incipiens. In tu-
„ multibus & accidentijs exterioribus niti eſſe
„ quietus,& cuncta viſibilia ſimplici oculo aſpicere
„ tanquam aliena, diu enim manebit parvus, qui
„ aliquid non æternum magnum æſtimat, &c.
Hoc idem patet in *epiſtola ſua teutonicali*, quam Sorori ſuæ carnali tunc etiam tranſmiſit ita inci-
„ piens: Homini verè interno nullum tempus bre-
„ ve eſt, quin ſe ſuo dilecto in eo poſſit coniungere.
In qua quidem epiſtola nomen ſororis,& nomen fratris propter laicos eos habentes, noſcitur cõmutatum. Quibus in libellis, optimum ſpiritualis vitæ ſpeculum, & veræ perfectionis regula, novitijs & tyronibus Deo ſervire cupientibus, apertè monſtratur.

Prętere cùm in rebus tam divinis, tamque ſanctis

ſanctis exercitijs, non communi more clerico-
rum, ſed de Dei dono ſpeciali, & intellectus ſui
acumine ex influentia gratiæ divinæ ad veritatis
cognitionem & inviſibilium amorem per ſingu-
los dies proficeret, & interiores animæ ſuæ vires
ad exemplar libri vitę in monte contemplationis
ſibi præmonſtratum, quotidie reformaret, per-
fectiorem etiam in eccleſia Dei militante ſtatum
cœpit appetere, atque ad religionis ſanctę ingreſ-
ſum non modicè anhelare. Quamvis autem à fra-
tribus, præ cæteris noſtris clericis virtutum amo-
ribus peramplius amaretur, tamen quia luſcus o-
culis, in viſu defecit. ut notas vel ſcripturas à re-
motis videre nō poſſet; eius inveſtitio ad tempus
fuit dilata: unde factum eſt, ut *Ioannes Scutken*
clericus devotus in *VVindeſem* conſiliarius tunc
eius, verecundiæ ſuæ, naturalique defectu ex
corde compaſſus duo parua Antiphonaria, & u-
nū Graduale eiuſdē formæ cum adiutorio Prio-
ris noſtri *Ioannis de Hueſden* extra tempus com-
munis laboris pro eo conſcriberet in franceno, &
pro parte in pargameno, & aptè notaret, quæ in
choro noſtro pro Priore uſq; hodie reſervantur.
Et eius Pſalterium frater *Bartholomæus* converſus
conſcripſit. Plurima autem animi ſui remedia pro
quieta huiuſmodi naturalium defectuum toleran-
tia, de ſcripturis ſanctis & propria experientia,
ipſiq; veritate diligenter inveſtigans, in ſuo libello
de tumultibus ſuperius nominato, compendioſè ſa-
tis expreſſit. Habitis igitur correquiſitis devotus
iſte *Gerlacus in VVindeſem* fuit veſtitus, & cum fra-
tre *Ioanne tē vvater* ſuo tēpore profeſſus. Qui in re- *Profitetur in VVindeſem.*
ligione, qualē ſe in moribus & internis affectibus
Deo & hominibus prę ſtare curaverit, quomodo
cuncta

cuncta viſibilia, & omnem creaturam mente ſua tranſiliens, unum ſummum bonum, ęternam veritatem, ſapientiam & æquitatem ignito amore fuerit contemplatus, ante conſpectum Dei incommutabilis; extra omne tempus, locum, & habitum ſe ponens, teſtatur alter eius Libellus ſoliloquium, cuiuſdam regularis, à cordis multiplicitate ad unum ſummum bonum ſe continuò colligentis intitulatus, ſic incipiens. *In ſpiritu humilitatis, in animo contrito, tanquam pulvis pedum ſubtus cælum & terram, & omnia quæ in eis ſunt, ex affectu proſtrato*, &c. Quem inquam libellum in diverſis membranis quaternulis aut petris, ad inſtinctum ſancti Spiritus pro ſua devotione in ipſa religione conſcribens, per capitula non diſtinxit; ſed eius conſiliarius *Ioannes Scutken* clericus præfatus, per ejus deceſſum in formam quæ nunc habetur certis titulis, ſingulis capitulis præmiſſis, ipſum ſatis aptè diſtinxit.

Libellus Soliloquium.

Hic frater noſter *Gerlacus* multis virtutibus fuit ornatus, & unus de patribus ſanctis antiquis, homo ad Deum totus converſus, valde in intellectu illuminatus, in puro affectu charitate inflammatus, memoria bene recollectus, quę retro ſunt oblitus, in anteriora continuè extenſus, pedibus terram calcans, in cæleſtibus mente inhabitans, lapis quadratus in Domini ſtructura politus, ignitus & ornatus, gemma puritatis, decus caſtitatis, hoſtia mortificationis, virtutum forma, morum diſciplina, religionis zelator, & totius ſpeculum perfectionis. Mentali quippe contemplatione & divina fruitione animus eius ſemper ſuſpenſus, magna puritatis & ſanctitatis dedit indicia, cùm in nulla re mundi citra Deum quieſcere, nec ani-

Virtutum eius præconium.

Contemplatio.

mæ

Digitized by Google

mæ ſuę requiem uſquam potuit invenire, niſi in uno ſolo ſummo bono, vero, ęterno, & incommutabili Deo. Omnia ergo poſtpoſuit, ſingula perfregit, univerſa tranſcendit; & ſic ad bonum infinitum ante Dei conſpectum cunctis remotis creaturis, variiſque rerum eventibus pura mente pervenit, quemadmodum ſuis in ſcriptis non atramento & calamo tantum, ſed ſanctis ſuis ſtudijs, devotis exercitiis, moribus & vita multo melius oſtendit, non nouitiorum rudimenta, ſed totius perfectionis viri illuminati prǣclara gymnaſia calamo depromens.

CAPVT LV.

De devotione, & doctrina eius in ſpeciali; de calculo eius & morte.

FRater iſte *Gerlacus* aliquamdiu ſacriſta fuit in *VVindeſem*, qui ſæpe infra *Te Deum*, & alia devota cantica in ſpiritu elevatus, anterioribus aliquando pedum articulis vix pavimentum contingere cernebatur, ut raptus in ſpiritu putaretur: fratribus ergo chorum egreſſis, ipſe ſolus cùm eſſet ſacriſta, ibidem remanſit, oculiſque ac manibus in cælu m ęlevatis, devotionis ſpiritum quo fuerat debriatus, chorum pertranſiens, inuſitatis moribus, verbis & indicijs euaporare conſuevit. Officium enim ſacriſtę præ ceteris obedientijs dixit eſſe ſanctiſſimum, cùm circa divina myſteria ſępiſſimè in eccleſia habeat occupari, magnam habeas

Sacriſta.

Rapitur in ſpiritu.

Officium ſacriſtæ præ cæteris ſanctiſſimum.

habens materiam, rebus ſemper divinis tenaciùs inhærere.

Denique inter Miſſarum ſolemnia, officiaque divina ſancta illa gaudebat anima de ſponſi ſui præſentia, fervebat deſiderio, ardebat amore, flagrabat affectu, & per mentales exceſſus etiam corpus ſecum videbatur ſuſtollere. Gaudens gaudebat in Domino, capere ſe non valens præ gaudio. De divinæ bonitatis influentia qua ſpiritus abundavit, mortificatum corpus eius etiam cernebatur participare, dicens cum Pſalmiſta. *Concaluit cor meum inter me, & in meditatione mea exardeſcit ignis*: item. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.*

Pſal. 38. v. 4.
Pſal. 83. v. 3.

Amat ſolitudinem.

Libenter fuit ſolus & in bonis occupatus, cor enim tunc ſuum liberum & expeditum ab omni extrinſeco impedimento, Deo pręſentavit, totis ſuis viribus & internis ſuis exercitiis Deum mente videre, cognoſcere, intelligere, frui ſtuduit & concupivit.

Cùm ſpatiandi gratia de Prioris licentia aliquando cum fratribus pomerium introiſſet, aut aliàs eorum colloquio vocatus interfuiſſet, & ſpecialem Dei gratiam ſibi ſuperveniſſe ſentiret, dicere ſolitus erat aſtantibus: *Fratres ad cellam oportet me redire, ibi me unus expectat.* ſponſum ſuum Chriſtum, & Spiritus ſancti gratiam ipſum præſtolari ibidem ſignificans, cuius dulci colloquio, amabilique conſortio perſæpe fruebatur.

Familiaritas cum Deo.

Arnoldus Huls viſitatur.

Venit ad nos in *VVindeſem* frater *Arnoldus Huls* de prope *Northorn*, in *Thabor Friſiæ* pro ſancta reformatione ſtatim perrecturus. Cui dixit *Gerlacus*. Mi frater chariſſime, vos ibitis iam ad alios in via Dei reformandos, oportet ergo ut in cunctis duplici

Digitized by Google

duplici virtute ſpiritus bene ſitus armatus, intus & ab extra, in ſanctitate & bona vita ſemper cuſtoditus, viamque virtutum verbo & exemplo ceteris pręmonſtrando, alioquin nec vobis nec aliis unquam proficietis. Qui ſolitus erat referre, cunctis diebus vitę ſuę non parum ſibi profuiſſe tot viros virtutum in *VVindeſem* tunc ſe vidiſſe.

In refectorio ſedens ad menſam, ſemper totus ad Deum & ad lectionem fuit intentus; nihilominùs tamen ab extra egregiè manducavit tanquam ſuam devotionem inhianter quæreret in ſcutella, in multis expertus, quod corpore per abſtinentiam ſingularem debilitato, & ita hoc modo capite diſcratiato, ſpiritus omninò ab interiori contemplatione impeditur.

Reverentiam & honorem, & perſonæ ſuæ amorem aſpectus eius venerabilis, ſancta converſatio, optima morum compoſitio, & ſermonum probitas cunctis ingerebant quę Spiritum ſanctũ in ſe habitantẽ ipſum cernentibus oſtendebant, Erat enim vir proceræ competenter ſtaturę, vultu ſerenus & angelicus, moribus quietus, verbis dulcis & exemplaris, abſque eo quod in ſe latebat intrinſecus. Et quid illud? Nimirum iuſtitia, pax & gaudiũ in Spiritu ſancto, libertas & primitię ſpiritus, delitię charitatis, adoptio filiorũ, gloria conſcientiæ bonæ & regni, quod intra ipſum fuit. De preſentia ſancti Spiritus, Chriſtum portans in pectore, & templum exiſtens gloriæ ſanctę Trinitatis *Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, quam abſcondiſti timentibus te*! perfeciſti autẽ ſperantibus in te. Huic paci non poterit comparari quicquid in mundo poterit concupiſci. Hæc eſt gratia

Gerlaci ſtatura & indoles.

Pſa. 30. v.

Campenſi, ut idem vir hoc videns mihi ſtupens enarravit; quod magno tamen myſterio minimè vacavit. Frater enim illius carnalis civis Campenſis, nomine *Lubbertus* cocus noſter in *VVindeſem*, monaſterium noſtrum exire & ad ſeculum redire tentatione victus deliberavit, & non longè poſt exivit. Manifeſtavit ergo ſe *Ieſus* in humana ſpecie huic fratri ſuo carnali tanquam diceret.

Lubbertus cocus in VVindeſem Apoſtata.

» Ego Dei filius pro ſalute fratris tui de cælo de-
» ſcendens factus ſum homo, & ipſe me deſere-
» re, ſemetipſum perdere, & terrena quærere
» obſtinato animo nunc deliberat. O ingratitudinem morte amariorem! *Lubbertus* ergo præfatus in Campis reverſus, pro terrenis rebus periculo ſuo lucrandis ingreſſus eſt mare, ſed navis perijt, & ipſe ſubmerſus interijt. Talem vitæ finem deſerta accepit iuſtitia.

Infælix eius interitus.

Alio itidem tempore in manibus dicti fratris *Ioannis ten VVater* ſimiliter factum audivimus, etiam in caſu ſimili. Vnde Patres noſtri in *VVindeſem* huiuſmodi apparitiones viſibiles futurorum prænoſticationes non habent libenter, quorundam apoſtaſias timentes inde ſecuturas. Aliquando tamen, ad confirmationem fidei, *Chriſtus* in forma pueri, in elevatione venerabilis Sacramenti electis ſuis viſibiliter dignatur apparere; quemadmodum cuidam laico ſimplici in fide vacillanti novimus accidiſſe, qui propter diffidentiam à monaſterio *Capituli noſtri Ludinkerka* tentavit recedere: ſed videns in Miſſa, quam in *Herlinghe oppido* ſibi propinquo egreſſus audivit, parvum puerulum in manibus celebrantis, in fide factus robuſtior ad proprium *Monaſterium* con-

Alia apparitio.

Patrum VVindeſemenſium opinio de apparitionibus.

Herlinghe oppidum.

Digitized by Google

continuò reverſus, uſque ad finem vitæ in eo perſeveravit. Sed ad propoſitum redeamus.

Pater iſte ſanctus altę non fuit ſpeculationis nec magnæ contemplationis, ſed regulæ ſuæ & ſtatutorum, conſcientiæ & promiſſorum ſtrictiſſimus obſervator, ſuper cuſtodiam ſuam iugiter ſtans, paucis verbis utebatur. Verebatur enim omnia opera ſua, verba & cogitata, Deum ſuum & proximum in his timens offendere, & ab aliis offendi, fugam ſemper iniens, & ab eis ſe ſubtrahens ubi quid ſiniſtrum aut peccatum in foribus timebat affuturum: & quamvis in via Dei ſimpliciter incedebat, nunquam de altis materijs loquens in publico, interiorem tamen eius converſationem & animum in Deo ſemper ſuſpenſum ſolus ipſe novit, cùm in omnibus cuſtoditus rarò loqueretur in publico.

Eſt regulæ, ſtatutorumq; ſtrictiſſimus obſervator.

In vera igitur humilitate, Dei dilectione, proximi charitate, animi devotione, morum ſuavitate, obedienti ſubiectione, verborum charitate, omniumque virtutum perfectione in ſpiritu proficiens, quotidieque ſuccreſcens, corpore tandem pertæſus & præ ſenio fatigatus, locum inferius extra dormitorium pro habitatione ſuſcepit. Vbi aliquamdiu commoratus non valens celebrare, nec horas ſuas dicere, pervenit ad externa.

Poſtquam autem triginta quinque annos religioſè & devotè in ordine peregriſſet, eccleſiæ ſanctæ Sacramentis fideliter communitus, ſancta illa anima carne ſoluta ad gaudia tranſijt Angelorum, vultui gloriæ Dei per ſanctos Angelos præſentanda. Cuius rei veritatem poſt eius ſanctam converſationem huiuſmodi revela-

Variis virtutum donis exornatus moritur.

Digitized by Google

tione credentibus oſtendimus. Tribus pęne diebus ante tranſitum eius ex hoc mundo, ſacerdos quidã deuotus Dominus *Henricus Oudaen de Traiecto*, familiaris noſter in *VVindeſem*, & multùm ſcrupuloſus, talem de eo vidit viſionem. Duos enim Angelos de cælo vidit deſcendentes, & infirmum quendam in *VVindeſem* cum gloria viſitantes, quem dexterâ, levâque tenentes cælis ſecum inferre velle videbantur. Cumque infirmi faciem diligentius inſpexiſſet, ut quis hic frater eſſet apertè cognoſceret, præfatum *Ioannem ten VVater* hunc eſſe deprehendit, & ita experrectus Deum benedixit, qui in ſe ſperantes nunquam derelinquit. Hic frater *Ioannes de Aqua*, verus Dei famulus, gratiâ in præſenti, & gloriâ in vita æterna, iuxta *Magiſtri Gerardi Magni* prophetiam, iam plenus, *librum incepit obedientiæ*, & ad finem uſque complevit, incepit librum patientię & eum complevit, incepit librum humilitatis, & etiam complevit, incepit librum taciturnitatis, quem compleuit bene. beatus qui hunc librum frequenter ſtuduerit: incepit librum perſeverantiæ & eum complevit, incepit opus laudis divinæ, ſed uſque in finem in eo non pervenit. Lauda Ieruſalem Dominum, quia eſt totum negotium tuum.

Viſio. Henricus Oudaen.

Præconium eius à Gerardo Magno.

Caput LIV.

De vita, converſatione, & contemplatione fratris noſtri Gerlaci.

Gerlacus Petri.

DEvotiſſimi fratris noſtri *Gerlaci Petri* de Daventria actus, vitam, converſationem & contemplationem hoc in loco utcumque deſcripturi

turi aggredimur, qui licèt ſecundus fuerit in ordine fratrum choralium in *VVindeſem* defunctorum, & primus inter fratres ante chorum ſepultus; in præſenti tamen tractatu poſt tres primos officiales principales, non ordinem defunctionis fratrum noſtrorum in *VVindeſem*, ſed potius inveſtitionis & profeſſionis eorum ab initio fundationis monaſterij noſtri huc uſque ſervavimus, & in ſequentibus ſervandum arbitramur.

Hic autem frater noſter *Gerlacus*, fratris *Ioannis ten VVater* in ordine Couterinus, de Daventria exortus, dum bonæ indolis adoleſcens adhuc eſſet in ſeculo, pulcher facie & decorus aſpectu, atque à canonicis eccleſiæ *Daventrienſis* ad hoc deputatus, ut vicem ſuppleret beatę *Virginis* in eius feſto *Purificationis*, ibidem in eccleſiam proceſſionaliter introductus, corde intus ignitus, Deo & ſuæ benedictę Genitrici ſtatim tunc in publico caſtitatis ſuę pudicitiam vovit & conſecravit, quam cunctis diebus vitę ſuæ mundam & illibatam fideliter cuſtodivit. *Eius Patria.* *Vovet Caſtitatem.*

Ex tunc à Patribus domus Domini *Florentij* Congregationis *Clericorum* in *Dauentria* ad audiendum verbum Dei attractus, & ab eis in via vitæ ſpiritualibus rudimentis imbutus, deinde per eundem Dominum *Florentium* in *VVindeſem* pro religione aſſumenda fuit tranſmiſſus; ubi in habitu clericali aliquamdiu converſatus, ſtatim in initio ſpiritu ſapientię & intellectus divinitus illuſtratus, & ad ſui cognitionem, divinum amorem, veritatis indagationem, mentis eleuationem cæleſtiumque contemplationem vehementer accenſus, mirabili claritate, ſaporosâque dulcedine præ cunctis noſtris fratribus in *VVindeſem*.

profeſſis ſuſpenſus tenebatur. Cuius animæ ſanctæ iucunditatis interna devotio, veritatiſque cognitio externis quibuſdam indicijs in corporis ſui motibus frequenter reſultare à pluribus cernebantur; ita ut quidam præpotens & prudens civir *Zvvollenſis* ipſum in Veſperis retro in eccleſia ſolum cernens ſedere, devotionique propriæ ut moris erat intendere, diceret coram fratribus:
„ Clericus frater *Gerlacus* valdè devotus eſt & in-
„ ternus, prout nunc in Veſperis, ipſo neſciente,
„ conſideravi.

Virtutum progreſſus.

Qualia verò virtutum exercitia in ipſo clericatu ſuo aſſumpſerit, quàm bonum ſpiritualis vitæ & ineffabilis veritatis tunc in animo ſuo coniecerit fundamentum, & à quanta perfectione inchoaverit, in ſuo *Breviloquio* liquidò demonſtratur, quod pro danda occaſione ſpiritualis exercitij, cuidam bonæ voluntatis clerico tunc componens, intitulatur, ſic incipiens.

Breviloquiū Gerlaci Petri.

„ In tu-
„ multibus & accidentijs exterioribus niti eſſe
„ quietus, & cuncta viſibilia ſimplici oculo aſpicere
„ tanquam aliena, diu enim manebit parvus, qui
„ aliquid non æternum magnum æſtimat, &c.
Hoc idem patet in *epiſtola ſua teutonicali*, quam Sorori ſuæ carnali tunc etiam tranſmiſit ita inci-
„ piens: Homini verè interno nullum tempus bre-
„ ve eſt, quin ſe ſuo dilecto in eo poſſit coniungere.
In qua quidem epiſtola nomen ſororis, & nomen fratris propter laicos eos habentes, noſcitur cõmutatum. Quibus in libellis, optimum ſpiritualis vitæ ſpeculum, & veræ perfectionis regula, novitijs & tyronibus Deo ſervire cupientibus, apertè monſtratur.

Prętereà cùm in rebus tam divinis, tamque ſanctis

ſanctis exercitijs, non communi more clericorum, ſed de Dei dono ſpeciali, & intellectus ſui acumine ex influentia gratiæ divinæ ad veritatis cognitionem & inviſibilium amorem per ſingulos dies proficeret, & interiores animæ ſuæ vires ad exemplar libri vitę in monte contemplationis ſibi præmonſtratum, quotidie reformaret, perfectiorem etiam in eccleſia Dei militante ſtatum cœpit appetere, atque ad religionis ſanctę ingreſſum non modicè anhelare. Quamvis autem à fratribus, præ cæteris noſtris clericis virtutum amoribus peramplius amaretur, tamen quia luſcus oculis, in viſu defecit. ut notas vel ſcripturas à remotis videre nõ poſſet; eius inveſtitio ad tempus fuit dilata: unde factum eſt, ut *Ioannes Scutken* clericus devotus in *VVindeſem* conſiliarius tunc eius, verecundiæ ſuæ, naturalique defectu ex corde compaſſus duo parua Antiphonaria, & unũ Graduale eiuſdẽ formæ cum adiutorio Prioris noſtri *Ioannis de Hueſden* extra tempus communis laboris pro eo conſcriberet in franceno, & pro parte in pargameno, & aptè notaret, quæ in Choro noſtro pro Priore uſq; hodie reſervantur. & eius Pſalterium frater *Bartholomæus* converſus conſcripſit. Plurima autem animi ſui remedia pro quieta huiuſmodi naturalium defectuum tolerantia, de ſcripturis ſanctis & propria experientia, reiq; veritate diligenter inveſtigans, in ſuo libello in *tumultibus* ſuperius nominato, compendiosè ſatis expreſſit. Habitis igitur correquiſitis devotus iſte *Gerla*[illegible] *in VVindeſem* fuit veſtitus, & cum fratre *Ioanne tẽ vvater* ſuo tẽpore profeſſus. Qui in religione, qualẽ ſe in moribus & internis affectibus Deo & hominibus pręſtare curaverit, quomodo cuncta

Profitetur in VVindeſem.

cuncta viſibilia, & omnem creaturam mente ſua tranſiliens, unum ſummum bonum, ęternam veritatem, ſapientiam & æquitatem ignito amore fuerit contemplatus, ante conſpectum Dei incommutabilis; extra omne tempus, locum, & habitum ſe ponens, teſtatur alter eius Libellus ſoliloquium, cuiuſdam regularis, à cordis multiplicitate ad unum ſummum bonum ſe continuò colligentis intitulatus, ſic incipiens. *In ſpiritu humilitatis, in animo contrito, tanquam puluis pedum ſubtus cælum & terram, & omnia quæ in eis ſunt, ex affectu proſtrato*, &c. Quem inquam libellum in diverſis membranis quaternulis aut petris, ad inſtinctum ſancti Spiritus pro ſua devotione in ipſa religione conſcribens, per capitula non diſtinxit; ſed eius conſiliarius *Ioannes Scutken* clericus præfatus, per eius deceſſum in formam quæ nunc habetur certis titulis, ſingulis capitulis præmiſſis, ipſum ſatis aptè diſtinxit.

Libellus Soliloquium.

Hic frater noſter *Gerlacus* multis virtutibus fuit ornatus, & unus de patribus ſanctis antiquis, homo ad Deum totus converſus, valde in intellectu illuminatus, in puro affectu charitate inflammatus, memoria bene recollectus, quę retro ſunt oblitus, in anteriora continuè extenſus, pedibus terram calcans, in cæleſtibus mente inhabitans, lapis quadratus in Domini ſtructura politus, ignitus & ornatus, gemma puritatis, decus caſtitatis, hoſtia mortificationis, virtutum forma, morum diſciplina, religionis zelator, & totius ſpeculum perfectionis. Mentali quippe contemplatione & divina fruitione animus eius ſemper ſuſpenſus, magna puritatis & ſanctitatis dedit indicia, cùm in nulla re mundi citra Deum quieſcere, nec ani-

Virtutum eius praeconium.

Contemplatio.

Digitized by Google

mæ ſuę requiem uſquam potuit invenire, niſi in uno ſolo ſummo bono, vero, ęterno, & incommutabili Deo. Omnia ergo poſtpoſuit, ſingula perfregit, univerſa tranſcendit; & ſic ad bonum infinitum ante Dei conſpectum cunctis remotis creaturis, variiſque rerum eventibus pura mente pervenit, quemadmodum ſuis in ſcriptis non atramento & calamo tantum, ſed ſanctis ſuis ſtudijs, devotis exercitiis, moribus & vita multo melius oſtendit, non nouitiorum rudimenta, ſed totius perfectionis viri illuminati pręclara gymnaſia calamo depromens.

CAPVT LV.

De devotione, & doctrina eius in ſpeciali; de calculo eius & morte.

FRater iſte *Gerlacus* aliquamdiu ſacriſta fuit in *VVindeſem*, qui ſæpe infra *Te Deum*, & alia devota cantica in ſpiritu elevatus, anterioribus aliquando pedum articulis vix pavimentum contingere cernebatur, ut raptus in ſpiritu putaretur: fratribus ergo chorum egreſſis, ipſe ſolus cùm eſſet ſacriſta, ibidem remanſit, oculiſque ac manibus in cælum ęlevatis, devotionis ſpiritum quo fuerat debriatus, chorum pertranſiens, inuſitatis moribus, verbis & indicijs euaporare conſuevit. Officium enim ſacriſtę præ ceteris obedientijs dixit eſſe ſanctiſſimum, cùm circa divina myſteria ſępiſſimè in eccleſia habeat occupari, magnam habens

Sacriſta.

Rapitur in ſpiritu.

Officium ſacriſtæ præ ceteris ſanctiſſimum.

Digitized by Google

habens materiam, rebus ſemper divinis tenaciùs inhærere.

Denique inter Miſſarum ſolemnia, officiaque divina ſancta illa gaudebat anima de ſponſi ſui præſentia, ſervebat deſiderio, ardebat amore, flagrabat affectu, & per mentales exceſſus etiam corpus ſecum videbatur ſuſtollere. Gaudens gaudebat in Domino, capere ſe non valens præ gaudio. De divinæ bonitatis influentia qua ſpiritus abundavit, mortificatum corpus eius etiam cernebatur participare, dicens cum Pſalmiſta. ***Concaluit cor meum inter me, & in meditatione mea exardeſcit ignis***: item. ***Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.***

Pſal. 38. v. 4.
Pſal. 83. v. 3.

Amat ſolitudinem.

Libenter fuit ſolus & in bonis occupatus, cor enim tunc ſuum liberum & expeditum ab omni extrinſeco impedimento, Deo pręſentavit, totis ſuis viribus & internis ſuis exercitiis Deum mente videre, cognoſcere, intelligere, frui ſtuduit & concupivit.

Cùm ſpatiandi gratia de Prioris licentia aliquando cum fratribus pomerium introiſſet, aut aliàs eorum colloquio vocatus interfuiſſet, & ſpecialem Dei gratiam ſibi ſuperveniſſe ſentiret, dicere ſolitus erat aſtantibus: ***Fratres ad cellam oportet me redire, ibi me unus expectat.*** ſponſum ſuum Chriſtum, & Spiritus ſancti gratiam ipſum præſtolari ibidem ſignificans, cuius dulci colloquio, amabilique conſortio perſæpe fruebatur.

Familiaritas cum Deo.

Arnoldus Huls viſitatur.

Venit ad nos in *VVindeſem* frater ***Arnoldus Huls*** de prope ***Northorn***, in ***Thabor Friſiæ*** pro ſancta reformatione ſtatim perrecturus. Cui dixit ***Gerlacus***. Mi frater chariſſime, vos ibitis iam ad alios in via Dei reformandos, oportet ergo ut in cunctis duplici

duplici virtute ſpiritus bene ſitis armatus, intus & ab extra, in ſanctitate & bona vita ſemper cuſtoditus, viamque virtutum verbo & exemplo ceteris pręmonſtrando, alioquin nec vobis nec aliis unquam proficietis. Qui ſolitus erat referre, cunctis diebus vitę ſuę non parum ſibi profuiſſe tot viros virtutum in *VVindeſem* tunc ſe vidiſſe.

In refectorio ſedens ad menſam, ſemper totus ad Deum & ad lectionem fuit intentus; nihilominus tamen ab extra egregiè manducavit tanquam ſuam devotionem inhianter quæreret in ſcutella, in multis expertus, quod corpore per abſtinentiam ſingularem debilitato, & ita hoc modo capite diſcratiato, ſpiritus omninò ab interiori contemplatione impeditur.

Reverentiam & honorem, & perſonæ ſuæ amorem aſpectus eius venerabilis, ſancta converſatio, optima morum compoſitio, & ſermonum probitas cunctis ingerebant quę Spiritum ſanctũ in ſe habitantẽ ipſum cernentibus oſtendebant, Erat enim vir proceræ competenter ſtaturę, vultu ſerenus & angelicus, moribus quietus, verbis dulcis & exemplaris, abſque eo quod in ſe latebat intrinſecus. Et quid illud? Nimirum iuſtitia, pax & gaudiũ in Spiritu ſancto, libertas & primitię ſpiritus, delitię charitatis, adoptio filiorũ, gloria conſcientiæ bonæ & regni, quod intra ipſum fuit. De preſentia ſancti Spiritus, Chriſtum portans in pectore, & templum exiſtens gloriæ ſanctę Trinitatis *Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, quam abſcondiſti timentibus te*! perfeciſti autẽ ſperantibus in te. Huic paci non poterit comparari quicquid in mundo poterit concupiſci. Hæc eſt gratia

Gerlaci ſtatura & indoles.

Pſa. 30. v. 2

gratia devotionis & unctio docens de omnibus, quam ſolus novit expertus, inexpertus ignorat. Confeſtim ut guſtaverit, videbit quoniam ſuavis eſt Dominus, qui eſt fons lętitiæ, exultationis origo, totius veræ iucunditatis ſuavitas, manna abſconditum, & centuplum omnia relinquentibus repromiſſum. ignis miſſus in terram, & virtus ex alto, quæ *Andraam* fecit amplecti crucem, *Laurentium* irridere carnificem, & *Stephanum* pro lapidantibus exorare memoriā ſuavitatis Dei eructavit anima ſancta in hac vita & peregrinatione ſua. Quid erit in Patria, ſi tanta eſt copia delectationis in via? *Oculus non vidit, auris non audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ preparauit Deus diligentibus ſe.* Neque enim ampliorem in vitiis quàm in virtutibus, in cœno quàm in cœlo, in mundo quàm in Deo, delectationem eſſe credamus, cùm non carni, mundo, aut diabolo, ſed Deo ſervire ſit regnare: ubi pax erit ſuper pacem, exultatio indeficiens, flumen lætitię, torrens voluptatis divinę, & plenum gaudium. Quicquid vis, quicquid potes, exopta, excedit omnem cogitatum, omne ſuperat deſiderium, illa felicitas, illa ęternitas, illa beatitudo.

1. Cor. 2. v. 9.

Deo ſervire eſt regnare.

Hic frater devotus, in adverſis dicere conſuevit. » *Dominus Deus noſter adhuc viuit*: Item ad homines. *Grates ſint omnibus per quos panem meum poſſum lucrari*: Item ad ſeipſum: *Feſtina conſummari: in proximo vocaberis.* » Itemque. *tacere, cedere,* » *& inclinari.*

Sacra eius dicteria.

Magnæ humilitatis & veri profectus ſui fuit indicium, quod vir tanti luminis, & homo tam interni acuminis, poſt ingreſſum religionis ad pedes devoti ſimpliciſque clerici *Ioannis Scutken*, flexis

Magna tanti viri humilitas.

Digitized by Google

flexis genibus, ſæpiſſimi internorum ſuorum morum & exercitiorum inſtructionem ſuppliciter requiſivit, ut *Paulus* ad pedes *Gamalielis*; & hoc modo utrique per humilitatem & feruorem ad magnam venerunt perfectionem, ut ſuos eruditores & magiſtros in multis exſuperarent.

Nullus è fratribus tam apertè de cæleſtibus, ut ipſe referre conſuevit, quippe qui omnes eius officinas frequenter pervagatus, in curia cæleſti valdè notus erát, cuius vox ut caſti turturis die ac nocte in terra viventiū fuit audita. Qui & thronum glorię Dei, & Sanctę Trinitatis triclinium ſedulò ſe exhibuit, Deum in ſe ſentiens præſentem, eiuſquc pręſentia facie revelata iucundiſſimè perfruitus, Domino Deo ſuo Angelorumque frequentiæ in cordis ſui iubilo amando ſe pręſentans. Angelorum enim choros, cęlum mente conſcendens, ut homo verè ſpiritualis & cęleſtis interiori aſpectu & affectu ſæpe perluſtrans viſitavit, à quibus etiam ipſe devotioni ſuę intentus frequenter viſitatus eſt, agens id in terris, quod angeli in cælis, amare Deum & laudare, & in eius preſentia delectari. *Collatione cæleſtium ſuperat omnes.*

Cùm autem cunctis floreret virtutibus, pręcipuè cordis puritate, divinaque contemplatione, fidelem ſervum ſuum Deus copioſè volens remunerare, & quantum in patientia & ſui mortificatione profecerit etiam alijs demonſtrare, exceſſivam calculi magni pœnam eidem advenire ab ęterno pręvidit. Quam gratanter amplexatus, in omnibus ſuis affectibus & devotis exercitijs ad id ſe diſpoſuit, ut ſicut antè in ſapientia & contemplatione divina, ita nunc non minùs in vera patientia, & gratiarum actione illuminato *In vera patientia & gratiarum actione proficit.*

Kk cor-

corde ſimiliter proficeret. Quamvis enim Deus ex ſua miſericordia hominibus peccata quoad culpam relaxet, tamen per iuſtitiam pœnam exigit delictorum, aut in pręſenti, aut in futuro. Servus ergo Dei futuro iudici volens concordare, faciem eius in contritione & peccatorum ſuorum confeſſione ſtuduit prævenire. Denique rogavit Dominum, ut lavacro pœnitentiæ & aquis tribulationum, quibus non ſolùm culpa, ſed & pœna expiatur, ipſum ad purum ablueret & rebaptizaret, & per huius vitę purgatorium, quacumque ſibi via placeret, ipſum frigeret & purgaret, ut poſt finem huius vitæ, & poſt hæc tranſitoria ampliori purgatione ipſe non indigeret: dicens cum Patre noſtro Auguſtino: *Domine nunc ſcinde, nunc ure*: & cum Pſalmiſta. *Domine nunc argue, nunc corripe, nõ in ira tua, nec in furore.* Dominus autẽ ſalutaribus eius votis & deſideriis volens conſentire, ut pius Pater & benignus, ad perpetuam hereditatem capeſſendam ipſum clementer erudiens, animam eius per graviſſimi calculi frixorium, tanquam aurũ in fornace probavit & purgavit, huiuſmodi purgationem, quo fini magis appropinquavit, gravius & intenſius ſuper ipſum accumulans, ut vindex ille ignis futurus minùs in eo purgandum inveniret, quo per præſentis purgatorij flammam ſpontaneus ipſe prius tranſijſſet.

Pſal. 6. v. 2.

Laborat calculo.

In tribulationibus verò poſitus non ſolum patiens, ſed & gratus fuit, gratias Deo referens in calculi doloribus, quibus omnia ſua interiora graviſſimè diſſcindebãtur, ac pœnaliſſimè exulcerabantur, non pœna ut ſibi videbatur minori, quàm ſi membra eius ſingula à propria ſua compagine cum tormentis diſſecarentur. Cùm enim ad urinandum

Patiens, & Deo gratus extitit.

nandum erat tranſiturus, tunc quaſi ad capitulum graviſſimum dixit ſe tranſiturum. Idcirco in tantis ſuis doloribus gratias egit Deo, quia non niſi chariſſimis amicis ſuis pro munere ſingulari huiuſmodi xenia dare conſuevit Deus, animas viatorum ſanctas à vitiorum rubigine, & peccatorum ſqualore ſic limans & expurgans, & cælo ac ſeipſo hoc modo coaptans; quos enim amat Deus, arguit & caſtigat, & viri doctrina per patientiam agnoſcitur.

Vim doloris magni, vis amoris interni in ipſo vincebat. Nam cum aliquando in ſui calculi purgatorio doloriſſimè frigeretur, & quidam novitius, cuius magiſter eſſe conſuevit, ſtaret iuxta eum, & cùm lachrymarum effuſione & cordis affectione eidem compateretur, ait illi. Non me plangas frater chariſſime, nec doleas ſuper me, quamvis enim iſti dolores & mei cruciatus vires infirmitatis humanæ pæne videantur excedere, ſi tamen pro Dei honore & animæ tuæ profectu id eſſe cognoſcerem, ſtatim paratus eſſem eos adhuc ſemel ſubire. Ecce in quanta patientia & fraterna charitate animam ſuam poſſedit. Licèt enim caro eius ſenſibilibus doloribus vehementer cruciaretur, animus tamen eius victor erat dolorum, & ſupra pœnam fuit in pœna, & ſupra dolorem in dolore, virgineoque corpore tripudiabat in igne. Pœnâ autem illâ pauliſper mitigatâ, dicere conſuevit. Sic malus ſervus Domini ſui dirè debet caſtigari, ut bonam eius voluntatem diſcat correctus adimplere.

Vim doloris ſuperat vis amoris.

Patientia fraterna charitati ſociata.

Exultat in doloribus.

Cùm autem Deus electum ſuum *Gerlacum* in fornace tribulationum tanquam aurum & argentum

corde ſimiliter proficeret. Quamvis enim Deus ex ſua miſericordia hominibus peccata quoad culpam relaxet, tamen per iuſtitiam pœnam exigit delictorum, aut in pręſenti, aut in futuro. Servus ergo Dei futuro iudici volens concordare, faciem eius in contritione & peccatorum ſuorum confeſſione ſtuduit prævenire. Denique rogavit Dominum, ut lavacro pœnitentiæ & aquis tribulationum, quibus non ſolùm culpa, ſed & pœna expiatur, ipſum ad purum ablueret & rebaptizaret, & per huius vitę purgatorium, quacumque ſibi via placeret, ipſum frigeret & purgaret, ut poſt finem huius vitæ, & poſt hæc tranſitoria ampliori purgatione ipſe non indigeret: dicens cum Patre noſtro Auguſtino: *Domine nunc ſcinde, nunc ure*: & cum Pſalmiſta. *Domine nunc argue, nunc corripe, nō in ira tua, nec in furore.* Dominus autē ſalutaribus eius votis & deſideriis volens conſentire, ut pius Pater & benignus, ad perpetuam hereditatem capeſſendam ipſum clementer erudiens, animam eius per graviſſimi calculi frixorium, tanquam aurū in fornace probavit & purgavit, huiuſmodi purgationem, quo fini magis appropinquavit, gravius & intenſius ſuper ipſum accumulans, ut vindex ille ignis futurus minùs in eo purgandum inveniret, quo per præſentis purgatorij flammam ſpontaneus ipſe prius tranſijſſet.

Pſal. 6. v. 2.

Laborat calculo.

In tribulationibus verò poſitus non ſolum patiens, ſed & gratus fuit, gratias Deo referens in calculi doloribus, quibus omnia ſua interiora graviſſimè diſſcindebātur, ac pœnaliſſimè exulcerabantur, non pœna ut ſibi videbatur minori, quàm ſi membra eius ſingula à propria ſua compagine cum tormentis diſſecarentur. Cùm enim ad urinandum

Patiens, & Deo gratus extitit.

nandum erat tranſiturus, tunc quaſi ad capitulum graviſſimum dixit ſe tranſiturum. Idcirco in tantis ſuis doloribus gratias egit Deo, quia non niſi chariſſimis amicis ſuis pro munere ſingulari huiuſmodi xenia dare conſuevit Deus, animas viatorum ſanctas à vitiorum rubigine, & peccatorum ſqualore ſic limans & expurgans, & cælo ac ſeipſo hoc modo coaptans; quos enim amat Deus, arguit & caſtigat, & viri doctrina per patientiam agnoſcitur.

Vim doloris ſuperat vis amoris.

Vim doloris magni, vis amoris interni in ipſo vincebat. Nam cum aliquando in ſui calculi purgatorio doloriſſimè frigeretur, & quidam novitius, cuius magiſter eſſe conſuevit, ſtaret iuxta eum, & cùm lachrymarum effuſione & cordis affectione eidem compateretur, ait illi. Non me plangas frater chariſſime, nec doleas ſuper me, quamvis enim iſti dolores & mei cruciatus vires infirmitatis humanæ pæne videantur excedere, ſi tamen pro Dei honore & animæ tuæ profectu id eſſe cognoſcerem, ſtatim paratus eſſem eos adhuc ſemel ſubire. Ecce in quanta patientia & fraterna charitate animam ſuam poſſedit. Licèt enim caro eius ſenſibilibus doloribus vehementer cruciaretur; animus tamen eius victor erat dolorum, & ſupra pœnam fuit in pœna, & ſupra dolorem in dolore, virgineoque corpore tripudiabat in igne. Pœnâ autem illâ pauliſper mitigatâ, dicere conſuevit. Sic malus ſervus Domini ſui dirè debet caſtigari, ut bonam eius voluntatem diſcat correctus adimplere.

Patientia fraterna charitati ſociata.

Exultat in doloribus.

Cùm autem Deus electum ſuum *Gerlacum* in fornace tribulationum tanquam aurum & argen-

Digitized by Google

tum per annos plurimos probaſſet & colaſſet, ac per prǫſens purgatorium, ut lapidem pretioſum, bene politum, candidum & purgatum reddidiſſet, ac per pœnam tranſitoriam ad gloriam martyrij ſempiternam paternaliter properaſſet, infirmitate ad vitalia tranſeunte, ad extrema properavit. Et quia exercitia ſuà membranis & petris, diverſiſque folijs, ut dictum eſt conſcripta, ſolus pro ipſo in cella ſua tenuerat, rogavit Priorem noſtrum *Ioannem de Hueſden*, ut ipſa exercitia, in cella hinc inde collecta incendere dignaretur, quia non pro aliis, ſed tantum pro ſeipſo, & devotione propria hæc ipſa ſignaverat. Cui Pater piè reſpondit. *Hoc frater chariſsime mihi committatis. Ego ſicut melius eſt cum eis libenter diſponam.* O puram conſcientiam, & virum timoratum, qui in tali articulo abſque peccati macula omnium iudici Deo ſe niſus eſt præſentare!

Sacramentorum perceptio

In extremis conſtitutus, & Eccleſiæ Sacramentis communitus, cùm in continenti mortem ſibi ſentiret imminere, iterum ac iterum rogavit fratres aſtantes, ut tabulam morientium ad fratrum Conventum pro eius exitu convocandum celeriùs percuterent. Illi autem ſic extemplo mortem ſibi inſtare adhuc minimè putantes, tabulam percutere diſtulerunt. Cernens Dei famulus in illa extrema valedictionis ſuæ hora votiva fratrum ſuorum chariſſimorum prǫſentia carere ſe debere, deinceps nihil intulit, nec propter inſtantem neceſſitatem animum ſuum turbavit, ſed ut ſimplex obediens, & bene mortificatus diſcipulus in tanta neceſſitatis hora inconcuſſus perſeverans, ordinationi divinǫ, & fratrum ſuorum voluntati humiliter ſe ſubiecit, factus obediens

diens uſque ad mortem. Recollectis ergo brachijs, manibuſque complicatis, & inclinato capite obdormivit in pace, vitę ſuæ curſum in vera obedientia & ſancta patientia feliciter conſummando. *Mors.*

Ad augmentum gloriæ ſuæ id factum non ambigimus, ut ante mortem carnis, morte propriæ voluntatis continuo moreretur, ut cum palma martyrij à Deo ſuo ſuſceptus in gaudium Domini ſui adſtatim introiret, vitam æternam & centuplum omnia relinquentibus promiſſa cum omnibus electis & ſanctis Dei perpetuò poſſeſſurus. Cuius corporis exuuiæ poſt ſolemnes exequias, ante chori ianuam digno cum honore à Conventu in *VVindeſem*, primum omnium ibidem ſepultorum devotè ſunt tumulatæ. Poſtquam ergo per annos ferme octo laudabiliter & religioſè præ ceteris noſtris fratribus in ordine vixiſſet, in brevi conſummatus explevit tempora multa, gaudia Domini ſempiterna cum laude introgreſſus. Qui licèt humanis obtutibus in corpore iam ſit mortuus, vividis tamen exemplis & devotis exercitijs in libellis à ſe conſcriptis, nobis vivit quotidie, qui ipſum in ſpiritu & veritate optamus imitari.

CAPVT LVI.

De feruida converſatione fratris Henrici Loeder *in habitu converſorum, & fratrum clericorum, & quomodo fratres ſuos in humilibus exercitationibus inſtituerit Prior effectus.*

ALium preterea vidimus in *VVindeſem* virum glorioſum, multorum monaſteriorum Patrem & reformatorem, omnium devotorum & devotarum congregationum ſexus utriuſque fidelem promotorem & egregium defenſorem, omnium tribulatorum, pauperumque Chriſti bonum refugium & fortem auxiliatorem, largũ miſerorum & egentium eleëmoſynarum erogatorem, & pium ad ſe venientium Patrem & conſolatorem toti *VVeſtphalico* orbi notiſſimum, fratrem *Henricum Loeder*, de *Loeder* caſtello prope *Oſnaburgis* oriundum. Qui in primis converſionis ſuę annis divinâ ordinatione venit in *VVindeſem*, ibique admiſſus, plurima opera ruſticana in braxatorio & coquina, ceteriſque officinis diligenter exercens, longo tempore ſic permanſit. Cumque ad ordinem noſtrum clericorum vehementer aſpiraret, & gratiam apud fratres ad hoc non impetraret, eo quod in natalibus habens defectum in clericatu quoque deficeret, tandem eum in converſum receperunt. Qui in cunctis ſuis actibus ſemper & ubique fervens & devotus, officium tunc coquinæ ad tempus regebat. In

Henricus Loeder. Laicus. Loeder Caſtrum propè Oſnaburgis.

Fit Converſus in VVindeſem.

In quo quidem officio tam gratum & oſequioſum, tam amabilem & induſtrium fratribus ſe cunctis exhibuit, ut ad preces eius plurimas & multum inſtantes à priori ſententia tandem deflexi, à ruſticanis abſtractum laboribus, ad choralium fratrum conſortium, impedimentis quibuſcumque non obſtantibus, ipſum gratioſè ſuſciperent. Anno igitur Domini milleſimo, quadringenteſimo quarto, in craſtino Sancti Benedicti, cum alio quodam clerico, fratre noſtro Ancelmo *ad ordinem clericorum* per *Priorem Ioannem de Hueſden* in *VVindeſem* fuit receptus, & tempore ſuo profeſſus. 1404

Ad ordinem Clericorum admittitur & ſuo tempore profitetur.

Cùm igitur vir eſſet robuſtus, fortis *VVeſtphalus* & opere mechanicus, officium ſacriſtæ poſt fratrem *Gerlacum* cuſtodiendum ſuſcepit, cymbalum ſeptem nolarum cum malleis ſuis, & rota ferrea, hos duos verſus, *Sancti Spiritus aſsit nobis gratia, quæ corda noſtra ſibi faciat habitaculum* circumeundo decantans, pro ſuſcitatione fratrum fundens, fabricans & coaptans, ſuper gradū dormitorij ante cellam cuſtodis aptè ſatis compoſuit. Dum ergo in cuſtodis officio die ac nocte ſedulū ſe exhiberet, cōtigit fratres noſtros in Monaſterio *Vrendeſvveel* propè *Northorn* Priore carere. Quē de noſtro monaſterio cupientes ſibi pręficere, de conſilio noſtri Prioris eundē fratrem *Henricum* in *VVindeſem* tunc ſacriſtā, in Priorē ſibi elegerunt.

Sacriſta.

Eligitur Prior in Vrendeſvveel

Prior autem factus ibidem, lucerna ardens & lucens ampliùs non potuit ſub modio deliteſcere, quia vir fuit magnanimus, ſatis corpulentus, feruidæ charitatis, & magno zelo ſalutis animarum humiliorumque exercitiorum vehementer accenſus. Ingreſſus igitur nemus

illud in *Vrendeſvveel* propè *Northorn*, *Monaſterienſis* diœceſis, invenit ibi fratres clericos, laicos & familiares in magna paupertate ſimul degentes; quos in feruore ſpiritus, multà charitate complectens, in vera illos obedientia, humilitate, ſimplicitate, ſui vilitate, charitate, patientia, ceteriſque virtutibus exemplo ſui vivere & converſari perdocuit, quæ totius ſanctæ religionis verum ſunt fundamentum, ſine quibus nulla ſpiritualia vel temporalia bona, quorumcumque monaſteriorum unquam profecerunt, ſed ſenſim & viſibiliter in cunctis defecerunt; ut patet, ad oculum in multis monaſteriis antiquis. Monaſteria enim in obſervantia debita viventia, & bene reformata ubique proficiunt; à reformatione verò declinantia, quantum declinant, tantum ſucceſſive ſemper deficiunt.

Fundamentũ ſanctæ religionis.

Monaſteria bene reformata ubique proficiunt, diſſoluta ſucceſſiuè deficiunt.

Vidimus nigri ordinis Monaſterium in magna civitate conſtitutum, tot habens manſos quot dies in anno, ut dicebatur, ubi Abbas tertiam partem omnium bonorũ eius pro ſe & ſua menſa, ut ferebatur, tollebat. Qui tamen propter ſuum & fratrum ſuorum peculium, vitam incontinentem & diſſolutam, quoniam cereviſiam in civitate non potuit commutare, ideoque potum tenuem cum familia ſua perſæpe oportuit eum potare. Abbate verò illo idiotâ & inidoneo ad mandatum epiſcopi & ſuorum viſitatorum, Abbatiam habitâ proviſione nolente reſignare, eo quod animam Abbatis ex eius ore volebat exigere; dum infra vigilias cum ceteris legeret, *ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi*, ſubito infirmitate, & quaſi miraculoſè expirante, iam dictum monaſterium per Cardinalem

Iſa. 38. v. 10

Mors inepti Abbatis.

Nico-

Nicolaum de Cuſa, tituli *ſancti Petri* ad vincula novo Abbate bene reformato ibidem creato ad obſervantiam regularem perductum, ipſo Abbate & fratribus iam in communi viventibus, ubique & in cunctis nunc abundat.

Nicolaus de Cuſa Cardinalis.

Vidimus & alia quàm plura diverſorum ordinum monaſteria, ubi ante reformationẽ de multis bonis vix quinque aut ſex fratres ad competentiam poterant ſuſtentari, de quibus bonis poſt reformationem quadraginta aut quinquaginta presbyteri, fratres, laici, & donati ſimul in cunctis bonis abundant. Sed ad propoſitum redeamus.

Venerabilis ergo Prior præfatus in fervore ſpiritus ſui primò omnium voluit & inſtituit, quod omnes fratres ſui humilia opera quotidie exercerent, venias frequenter peterent goſſilia in labore deferrent, nullum opus abhorrerent, hoſpitum pedes ſemper lavarent, debitam humanitatis charitatem ſingulis exhiberent, neminem ad portam eorum venientem ſine cibo & potu abire permitterent; de cibis & potibus in conventu non murmurarent, bene tamen de his quæ poterant habere comederent, ſuo quoque tempore bene dormirent, *Horas Beatæ Virginis*, *Septem Pſalmos & Vigilias* & cetera ſimilia tam fratres quàm laici in opere ſimul legerent: hæc enim ipſa quę docuit primus ipſe fecit, magnas ſcutellas olerum, leguminum, & piſarum magiſtraliter evacuando, groſſum panem, carnes ſalſas, rancidas, & firmatas, piſciculoſque cùm haberet, libenter mandendo. Hæc & his ſimilia, in nulla domo Capituli noſtri tam ſtrictè tunc unquam ſervata; cùm primum ſervare inchoaret, quoſdam fratres con-

Humilium operum exercitia.

Horæ B. Virginis, ſeptem Pſalmi, & vigiliæ.

Quæ docuit ipſe primus opere complet.

Digitized by Google

verſos & laicos ſui ſenſus, & ſe palpantes habuit contradictores. Qui tamen eius in ſententiam, perſeverantiam, animi fervorem & zelum videntes animarum, tandem acquieverunt.

Ex illo ergo Priore, & ſuà domo, tam frequentes veniarum petitiones, & humilium operum exercitationes in plurima Capituli noſtri monaſteria per eos reformata, & quæ ex ipſis conſequenter in *VVeſtphalia*, *Friſia*, *Saxonia*, & circa *Rhenum* ſunt exorta, originaliter deſcenderunt.

In *VVindeſem* tamen, non minùs exceſſivè nec minùs tepidè, ſed medio modo ſe habent in huiuſmodi venijs petendis, & in humilibus exercitijs præmiſſis, quia *Medium tenuere beati*. Quidam enim Prælati Capituli noſtri Generalis, cùm ſibi ſubiectis corde pro parte ſeculares, ſe ipſos amantes, ſiliquas mundi & laudes concupiſcentes, Chriſti humilitatem in talibus repudiantes, huiuſmodi corporales exercitationes ſatis abhorreſcunt, & ſenſu carnis inflati, ipſas deteſtari videntur, non quæ Dei ſed quæ mundi ſunt ſapientes, in vanitate ſpiritus, & non in veritate Dei ambulantes, ſcriptum ſeculare dumtaxat ſervantes, & „ verba Chriſti in Euangelio non attendentes. Diſcite, inquit, à me, quia mitis ſum & humilis cor„ de. tollite iugum meum ſuper vos, iugum enim „ meum ſuave eſt, & onus meum leue, cum ſine frequenti humiliatione, humilitas vera vix unquam poſſit acquiri. Item dicit. Contendite intrare per anguſtam portam, arcta eſt enim via quæ ducit ad vitam, & pauci ingrediuntur per „ eam, & lata eſt via quæ ducit ad perditionem; „ & multi intrant per eam. Hęc pauca, pro laude bono-

Medium tenuere beati.

Math. 11. ver. 29. 30

Luc. 13. Mat. 7. Textus confunditur.

bonorum, humilium exercitationum cum debito moderamine ſervatorum, pro nunc, dicta ſufficiant.

Capvt LVII.

De charitate ſua ad hoſpites, & quod omnibus bonis & devotis hominibus valde fuit acceptus; malis verò tremendus.

FAmâ igitur tantæ devotionis, novitatis & fervoris eius per terras undiq; reſperſà, quàm plures ſæpe canonicos persbyteros, vaſallos & plebeios diverſarum civitatum, oppidorum & villarum ad prefatum Monaſterium, in tali nemore invio & inaquoſo, umbroſo & condenſo conſtitutum, attraxit inviſendum. Quos pius Pater charitate plenus inter verba iucundæ reſalutationis, obvijs manibus, hilari vultu, cordialique affectu, ruens in amplexus, benignè ſuſcepit, humanè pertractavit, & ſatis abundanter iuxta paupertatis ſuę facultatem refecit. Hoſpitalitatem autem non in delitijs & divitijs huiuſmodi exercuit, ſed in vera charitate, & religioſa ſimplicitate ex ijs quę in domo ſua habuit, libenter & hilariter hoſpitibus miniſtravit, non quicquam extra ſingulariter comparando, nec delicatam & ſingularem Ægypti farinam virtutibus præponendo, quę apud tales viros virtutum, rugientem eorum animam groſſiori edulio frequentiùs ſatiantes, tunc minimè ſunt reperta. *Charitas eius erga hoſpites.*

Nec his fraternæ caritatis operibus circa hoſpites

Lavat pedes hoſpitum.

hoſpites ſuos contentus, præceptum Dominicum de lotione pedum indefeſſus implevit. Nullum omninò hoſpitum ædificationis ſeu charitatis gratia ad ſe declinantium, & nocte ſecum commanentium, ſive dives, ſine pauper, presbyter vel laicus, potens in ſeculo vel impotens fuerit, abſque pedum ſuorum aliquando ſatis immundorum, diligenti lotione cubitum ire non permiſit. Præpotentes autem & honeſtæ quædam ſeculares perſonæ indignos ſe à tanto patre, & Domini ſacerdote lavari putantes, totis ſuis conatibus ſupportari deſidérabant, quos tamen authoritatis ſuæ mole, placabiliq; ſermone, Chriſti exemplo & pręcepto, ad conſentiendum tandem induxit. Lotionis officio tunc peracto, tantam eius humilitatem & charitatem vix ferre valentes, in voces laudis & gratiarum actionis devotè prorumpentes, perpetuos monaſterij promotores, amicos & defenſores ſe futuros ſpoponderunt. Hoſpitularioque ſuo fratri *VVilhelmo* converſo, annis quinquaginta duobus in tali officio nunc expleto, tunc dedit in mandatis, ſi Completorio etiam finito, & ipſo jam lecto decumbenti viri honeſti reverentia digni ſupervenirent, quatenus ad huiuſmodi pietatis opus meritò talibus exhibendum ipſum reſuſcitaret, etiamſi media nocte ſuperveniſſent. Hac igitur occaſione ſæpius fracto ſomno caritatis opus exſurgens adimplevit.

VVilhelmus converſus hoſpitularius.

Per diem autem divinis expletis, tales ſolemnes hoſpites per monaſterium circumducens, laborantiumque fratrum converſorum & laicorum officinas ingreſſus, vidit omnes ingenti conamine, fraternâque charitate viriliter laborantes,

ac *Sep-*

Digitized by Google

ac *Septem Pſalmos*, Horas *de Domina* noſtra *Beata virgine Maria*, de *Æterna ſapientia*, de *Sancta Cruce Pſalmos Davidicos*, & *Vigilias*, & ſi quę ſunt ſimilia, altà & intelligibili voce, in lingua materna, devotè pariter perorantes, quos tamen admirabilis Pater iſte, quaſi aliquid malè geſſiſſent, aut negligenter egiſſent, ſecularibus coram aſtantibus, de induſtria ſæpe corripuit. Qui ſtatim omnes abſque ulla mora vel retractione, flexis genibus culpam ſuam confitebantur, in genibus perſeverantes donec à Patre iuſſi, cum oſculo pavimenti de terra exſurgerent, & ita de Patris mandato orationes, & opera iam inchoatas exſequerentur. Sic Pater zeloſus, animarum lucrator, cum ſuis dilectis hoſpitibus de una domo in aliã ſucceſſivè ingreſſus, de coquina ad braxatorium, de piſtrino ad agricultores, de molendinariis ad fabros, de ſutoribus ad ſartores, invenit omnes laborantes & Cantica præmiſſa perorantes: unde hoſpites ædificati, valde Dominum Deum noſtrum glorificabant, qui in diebus ſuis iſtis noviſſimis, in extremis mundi finibus antiquum Ægypti, *Palaſtina & Thebaide* Monachorum feruorem, & ordinis diſciplinam in hoc nemoroſo loco tam eleganter renovavit. Solemniores verò hoſpites tam de religione quàm de ſeculo, quandoque ſecum ad Conventum adduxit, & cum eis in refectorio manducare conceſſit, quatenus humilis, piæ, & ſanctę converſationis eius exemplo ad mundi contemptum, amorem virtutum, patriamque cæleſtem non tantum verbis, ſed etiam exemplis & operibus ędificativis in veritate provocarentur: fratres videntes in ambitu & refectorio frequententer *ſe humiliare*, flexis genibus veniam

Laborantium exercitia.

Hoſpites aliquando, pro perſonarum qualitate manducant in Refectorio.

Fratrum humiliatio.

Digitized by Google

Lectio ſuper menſam.

veniam petere, ore ſuo terram deoſculari, & lectionem refectorij devotam audire.

Quamobrem totus undique *VVeſtphalicus* orbis, odore bono tam ſanctæ converſationis eorũ non modicè recreatus, frequenter eos inviſere, mores & vitam aſpicere, & monita ſalutis æternæ pro animarum ſuarum remedio ſollicitè curaverunt expetere. Vnde factum eſt, ut ditiores quique canonici & presbyteri, ſæculareſque vaſalli, nec non & mulieres ſanctæ hęc audientes, eorumque penuriam & paupertatem in multis conſiderantes, copioſis beneficiorum ſuorum auxilijs, eorum neceſſitatibus ſubvenirent, largas ſuas eleëmoſynas in pecunijs, utenſilibus, agris & libris liberaliter tribuendo; quæ pro fratrum ſuorum ſuſtentatione ab hominibus ſexus utriuſque magno exponentium cum fervore pius Pater ſuſcipiens, non ſolùm inde fratribus, ſed etiam multis pauperibus copioſè providit.

Copioſa Monaſterio dona accedunt.

Cùm autem hic Prior venerabilis plenus Spiritu dilectionis, in civitates, oppida, loca, domus, & commoda hoſpitum ſuorum prędictorum, ac etiam eorum qui eum ex fama tantum növerant divertere contigiſſet, à cunctis ſicut angelus Dei cum ingenti gaudio fuit ſuſceptus, benignè pertractatus, libenter auditus, & in omni ſua petitione, pro pauperum, & tribulatorum conſolatione gratioſè exauditus; qui magnam adeò gratiam ſibi datam reputabant, quod digni habiti fuerant ut tanti nominis & virtutis Prælatus ad eos dignatus ſit declinaſſe. Vnde ipſum tanquam terrę ſuæ Apoſtolum, ſinguli in domos ſuas cum gaudio ſuſcipientes, in eius pręſentia valde condelectati, communem omnium ſuorum Patrem eum appel-

Gratus omnibus.

Apoſtolus terræ ſuæ dictus.

Digitized by Google

appellabant dicentes: *quando ad nos veniet dilectus Pater noſter?* Vt ipſi frequenter audivimus.

Prçlatis etiam eccleſiaſticis, Prioribus, & Conventibus diverſorum ordinum, religioſam vitam ducentibus, & alijs nondum ab obſervantia in toto prolapſis, viros virtutum libenter cernentibus, patribus & presbyteris, clericis & ſororibus congregationum devotarum ubique terrarum, ad quos celebre nomen eius pervenerat, valde charus & acceptus erat, ipſumque & fratres eius ſeu laicos ad ſe venientes, cum ingenti lætitia & omni iucunditate ſuſcipientes, beatos ſe exiſtimaverunt, ſi in eius amicitia coniungi mererentur.

Cunctis enim religioſis & devotis congregationibus murus fuit inexpugnabilis & imperterritus, atque in omnibus eorum tribulationibus auxiliator & protector irrefragabilis; ut plurimi eorum in diverſis cauſis frequenter ſunt experti. *Cunctis vere religioſis murus inexpugnabilis.* Malis autem & Deum non timentibus durus fuit adverſarius, gravis expugnator, & timor irremediabilis. *Malis durus & adverſarius.* Boni ut Patrem cordialiter eum diligebant; mali ut diabolum ipſum metuebant.

Digitized

Capvt LVIII.

De miſericordia & eleëmoſynis eius in pauperes, & quomodo omnium devotorum fuit defenſor.

Miſericordia & eleëmoſynæ eius in pauperes.

PAter hic magnificus, clemens fuit & miſericors ſuper omnes utriuſque ſexus religioſos & devotos, pauperes & mendicos, miſeros & egentes, ſuper omnes homines quos vidimus oculis noſtris, manus ad dandum ſemper habens apertas; neminem unquam indigentem cuiuſcumq; ſtatus extiterat, inconſolatum dimittens; nunc pecuniam, nunc veſtimenta, nunc tribuens alimenta: quantoque magis dabat, tanto in centuplum amplius ipſi retribuebatur, modoque mirabili diteſcebat, & in cunctis bonis erogando creſcebat. Vnde factum eſt, ut monaſterium ſuũ propè *Northorn* in bonis temporalibus, prædijs, pecunijs, libris, ædificijs, cæteriſque neceſſarijs cunctis diebus vitę ſuæ quotidie ſuccreſceret, & in rebus ſpiritualibus, humilibus exercitijs, charitatis operibus, regularibuſque diſciplinis non minùs proficeret, veraque & continua religionis ſanctæ incrementa dietim reciperet. Nunc ergo perpauca de pluribus charitatis eius indicia, & in Deum confidentia, breviter explicemus.

Pergens aliquando cum hoſpitulario ſuo fratre *VVilhelmo* converſo, pauper quidam mendicus ipſos

ipſis feſtinus occurrit, eleëmoſynam depoſcens. Pius ergo Pater inopiam eius aſpiciens, qui ſacerdos fuit & religioſus, burſam ſuam aperiens, florenum aureum *Rhenenſem* continuò dedit illi; quem pauper ſuſcipiens valde exhilaratus receſſit. tunc Prior dixit ad fratrem *VVilhelmum*. *Cor meum conteſtatur quod pro uno iſto floreno, Deus nobis centum florenos retribuet*. Quod ita factum eſt, nam Decanus veteris eccleſiæ civitatis *Monaſterenſis* & alij quidam boni viri in eadem via, circa centum florenos Rhenenſes monaſterio ſuo dederunt, quos Prior domum reverſus ſecum apportavit.

Eleëmoſyna larga retributio.

Venit aliquando ad eum pauper quidam ſacerdos, qui refectione primum peractâ, eleëmoſynam ſibi condonari popoſcit; ipſe verò parumper deliberans viginti quatuor ſolidos ipſi donari præcogitavit. Accedens tamen ad ipſum ſolidos tantum ſedecim ipſi recedenti donavit. Quo facto, mulier quædam præ foribus monaſterij ſtare denunciatur, loqui volens Priori. Qui ad eam egreſſus audivit dicentem. Pater venerande. Ecce viginti quatuor florenos Rhenenſes, quorum vos ſedecim retineatis, alios octo florenos ad talem locum, ipſum exprimendo, deſtinetis, Orate pro me. Qui verbum complens mulieris, dixit ad fratres. Si omnes illos viginti quatuor ſolidos pauperi ſacerdoti dediſſem, ſcio pro certo, quod illos viginti quatuor florenos Rhenenſes pro monaſterio noſtro omnes retinuiſſem.

In Generali Capitulo, quidam pauper nobilis ad portam venit in *VVindeſem*, obnixè ſatis efflagitans patres tunc præſentes eleëmoſynam ſibi

 præſtari

præſtari. Cùm eius interceſſor præfatos Patres circumiens ad cellam *Prioris de Northorn* poſt alios veniſſet, pauperiſque negotium ipſi indicaſſet, reſpondit Prior alteri Priori aſtanti. *Ad burſam noſtram eatis, tunicæ noſtræ in lecto adherenti, & pauperi poſtulanti eleëmoſynā inde porrigatis.* Qui aliquibus acceptis denariis dedit eos poſtulanti. Audiens autem Prior nimis parū dediſſe, continuò reſpondit. Non audetis de burſa aliena pauperi ſatis accipere, quid faceretis ſi ex propria burſa dare pauperi deberetis? miſitque manum in burſam ſuam, & arreptas ſine numero pecunias pauperi ſupererogavit. Poſt hoc non longè alius quidam ad portam accedens, Priorem de *Northorn* inquiſivit. Quem inter Patres reperiens, certam pecunię ſummam contulit ei dicens. *Pater mi chariſſime, cum fratribus veſtris orate pro me.* Tunc Prior dixit aſtantibus. *Si vos etiam libenter pro Deo daretis duplicia utique ab eo reciperetis.*

Tam liberalis & promptus in dandis fuit eleëmoſynis, ut cùm pecuniam paratam non haberet, & egentes nudos ſeu diſcalceatos, devotos vel mendicos aliquando videret, ſartoribus & ſuis ſutoribus diceret & rogaret, ut novas tunicas & calceos novos huiuſmodi egentibus & pauperibus condonarent. Qui cùm talem pietatis & miſericordię ſpiritum non haberent, hęc ipſa quæ iuſſerat dari aliquando diſtulerunt. Tunc Pater piiſſimus, cum quo ab infantia crevit miſericordia, & ſuper afflictos pia geſſit ſemper viſcera, proprias ſuas tunicas ſatis bonas interdum collo exuens, aut à cella ſuſcipiens, ſicut & calceos ſibi factos, ſubtilia & pedalia indigentibus eſt largitus. Et cùm fratres cernerent ipſum tunc ſemi nudum,

minimudum, algentem & paventem, dixerunt ſartoribus, cur id non emendarent. quorum ſupremus reſpondit. Nos Priori tot veſtimenta conſuere non poſſumus, quot ipſe pauperibus donare conſuevit. A bono tamen opere & pauperum eleëmoſynis nunquam in vita ſua ceſſavit, nec in pecunijs & rebus neceſſarijs unquam defecit, cum dando ſemper diteſceret, & erogando proficeret, quamdiu rationis ſuę compos permanſit. Plurima verò ſimilia, & multo maiora per eum facta audivimus, quæ memorię noſtrę, dum hęc ſcribimus, in forma non occurrunt.

Dando diteſcimus & erogando proficimus.

Quanta autem diligentia, quantoque zeli fervore cunctis devotis aſtitit in oportunitatibus, in tribulatione, uno exemplo declarabimus. Quidam enim de ordine prędicatorū frater *Mathaus Grabo* nomine, grande volumen ediderat contra devotos presbyteros, Clericos & Beginas, pariter in communi ſine regulæ alicuius profeſſione viventes. Quem Paſtori in *Daventria* repręſentans adhęſionem expetijt, & ut in eius tranſiret ſententiam, publicè contra eos ſermocinando, rogavit. Qui ut verus ovium ſuarum Paſtor, & bonus iuſtitię zelator devotos in ſua Parochia nō moleſtans ſed defendens, venerabili viro Domino *Godefrido* Rectori congregationis clericorum in *Daventria* eundem tranſmiſit ad perlegendum. Qui librum per folia ſtatim diſſoluens, ut eadē nocte per fratres ſuos, diviſis inter ſe folijs exſcriberetur, diſpoſuit exemplar manè reddens paſtori. Excerptū verò libri pręfati continuò tranſmiſit in *Northorn* Priori. Quo libenter accepto, blaſphemiàque contra modernę devotionis presbyteros clericos, & beginas apertè repertâ, coaſſumptis

Adiutor omnibus in tribulatione.

Mathei Grabonis prædicatoris invectiva contra Presbyteros & Beginas in communi viventes.

Godefridus Rector Congregationis Clericorum in Daventria.

Groninge oppidum.

Notario & teſtibus perrexit in *Groningen* oppidum, diœceſis Trajectenſis, ibique fratre *Mattheo Grabone* in monaſterio illo invento, præfatum librum multis coram aſtantibus ſibi præſentans, an ipſum edidiſſet, inſtanter requiſivit. Qui primùm contritus, ſubterfugij umbram niſus eſt prætendere, ſed cùm non poſſet evadere, tandem ſuum illum eſſe dicebat. *Ego inquit ſcripſi eum, & his multo maiora ſuperaddere intendo.* Et Prior *Sat eſt*, inquit. *Domine Notarie requiro vos in teſtimonium, quod hunc librum fatetur ſe feciſſe.* Notarius quoque teſtes aſtantes aſtipulando requiſivit. Statim poſt hæc, Prior; dictum fratrem *Grabonem* ad curiam *Traiectenſem* citari procuravit. Qui ſimul ibidem in termino comparentes, cùm librum ſuum non poſſet defendere, & à præfato Priore vehementer angeretur ut hæreticalis ſententia contra eum iudicialiter proferretur, ut ibi poſſet evadere de gravamine, & appellando proteſtatus eſt; ſic ad *Apoſtolicam* ſedem appellavit.

Opponit ſe hæreticus.

Negotium ad Conſtantienſe Concilium devoluitur.

D. Fredericus de Blankenhem.

Hæc autem cauſa, Catholicam fidem concernens, ad Conſtantienſe Concilium totius orbis œcumenicum tandem fuit devoluta. Reverendus igitur eccleſiæ Traiectenſis Antiſtes Dominus *Fredericus de Blankenhem* prudens & litteratus, patentes litteras ſigillo ſuo communitas cauſam præmiſſam, ſtatumque omnium devotorum Patriç ſuæ continentes eidem univerſali transmiſit Concilio, inſtanter exorans, ut iſte audacter frater *Mathæus Grabo* dignâ feriretur animadverſione reprobis in exemplum, fidem ſuis faciens ſcriptis auctenticis, quod nihil unquam mali, dignum ſuſpicione contra morem eccleſiæ, in devotis

Digitized by Google

devotis huius Patriæ ſexus utriuſque invenit deliteſcere, ſed omnes, & ſinguli vitam veram, Apoſtolicam eccleſię primitivæ, ut veri Chriſtiani ad purum ſervarent. Quod ita ſe habere venerabiles Patres *Ioannes de Hueſden* in *VVindeſem*, & *Ioannes VVael* in Bethleem Zvvollis Priores, unà cum Domino *Henrico de Ahuys*, & Domino *Everardo Zvvaen* in *Oldenſale* tunc Canonico, poſtea in monaſterio ordinis noſtri prope *Northorn* regulari Canonico, ibidem tunc preſentes, publicè & conſtanter affirmantes proteſtabantur, fidem de his indubiam Dominis Cardinalibus & cunctis prelatis ibidem facientes. Fideliſſimus autem executor litterarum Epiſcopalium fuit vir ille doctus, magiſter *VVilhelmus de Lochem*, in artibus magiſter, in *Theologia Bacchalaureus* formatus, in omni ſcientia & facultate induſtrius, Vniverſitatis *Pariſienſis* in eodem Conſilio Ambiciator, Eccleſiæ *Sancta Maria* in *Daventria* poſt hoc Paſtor, & Canonicus *Daventrienſis*. Qui Epiſcopi *Traiectenſis* in omnium audientia lectis epiſtolis, dictum *fratrem Grabonem*, tanquam hæreticum & blaſphemum petijt adiudicari, eo quod plures fidei Chriſtianæ contrarios in ſuo libello poſuiſſet articulos, videlicet quod nullus in aliqua religione, ab eccleſia approbata non profeſſus tria ordinis ſervabilia, paupertatem, caſtitatem & obedientiam, ſine mortali peccato poſſet ſervare, & alia plura ſimilia hæreſim ſapientia.

Everardus Svvaen in Oldenſale Canonicus, poſt regularis in Northorn.

M. VVilhelmus de Lochem.

Accuſatur ab Epiſtola.

Cardinalis ergo ad præmiſſa à Concilio commiſſarius, & ſibi aſſiſtentes rem iſtam neceſſariò ventilantes, inſpicientes, & debitè prout oportet examinantes, ac Patrum ſententiis, fideique Catholicæ omninò contrarium librum ſuum reperientes,

rientes, propter hęc & alia pręſertim Domini Cardinalis iudicis ad pręmiſſa inviolenta invaſionem, dictum *Fratrem Grabonem* in Concilio miſerunt in carcerem. Et niſi librum ſuum propter articulos erroneos in eo comprehenſos ipſe damnaret, & ſe plurimum erraſſe, publicè proclamaret ceteraque ſimilia iuxta ſua demerita iuſtè ſibi iniungenda libenter perficeret, de carcere exire niſi ad ignem omninò non poſſet. Qui pelli ſuę pertimeſcens, ſaniori uſus conſilio reum ſe cognovit, cuncta ſe præmiſſa & multo maiora in publica omnium audientia apertè confeſſus, librum ſuum damnavit, vitam & converſationem devotorum presbyterorum, Clericorum & Beginarum Daventriæ, Zvvollis & alibi in communi ſine profeſſione viventium valdè recommendavit, & ſic ignem, mortemque evadens in pace fuit dimiſſus. Hæc omnia ſeriatim Patres dictarum Congregationum regiſtrata conſervant.

Frater Grabo incarceratur.

Revocat, damnatque librum ſuum, erroreſque Grabo.

Multiſque alijs perſonis, & in communi viventibus Beginis, quas Oppida & Civitates in quibus morabantur per potentiam opprimere, in ius ſuum civile pertrahere, ſibique ſubijcere, aut à ſe expellere varijs modis tentabant, ipſe Prior zeloſus *Pater de Northorn* præfatus totis ſuis viribus conatus eſt defendere, prout hæc ipſa frequenter facta audivimus. Nam pro gloria Dei, animarumque ſalute mori non pertimuit, ita conſtans & firmus in animo ſuo ubique permanſit.

Religioſorum defenſor acerrimus.

Contigit aliquando quendam vaſallum, capitalem Prioris inimicum, qui ei ſępe fuerat comminatus, ſi ipſum poſſet unquam habere ſolum ſtatim vellet occidere, ut ei in ſua carruca cum

ſocio

Digitized by Google

ſocio & auriga ſolum ſedenti, & per publicam ſtratam in campo pergenti impetuoſè occurrere. Videns autem Priorem ita commotus infremuit dicens. *Hic modo vitam amittes, & mortem quam tibi ſæpius ſuum intentatus incurres.* Quo audito Prior imperterritus, immò illato timore conſtantior, ſtatim deſcendit de carruca, & pectus ſuum denudans, ait vaſallo. Si audes & prævales, veni interfice me, ecce paratus ſum pro iuſtitia, quam contra te habeo, mortem ſuſcipere. Illico tyrannus obſtupuit, & videns Prioris conſtantiam mutavit animum, ex tunc dimittens eum ſemper in pace.

Conſtantia eius uſque in mortem.

Capvt LIX.

De monaſteriorum multorum reformatione, & quomodo fratres ſuos per epiſtolam informaverit.

CVm monaſterium ſuum *Vrendeſvvele* prope *Northorn* multis temporalibus bonis donando ditaſſet, & aptis valdè perſonis in humilibus exercitijs regulariter vivendo multiplicaſſet, ſedecim enim de domo ſua Monaſteriorum Ordinis noſtri, & Capituli noſtri Priores aut Rectores cognovimus, plurimi bonæ voluntatis, homines in ſeculo potentes, & viri religioſi ab obſervantia uſque tunc aberrantes, famâ eius compertâ, corde compuncti & divinitus inſpirati, ipſum in adiutorium ad

Digitized by Google

antiqua monaſteria reformanda, novaque plantanda litteris ſuis veredarijs cœperunt requirere. Qui ſuam ubique pręſentiam ad huiuſmodi negotia, Dei honorem, animarumque ſalutem apertè concernentia, cunctis ſe petentibus in locis etiam remotis libenter exhibuit, ſanoque conſilio, favore, & auxilio fideliter his aſſiſtens, ſanctum eorum propoſitum & bonam voluntatem perduxit ad effectum.

Ad *Eurum* enim & *Nothum*, *Zephirum* & *Subſolanum* ſui monaſterij, diverſis in locis monaſteria reformavit, aut de novo inſtruxit & fundavit, dum ad *Vulturnum Saxoniam*, ad Corum *Oeſt-Friſiam*, ad *Africum*, ultra *Coloniam*, ad *Tircium Bethaniam* Ordinis noſtri Cœnobia propria in perſona viſitando perficeret. Primus enim omnium in locis præfatis Ordinis noſtri & Capituli Monaſteriorum propagator & reformator tunc extitit *Ezigen* & *VVitteborch*, *Richenberg*, & *Bodingen* Monaſteria iam bene reformata Generali noſtro Capitulo ſolemniter incorporans. In quorum primo multi boni fratres, converſi laici & familiares in numero quaſi ducenti, Deo fideliſſimè in vera paupertate, obedientia & caſtitate uſque hodie deſerviunt.

Multorum Monaſteriorum reformator extitit.

Non enim ſuis unquam pepercit laboribus, non proprijs expenſis, cùm tamen aliquando ſatis graves moleſtias, multoſque contradictores in reformationibus ſit perpeſſus; ita ut cum Monaſterium in *Bodingen* iam inchoaſſet, prę tribulatione ſpiritus de præteritis exclamaret; Pro loco in *Bodingen* tot habui adverſitates, quot ego tunc in Rheno me vellem nataſſe, quando primum pro eo inceperam laborare. Quod verbum dum quidam

Nullis parcit laboribus in Monaſteriorum reformatione.

Digitized by Google

quidam in *Bodingen* novitius de *Colonia*, *Bacchalaureus*, audiſſet enarrari, Patres venerabiles Dominum *Henricum* de *Abuys*, & Dominum *Ioannem Roſmit* in noſtra ibidem pręſentia interrogavit dicens. Cur vir tantus & tanti nominis Prælatus ad talem pervenit impatientiam, ut de tam bono opere videretur iam pœnitere, & in Rheni fluminibus innatari cum piſcibus diceret ſe voluiſſe? Qui ut viri ſapientes ſcripturas divinas optimè intelligentes, illico reſponderunt. Viri ſancti, quamvis frequenter diverſis affectionibus permoventur, non tamen idcirco minùs in Hieruſalem commorantur, cùm ibi portę ſint diverſę & multæ manſiones. In porta enim ſterquilinij cum de ſuis peccatis, in porta templi Domini, cùm de regno cæleſti, in porta domus regiæ, cùm de rege cęlorum, in porta verò piſcium cùm de mari mundi, in quo viri ſancti ut piſces in aquis tentationum procellis hinc inde urgentur, affectiones in animo & compunctiones ſibi formant. Prior ergo ſic dicens, in porta ſe piſcium habitare ſignabat ab interna mentis ſuę quiete, Deique viſione per hoc non recedens, ſed magis in ſeipſo & in illa ſuccreſcens.

Henricus de Abuys
Ioannes Roſmit.

Quanta autem charitate quàm ingenti zelo profectus eorum, fratres ad reformandum ad ſe directos conſuevit inſtituere, teſtatur epiſtola quam fratribus ſcripſit in *Bodingen* in ipſius reformationis initio, de qua in laudem eius, hęc pauca ſubſequentia hic duximus inſerenda.

Reformationis fervor.

Calidum Ieſu Chriſti ſanguinem pro nobis amabiliter currentem pro ſalute, dilectiſſimi & pędilectiſſimi fratres, quos iterum atque iterum in intimę charitatis viſceribus parturio, litteras

antiqua monaſteria reformanda, novaque plantanda litteris ſuis veredarijs cœperunt requirere. Qui ſuam ubique pręſentiam ad huiuſmodi negotia, Dei honorem, animarumque ſalutem apertè concernentia, cunctis ſe petentibus in locis etiam remotis libenter exhibuit, ſanoque conſilio, favore, & auxilio fideliter his aſſiſtens, ſanctum eorum propoſitum & bonam voluntatem perduxit ad effectum.

Ad *Eurum* enim & *Norbum*, *Zephirum* & *Subſolanum* ſui monaſterij, diverſis in locis monaſteria reformavit, aut de novo inſtruxit & fundavit, dum ad *Vulturnum Saxoniam*, ad Corum *Oeſt-Friſiam*, ad *Africum*, ultra *Coloniam*, ad *Tircium Berthaniam* Ordinis noſtri Cœnobia propria in perſona viſitando perficeret. Primus enim omnium in locis præfatis Ordinis noſtri & Capituli Monaſteriorum propagator & reformator tunc extitit *Ezigen* & *VVitteborch*, *Richenberg*, & *Bodingen* Monaſteria iam bene reformata Generali noſtro Capitulo ſolemniter incorporans. In quorum primo multi boni fratres, converſi laici & familiares in numero quaſi ducenti, Deo fideliſſimè in vera paupertate, obedientia & caſtitate uſque hodie deſerviunt.

Multorum Monaſteriorum reformator extitit.

Non enim ſuis unquam pepercit laboribus, non proprijs expenſis, cùm tamen aliquando ſatis graves moleſtias, multoſque contradictores in reformationibus ſit perpeſſus; ita ut cum Monaſterium in *Bodingen* iam inchoaſſet, pręſtribulatione ſpiritus de præteritis exclamaret; Pro loco
» in *Bodingen* tot habui adverſitates, quot ego tunc
» in Rheno me vellem nataſſe, quando primum
» pro eo inceperam laborare. Quod verbum dum quidam

Nullis parcit laboribus in Monaſteriorum reformatione.

quidam in *Bodingen* novitius de *Colonia*, *Bacchalaureus*, audiſſet enarrari, Patres venerabiles Dominum *Henricum* de *Abuys*, & Dominum *Ioannem Roſmit* in noſtra ibidem pręſentia interrogavit dicens. Cur vir tantus & tanti nominis Prælatus ad talem pervenit impatientiam, ut de tam bono opere videretur iam pœnitere, & in Rheni fluminibus innatari cum piſcibus diceret ſe voluiſſe? Qui ut viri ſapientes ſcripturas divinas optimè intelligentes, illico reſponderunt. Viri ſancti, quamvis frequenter diverſis affectionibus permoventur, non tamen idcirco minùs in Hieruſalem commorantur, cùm ibi portę ſint diverſę & multæ manſiones. In porta enim ſterquilinij cum de ſuis peccatis, in porta templi Domini, cùm de regno cæleſti, in porta domus regiæ, cùm de rege cęlorum, in porta verò piſcium cùm de mari mundi, in quo viri ſancti ut piſces in aquis tentationum procellis hinc inde urgentur, affectiones in animo & compunctiones ſibi formant. Prior ergo ſic dicens, in porta ſe piſcium habitare ſignabat ab interna mentis ſuę quiete, Deique viſione per hoc non recedens, ſed magis in ſeipſo & in illa ſuccreſcens.

Henricus de Abuys Ioannes Roſmit.

Quanta autem charitate quàm ingenti zelo profectus eorum, fratres ad reformandum ad ſe directos conſuevit inſtituere, teſtatur epiſtola quam fratribus ſcripſit in *Bodingen* in ipſius reformationis initio, de qua in laudem eius, hęc pauca ſubſequentia hic duximus inſerenda.

Reformationis fervor.

Calidum Ieſu Chriſti ſanguinem pro nobis amabiliter currentem pro ſalute, dilectiſſimi & prędilectiſſimi fratres, quos iterum atque iterum in intimę charitatis viſceribus parturio, litteras

 veſtræ

„ veſtræ dilectionis delectabiliter ſuſcipiens, cui &
„ quid ſcribere debui ambiguus, virgam quę ad ma-
„ num erat potius quàm pennam arripui, & licèt
„ multa indigeatis conſolatione, plus tamen doleo
„ mentes veſtras in ſapientię & diſcretionis itinere
„ deſolari. Primò ergo fratres, veſtras legens litteras
„ vidi, quod omnes multa, magna, & alta deſide-
„ ratis, & quaſi omnes ſcribitis unum, nullibi tamē
„ inveni Rectoris iuſſu vel licentia hęc ſcripta fuiſ-
„ ſe, quod in humilibus verę obedientię filijs valde
„ eſt abſurdum, quorum omne ſtudium ſolum eſſe
„ deberet ſcire Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixū.
„ Oro fratres mei, ut veſtra ſapientia ſub alis hujus
Rampni rectoris veſtri curvetur, cùm Ieſus Dei filius etiam fabro fuit ſubiectus. Quę non licet niſi capitulariter peti, non licèt niſi authen-

Rampni Rector in Bodingen.

„ ticè ſcribi.

„ Secundò me movet, quod ita inſtanter mul-
„ tos presbyteros & perſonas deſideratis, propter
„ homines quos ædificare, & quibus cupitis ſatiſ-
„ facere & non ſcandalizare. O mirum negotium,
„ ò devoti primi feruoris inſtitutores! qui primum
„ laborant ſecundum ſeculare conſtituere, quàm
„ fervorem humilitatis, patientiæ, obedientiæ, de-
„ votionis & charitativæ domeſticæ inſtitutionis
„ fundamenta collocare. An excidit vobis quan-
„ ta mala, oblocutiones & ſcandala, quantaque
„ detrimenta inordinatus affectus veſter multa-
„ rum Miſſarum & Presbyterorum Domui veſtræ
„ adduxit? Scripſi, admonui, nihil profeci, ſed
„ neque Pater noſter venerabilis de *VVindeſem*
„ piæ memoriæ; & intentum veſtrum obtinuiſtis,
„ duoſque presbyteros de alia domo ſuſcepiſtis,
„ & diabolum cum eis, propter eorum vobiſcum
diſſen-

Digitized by Google

diſſentionem introduxiſtis, ſic ſurdi & ſtulti ,,
eſtis, ut & cæci ſitis. Quid quæritis homini- ,,
bus placere ante tempus? Si hominibus place- *Gal. 1. v. 10.*
rem Chriſti ſervus non eſſem. Cur anguilla- ,,
rum pellium venditoribus vos aſſimilare nitimi- ,,
ni, hominum ſibi favores comparantes? In his ,,
non eſt anima mea vobiſcum fratres mei. Vide- ,,
te obſecro ſi in regula, vel in ſtatutis veſtris ta- ,,
lia aliqua invenitis, & redite ad cor altum, & ,,
incipite ubi incipiendum eſt. Fratri *Arnoldo* ,,
Huls notum eſt, quantum Monaſterio noſtro in ,,
Eſingen præſtitit, quod non potuerunt habere ,,
perſonas, quas libenter habuiſſent, cui non poſt ,,
multum de ſuis melius eſt proviſum. Redite ,,
ergo dilectiſſimi de nundinis anguillarum pel- ,,
lium, & ſtudete hominibus placere bona inſtitu- ,,
tione, humili & ferventi converſatione, mundis ,,
& puris operibus plenis dilectione. Sufficiant ,,
vobis duæ Miſſæ quotidie, donec numerum ve- ,,
ſtrum Dominus, & bene inſtitutis fratribus di- ,,
gnetur adaugere. ,,

Tertiò me multùm contriſtat, quod in litte- ,,
ris veſtris continetur, & plus in exemplo vide- ,,
tur. Omnia quæ vobis utilia ſunt vel neceſ- ,,
ſaria ſimul vultis habere, ita ut nullum in aliquo ,,
ſuſtineatis defectum. O nobiles milites Chri- ,,
ſti, qui nondum ad certamen crucis Chriſti ve- ,,
niſtis, nec ſanguinem uvę vidiſtis. Siccine ę- ,,
dificatur crux Chriſti, ad cuius erectionem ſo- ,,
lemniter vos ibi eſtis collocati? O vecordes ,,
mundi contemptores! quis unquam ſatiabit ,,
deſiderium veſtrum, & ambitum cordium ve- ,,
ſtrorum? Diſcipulis Chriſti miſſis ſine ſacculo ,,
& pera, calceis & baculo nihil defuit, & vos ad ,,
plena

" plena prǽſepia feſtinatis; de quibus ſcriptum eſt.
Heb. 11. 37. Egentes, anguſtiati afflicti, quibus dignus non
" erat mundus? Et licèt, dilectiſſimi, omnia quæ
" deſideratis per Dei gratiam conſequenti tempo-
" re facillimè vobis adijcientur, tempus tamen
" miſerendi eius, cum patientia & longanimitate
" humiliter vobis eſt prǽſtolandum. O quantam
" omnium temporalium penuriam domus noſtra
" ſuſtinuit. vix credibile forȩt audientibus, &
" quantum adhuc in pluribus ſuſtinemus, quibus
" vos delicati ſervi Chriſti non vultis carere. Deus
" ſcit. Vtinam poſſem omnia primo motu cor
" dium veſtrorum occurrens ſemper adhibere; non
" remaneret querelȩ locus ullus, ſed puto pro nunc
" tunnam pecuniarũ vix poſſe implere omnia quȩ
" ambit cor veſtrum. Nunquam vidi Monaſteria
" in abundantia & divitiis fundata, ad plenam mor-
tificationem & diſciplinam venire, ſicut ea quæ
in multa paupertate & patientia originem ſuſce-
perunt. Nec mirum quia in patientia, animi
poſſeſſio, & vera virtus conſiſtit. Supplico igitur,

Vbi paupertas, & patientia; ibi mortificatio & diſciplina.

" dilectiſſimi mei, immò viſcera mea, ut ſitis pa-
" tientes, & longanimes virtutum poſſeſſores, &
" omnis mundi copia veſtra eſt & erit. Non ſit
" vobis moleſtum ſi nec dũ habetis omnes libros,
" ſupellectilia, ædificia, perſonas, ſi denique non
" emitis omnes piſces ad ianuam veſtram venien-
" tes, quia pro his omnibus Chriſtus, & virtutes
" poſſeſſio veſtra erunt. Nihil ita replet corda ſpi-
" ritualibus divitijs, ſicut extruſio affectuum terre-
" norum. Amplectamini crucem Chriſti, & illa
" vos docebit, & donabit omnia, quoniam Domi-
" nus noſter nudus & ſpoliatus in ea pependit. O
" lignum vitæ in medio paradiſi, lignum verȩ obe-
dientiæ

dientię, ſublimis patientiæ, & omnipotentis glo- ”
rię, quàm in altum uſque ad corda verè ſimpli- ”
cium verticem tuum extuliſti, ubi te non præva- ”
lent attingere, in quorum manibus vetitum po- ”
mum, guſtu, viſu, olfactu, dulceſcit: angelo nimi- ”
rum cum flammeo gladio aditum eius cuſto- ”
diente. ”

Hoſpitalitatem exerceatis non in divitijs hu- ”
ius mundi, ſicut de ſancto Sylveſtro legitur, ſed *Vid. historiã*
in plena charitate & ſimplicitate; quæ in domo *S. Silveſtri.*
habetis humiliter adminiſtrantes, non extra quic- ”
quam comparantes, farinam ſecularem & deli- ”
cata omninò execrantes, ut non inveniantur quę ”
apud vos quæruntur, & omnia moderentur. In ”
una litterarum habebatur ſupplicatio, quod inu- ”
tiles perſonas veſtras reciperemus & utiles vobis ”
remitteremus. Optimum commercium. Quis ”
talem concambij menſam non requireret? Sed ”
quia de innocenti & puro corde id iudico pro- ”
ceſſiſſe, charitati congaudeo. Verumtamen au- ”
dite quod conſulo. Inutiles perſonas nolite ſuſci- ”
pere, quas ſi inſipienter recepiſtis, vos inde ſa- ”
pienter expedite. Monaſteria noſtra nobiſcum ”
& in Friſia plena ſunt, & ſuperplena. Hoſpitale ”
inutilium perſonarum Capitulum noſtrum Ge- ”
nerale nondum erexit. ”

Poſtremo, fratres chariſſimi, ſupplico modis *Luc. 19.*
omnibus quibus prævaleo, ut Sycomorum cum ”
Zacchęo aſcendentes iſta non inveniantur in vo- ”
bis, ſed radicitus exſtirpentur, alioquin debile ”
fundamentum eſtis poſituri in loco ad quem vos ”
miſit Dominus. ”

O ſancta obedientia, à paucis poſſideris, quę ”
altas mentes refugis, quę à ſapientibus in oculis ”
ſuis

Collatio mutua qualis.

Cùm enim inter ſe fratres, aut cum ſecularibus loquerentur, templa Dei ſe fore & ſancti Spiritus organa divinis & Deo plena rebus oſtenderunt, verba valdè ignita, dulcedine charitatis referta in medium proferentes. Sic fratres fuerunt chorales, ſic converſi & laici, ut verbis & exemplis cunctos ædificarent. Non enim ſermones in ventum proferre ſolebant, ſed aut de animarum ſalute tractabant, aut tacebant, aut certè orationibus ſanctis ſeu lectionibus vacabant. Denique in laboribus etiam gravioribus, ut terras aratris ſulcando, ſemina raſtris operiendo, blada tribulis expurgando, vaccas mulgendo, panem pinſendo, cerviſiam braxando, veſtimenta lavando, agros circumſepiendo, ſepes domorum argillà perliniendo, tecta ædificiorum reficiendo, ſuendo, ſarciendo ceteraque ſimilia ſimul perficiendo, lectionibus ſacris inſiſtebant, *aut Horas Beatæ Virginis, Septem Pſalmos*, ceteraque *talia pariter legendo*, ut etiam animalia, boues aratrales, & equi ad huiuſmodi lectiones, quaſi divinis verbis exacti, ferventiùs incedere viderentur. Porrò ex agris Meridie vel in Veſperum ipſis cum bubis & equis ſucceſſivè monaſterium intrantibus, Priore in porta reſidente, aut intra vel extra circa eam deambulante, duo & duo pariter qui ſimul arabant animalia ſua ducentes, Davidicos Pſalmos altà voce teutonicè legentes, & Patri inclinantes cum reverentia debita pertranſierunt. Cùmque Prior aliquando hoſpitibus interdum coram aſtantibus ipſos interrogaret, *fratres quomodo vobis ſucceßit, an aliquid profeciſtis?* continuò ſubſiſtentes, detectis capitibus hilariter reſponderunt. *Ita Pater charißime, ſatis bene profecimus, & gratia Dei*

Fervor in labore.

Horas B. Virginis Septem Pſalmos inter laborandum pariter legunt.

Reverentia erga Superiorem.

Digitized by Google

Dei nobis optime ſucceſſit. Sicque ab ipſo acceptâ licentiâ abierunt ad loca ſua.

Sub tali ergo Patre tanquam ferventi Paſtore, quàm plures viri virtutum, fratres, converſi & laici centenarium numerùm excedentes optimè ſunt inſtituti, quibus de groſſis communibus cibarijs, non aſſatis vel delicatis, ſed carnibus bovinis, ovinis, aut caprinis, ſalſibus, recentibus, aut in cauilla fumatis ſatis bene ad comedendũ dedit, & de panno groſſo eorum membra veſtivit, atque ut quotidie proficerent, bonum etiam culparum capitulum, per ſe aut ſuum procuratorem de quindena in quindenam ſervavit. Pœnitentias & diſciplinas iuxta modum culparum, & qualitatem perſonarum ſatis bonas iniungens, ſic omnes in vera charitate, & diſciplina & pace ubique conſervans. *Numerus Religioſorum in Northorn.*

Vidimus ex his fratribus tanti Patris filijs, pluſquam ſedecim, ut prædiximus, diverſorum Monaſteriorum Ordinis & Capituli noſtri Priores aut Rectores, non parvũ animarum fructum in ecclesia Dei facientes, qui pluſquam duodecim Capituli noſtri cœnobijs laudabiliter prȩfuerunt, omnes ſibi ſubiectos iuxta humilitatis & devotionis ſuȩ gratiam, quibus in Matris ſuæ gremio in *Northornenſi* monaſterio imbuti fuerant ab initio debitè inſtituentes, utiliterque regentes, qui in quotidianis ſuis moribus exercitijs & venijs morem N*orthornenſium* in *VVeſtphalia*, *Saxonia*, in *Friſia*, & circa *Rhenum* uſque hodie conſectantur. Quid enim de tam ſano capite, tamque bono alueario niſi morum ſuavitas, & interna mentis dulcedo, dignum fuit pullulare.

Et inter hæc omnia in cella ſua ſedens, ſeip-

ſumque ſępiſſimè intra ſe recolligens, & ſibi intus contra ſe infremuit, & vehementer effrenduit, quod tam inutilis ſervus eſſet, quod vita ſua & moribus à devotis & ſanctis patribus tam multum diſtaret, ſibique & aliis tam parum proficeret; ut fratres ſupervenientes & hæc percipientes in ſtuporem converteret. Fratres autem ſuos exſtirpatis vitiis ad veram cordis compunctionem, & internam animi devotionem verbis & exemplis ſtuduit informare, nec ea perſunctoriè & nimium ſuccinctè, ſed tractim & moroſè in ſpiritu & veritate docuit exercere. Sic divina cantare, ſic Miſſam celebrare, non Miſſam *ruterorum* ſed bene devotorum à fratribus ſuis exegit, dicens quod non ad Miſſam ſicut ad offam, ut quidam indevoti, ſed ſicut ad panem angelorum, Dominum Deum, cælorum omnium creatorem, principium & finem omnium, caſto corpore & mundo corde quotidie ſemper parati conarentur accedere, tanquam nihil amplius poſt Miſſam acturi, niſi cum Deo in æternum victuri.

Sibi ipſi vilis & inutilis ſervus.

Inſtruit ſuos in pietate & reverentia erga Sanctum Miſſæ ſacrificium.

Hic Pater devotus, plures etiam habuit viſiones & Dei revelationes; ſicut & quidam de ſuis fratribus, vidit enim aliquando beatam *Virginem Mariam* in veſte valdè candidâ, ſanguine diſperſa ſibi apparente. Quam reverenter ut ſolebat ſalutans ait. *O glorioſa mea Domina, quis hanc veſtem tuam candidam & pretioſam ſanguine commaculavit? An ego hoc facinus peccatis meis perpetravi?* Cui mater benigniſſima gratioſè reſpondit. Non tu, mi chariſſime, in me id commiſiſti, ſed frater quidam laicus de monaſterio meo volens recedere, & ad mundum redire, ſanguinem, filij mei

Viſiones eius variæ.

Digitized by Google

lij mei contemnens, cruenta conſcientia ſangui- „
nolentiam eam fecit: Quod ita factum cogno- „
vimus. „

Cùm enim Virgo beata Monaſterij noſtri in *VVindeſem*, & etiam in *Northorn* à noſtris maioribus Patrona ſit electa, ſingulas Monaſterij noſtri perſonas, totiuſque Capituli, & omnia noſtra bona in eſſe conſervare, promouere & defendere iure divino cenſebitur, à malis nos cuſtodiens & bonis conſervans, ſi ex nobis aliquem in anima perire, aut corpore ad ſeculum cognoverit redire, pro tali oue errante, & à grege ſibi commiſſo in mortẽ prolabente, inquinari ſe fatetur, quam ad cęli gaudia non valet ſecum ducere, ſed in manus diaboli, inferni tormentis perpetuò cruciandam oportet relinquere.

Diva Virgo MARIA Monaſteriorũ in VVindeſem & Northorn, Patrona ſingularis.

Vidit etiam fratrem *Ioannem Broechuys* ſeniorem noſtrum in *VVindeſem* in pœnis exiſtentem, & eum pro adiutorio, fruſtoque candelæ paſchalis exorantem.

Viſio.

Mathias quoque Clericus in *Northorn* infirmarius cum Mater Sororum circa monaſterium commanentium ſepulturæ traderetur, Angelos tunc vidit præſentes, obſequium funeri exhibentes. Tam ſanctè illa vixerat, ut hoc à Deo mereretur. Vnde Prior hoc audiens in ſpiritu exhilaratus fratribus ſuis dedit licentiam tunc temporis cœnandi. Et ipſe idem *Mathias* beatam Virginem *Mariam* audivit ſibi dicentem, quod monaſterij *Northornenſis* perpetua vellet eſſe protectrix, quamdiu fratres ibidem in humilitate, vilitate, & ſimplicitate, ut tunc in pręſenti, continuè permanerent. Quæ Prior præfatus in ſe & ſibi ſubiectis cunctis diebus vitę ſuæ

Mathiæ Clerici in Northorn Viſio alia.

B. Maria virgo Monaſterij Northornenſis protectrix.

Digitized by Google

ſollicitè cuſtodivit. Hic frater *Matthias*, cùm multis floreret virtutibus, & ſcientijs trivialibus, Monaſterium tamen ingreſſus pro laico diu ſe tenuit; opera ruſticana in agriculturæ domo exercens diligenter, inque luto & paleis quotidie deſerviens; quod litteras tunc ſciret ab omnibus ignoratus.

Matthiæ laici humilitas, & in opere ruſticano ſedulitas.

Contigit autem tunc temporis, ut peſtilentia graviſſima Priorem & omnes fratres, uno dempto vel duobus, ibidem è medio ſubtraheret, & cùm inter ſe virum non haberent litteratum, qui competenti ſtilo & honore debito ſcribere poſſet in *VVindeſem*, Priore ſe orbatos, & alium ſibi pręfici humiliter poſtulare, tunc Paſtor in *Scuttrop*, vir prudens & diſcretus, amicus monaſterij dixit ſeniori laicum veſtrum *Matthiam* acutè conſiderans, non purum eum laicum, ſed bene doctum & expertum ſæpe animadverti. Si ipſi epiſtolam Priori de *VVindeſem* ſcribendam iniungeretis, credo quod eam bene dictaret. Miratus primùm ſenior quomodo id poſſet eſſe verum cùm ſemper pro laico eum omnes tenuiſſent, eius tamen ſecutus conſilium, per *Matthiam* id fieri expetivit, & quantum in poteſtate habuit etiam mandavit. Qui alta trahens ſuſpiria primùm ſe cœpit excuſare: ſed cùm contra conſcientiam non poſſet recalcitrare, tandem conſenſit. Scripſit igitur tam eleganter, ut Prior de *VVindeſem*, mox viſis ſuis litteris, voluntatem eorum perficeret, & ipſe *Matthias* in habitu, & vita clericali ex tunc ſemper permanſit.

Scuttrop.

Suſcipit habitum clericalem.

Fuerat ibi Prior, qui cùm manè ante Miſſam non poterat habere devotionem, cellas fratrum circuivit, ollas eorum exportavit, & hoc humili peracto

Prioris cuiuſdam Veræ humilitatis exer-

peracto opere, novam concipiens devotionem ad celebrandum ſe ſenſit paratiorem.

citium pro devotione concipienda.

Fuit tunc ibidem alius quidam magiſter, nomine *Henricus*, vir doctus & intelligens, qui olim Pariſius legerat in cathedra. Qui cum valdè devotus & internus eſſet, verbis ſuis & moribus cunctis exemplaris, omninò tamen ut laicus inter fratres converſatus, propter Deum & animæ ſuæ ſalutem annis quàmplurimis porcos ibidem pavit, educens eos & reducens, & uſque in finem pene vitæ ſuæ curam eorum gerens.

Aliud humilitatis exemplar.

Cùm enim à fratribus ignoraretur quod bonus eſſet clericus, contigit ſemel circa portam cùm porcos ſequeretur, quendam energumenum liberationis gratia ad monaſterium deductum ſe habere obvium, ex cuius ore dæmon cernens eum tam humiliter & deſpectè incedentem cum cachinno exclamavit. O Magiſter *Henrice* ſic non inceſſiſtis, quando vos Pariſius in cathedra legiſti s. Porcos ergo relinquite, & ad ſtatum veſtrum priorem redite. Qui dimiſſo capite nihil reſpondens pertranſijt. Fratres id audientes non modicè ſunt mirati, quomodo vir tam bene litteratus ad hoc humillimum ſe dedit opus in Dei timore perficiendum, ut porcos paſcere præeligeret. Quamvis autem paulatim ad omnium perveniret notitiam, quod doctus erat magiſter, in officio tamen incepto rogavit permanere, & uſque in finem vitæ in humilitate Deo ſervire. Clericos iſtos frequenter vidimus cum eis converſari, quos etiam Spiritu ſancto fuiſſe repletos indicijs comprobavimus.

Digitized by Google

Caput LXI.

De ſuſceptione Conventus de VVindeſem, *de fervore, & cuſtodia diſciplinæ eorum, & de apoplexiâ & morte ipſius.*

Rodolphus de Dephολt. Zvvederius de Culenburch.

Interdictum in terra Traiectenſi.

PRocella ingens tribulationum & preſſurarum cùm omnes devotos diœceſis *Traiectenſis* Dominii eius temporalis, prꝍſertim nos *Transyſelanos*, duorum Epiſcoporum occaſione, *Rodolphi de Dephολt*, & *Zvvederi de Culenborch*, inter ſe cum ſibi adherentibus de Epiſcopatu contendentiũ, propter Apoſtolicę Sedis obedientiam undique coarctaret, & tandem de terra *Traiectenſi*, civitatibus, oppidis, villis, monaſteriis & locis ſuis plurimos exire compelleret, iſte Pater magnificus ſolitâ charitate repletus, una cum ſuis devotis fratribus, Priorem noſtrum *VVilhelmum Vornken*, & totum Conventum noſtrum de *VVindeſem*, obvijs manibus, corde magno, & animo volenti benignè ſuſceperunt, humanè pertractaverunt, & cuncta neceſſaria in victu & habitaculis gratioſè miniſtraverunt; ita ut in dormitorio & alibi de cellis, & commodis ſuis exeuntes, tam charis hoſpitibus, omnium devotorum ſuſceptoribus, libentiſſimè loco cederent, & ipſi duo & duo pariter ob loci anguſtiam in uno conclaui mutuò ſe ſuſtinerent. Sic omnes longo tempore cum ipſis habitantes, in Choro, refectorio, Capitulo, dormitorio & clauſtro illo nemoroſo, cum omni charitate, pia benevolentiâ,

Conventus VVindeſemenſis migrat in Northorn. & benignè ſuſcipitur.

&

& ſumma concordia diebus ac noctibus in unum converſati, magnum ſimul Conventum ibidem perfecerunt pariter commanentes: donec *Prior de VVindeſem* locum *in Brevoort* pro Monaſterio novo conſtruendo nunc *Nazareth* appellato, gratis donatum acciperet. Ad quem tunc fratres noſtri de *VVindeſem* iuxta loci illius exigentiam ſucceſſivè ſe tranſtulerunt. *Nazareth Monaſteriū.*

Tanti autem zeli & fervoris fuit Prior iſte *Henricus*, ut fratres ſuos conventuales in omni diſciplina conſervaret, & quem hinc inde vidit reſpicere, publicè curavit emendare. Sic fratrem *Conradum ſacriſtam* ad chori teſtudinem in divinis reſpicientem, malleo ſuo dato ſigno, ut omnes in eum aſpicerent, nutu digiti ad ſe vocans dedit ei alapam, dicens, *ut ante ſe reſpiceret & oculos circumgyrare ceſſaret*, & ita in ſimilibus frequenter facere conſuevit. Similiter in refectorio cum aliquem attenderet hinc inde reſpicientem, protinus aſinum ſuper menſam ante eum deponi in ſignum tranſgreſſionis mandavit, & ita frater ille contractis ad ſe oculis, non ſine notabili erubeſcentia diligentiùs ſe cuſtodiuit. Signum etenim *thau* ad pedis longitudinem de ligno factum, hæc verba, *cuſtodi oculos tuos* in magna textura ligno tranſverſo habens inſculpta aſinum vocavit, per quem fratres in refectorio in omni diſciplina ſervavit. Dominus enim *Henricus de Abuys* rector congregationis Clericorum in Monaſterienſi civitate, Pater magnus & glorioſus, ſæpe fecit ſimiliter, qui eodem zelo & ſpiritu fervoris pariter cum dicto Priore cucurrit.

Conradus Sacriſta.

Oculorum inter ſuos cuſtodiam diligenter cuſtodivit.

Henricus de Abuys Rector Congregationis Clericorum Monaſterienſium fuit fervoris eiuſdem.

Hic Prior *Henricus* Patrem ſuum carnalem, anti-

Digitized by Google

„ plena pręſepia feſtinatis; de quibus ſcriptum eſt.
Heb. 11. 37. Egentes, anguſtiati afflicti, quibus dignus non
„ erat mundus? Et licèt, dilectiſſimi, omnia quæ
„ deſideratis per Dei gratiam conſequenti tempo-
„ re facillimè vobis adijcientur, tempus tamen
„ miſerendi eius, cum patientia & longanimitate
„ humiliter vobis eſt pręſtolandum. O quantam
„ omnium temporalium penuriam domus noſtra
„ ſuſtinuit. vix credibile forę audientibus, &
„ quantum adhuc in pluribus ſuſtinemus, quibus
„ vos delicati ſervi Chriſti non vultis carere. Deus
„ ſcit. Vtinam poſſem omnia primo motu cor
„ dium veſtrorum occurrens ſemper adhibere; non
„ remaneret querelę locus ullus, ſed puto pro nunc
„ tunnam pecuniarũ vix poſſe implere omnia quę
„ ambit cor veſtrum. Nunquam vidi Monaſteria
„ in abundantia & divitiis fundata, ad plenam mor-
tificationem & diſciplinam venire, ſicut ea quæ
in multa paupertate & patientia originem ſuſce-
perunt. Nec mirum quia in patientia, animi
poſſeſſio, & vera virtus conſiſtit. Supplico igitur,

Vbi paupertas, & patientia; ibi mortificatio & diſciplina.

„ dilectiſſimi mei, immò viſcera mea, ut ſitis pa-
„ tientes, & longanimes virtutum poſſeſſores, &
„ omnis mundi copia veſtra eſt & erit. Non ſit
„ vobis moleſtum ſi nec dũ habetis omnes libros,
„ ſupellectilia, ædificia, perſonas, ſi denique non
„ emitis omnes piſces ad ianuam veſtram venien-
„ tes, quia pro his omnibus Chriſtus, & virtutes
„ poſſeſſio veſtra erunt. Nihil ita replet corda ſpi-
„ ritualibus divitijs, ſicut extruſio affectuum terre-
„ norum. Amplectamini crucem Chriſti, & illa
„ vos docebit, & donabit omnia, quoniam Domi-
„ nus noſter nudus & ſpoliatus in ea pependit. O
„ lignum vitæ in medio paradiſi, lignum verę obe-
dientiæ

dientię, ſublimis patientiæ, & omnipotentis glorię, quàm in altum uſque ad corda verè ſimplicium verticem tuum extuliſti, ubi te non prævalent attingere, in quorum manibus vetitum pomum, guſtu, viſu, olfactu, dulceſcit: angelo nimirum cum flammeo gladio aditum eius cuſtodiente.

Hoſpitalitatem exerceatis non in divitijs huius mundi, ſicut de ſancto Sylveſtro legitur, ſed in plena charitate & ſimplicitate; quæ in domo habetis humiliter adminiſtrantes, non extra quicquam comparantes, farinam ſecularem & delicata omninò execrantes, ut non inveniantur quę apud vos quæruntur, & omnia moderentur. In una litterarum habebatur ſupplicatio, quod inutiles perſonas veſtras reciperemus & utiles vobis remitteremus. Optimum commercium. Quis talem concambij menſam non requireret? Sed quia de innocenti & puro corde id iudico proceſſiſſe, charitati congaudeo. Verumtamen audite quod conſulo. Inutiles perſonas nolite ſuſcipere, quas ſi inſipienter recepiſtis, vos inde ſapienter expedite. Monaſteria noſtra nobiſcum & in Friſia plena ſunt, & ſuperplena. Hoſpitale inutilium perſonarum Capitulum noſtrum Generale nondum erexit.

Vid. historiā S. Silveſtri.

Poſtremo, fratres chariſſimi, ſupplico modis omnibus quibus prævaleo, ut Sycomorum cum Zacchęo aſcendentes iſta non inveniantur in vobis, ſed radicitus exſtirpentur, alioquin debile fundamentum eſtis poſituri in loco ad quem vos miſit Dominus.

Luc. 19.

O ſancta obedientia, à paucis poſſideris, quę altas mentes refugis, quę à ſapientibus in oculis ſuis

„ ſuis nunquam cognoſceris, cuius dulcedinē ſeipſos amantes nunquam ſapiunt! O quàm pauciſſimi dulciſſima tua mœnia & vias inveniunt, quæ ſolis parvulis alludis, & dulciter apprehendis, & ad ſumma provehis.

„ O ſancta patientia, quę veræ obedientię filios nunquam deſeris, ſed in omnibus comitaris, unde & quorſum ab iſtis te tuliſti? Qui te non poſſunt conſequi, perſequi te videntur. prô nefas! quia defecit cauſa veræ obedientię, deficit & effectus patientiæ. Nec mirum ſi hos ſancta patientia deſerat, quos hypocriſis ſtercorizat.

„ Hæc pauca, chariſſimi, ad commotionem non ad confuſionem veſtram ſcripta ſuſcipite, & in viſceribus cordis veſtri altiùs infigite. Si me non compuliſſetis, libentius non ſcripſiſſem: Deus ſcit. Inviſcerato meo Martino, pro nunc Procuratori veſtro. Frater chariſſimè, ſuperciliū tuum deponens, vilitatem & ſimplicitatem cum ſupradictis apprehendito, alioquin in religione quàm apprehendiſti parum proficies. Valete chariſſimi, in his proficientes ut gaudium meum ſit plenum. Salutate invicem in oſculo pacis, orantes pro me miſero clienticulo.

Martinus Procurator in Bodingen.

Omnes iſti fratres in ***Bodingen*** ob rogatum Rectoris fratris ***VVilhelmi Keppel*** litteras iſtas Priori ſcripſerunt, ſed quia id ſinguli in litteris ſuis, ut oportuit non expreſſerunt, idcirco non immeritò inculpandi. Hac autem Prioris reſponſione perlectâ, dixit coram omnibus Pater ***Arnoldus Huls.*** Chariſſimi Pater, & fratres pro iſtis noſtris exceſſibus veniam à Deo petamus, cùm „ Patris noſtri præſentiam pro nunc non habemus.

VVilhelmus Keppel Rector in Bodinghen.

Arnoldus Huls.

Tunc

Tunc omnes flexis genibus, cum oſculo pauimenti, tam Rector quàm fratres ſcriptores continuò veniam petentes in Domino ſunt gauiſi de bona informatione. Ecce, nemine impellente, fratres iſti intus Deum timere hoc facto demonſtrarunt, quem in Priore ſuo offenſum non immeritò contremuerunt.

CAPVT LXX.

De bona converſatione fratrum & laicorum ſub Patre tanto, & de compunctionibus, viſionibuſq́ eius, & fratrum ſuorum.

TAnta autem divinorum chariſmatum abundantia in ſuo tunc Monaſterio redundavit, ut fratres & converſi, laici & familiares uno ſpiritu fervoris, ſimplicitatis & humilitatis & dilectionis omnes viderentur perfuſi, quod rebus, verbis, moribus, indumentiſque, uſque hodie oſtenderunt & oſtendunt cùm viri & feminæ, ſpirituales & ſeculares; mores eorum intus & foris aſpicientes plurimùm ædificant, ipſos eſſe de *Northorn* optimè cognoverunt, quia præmiſſas virtutes in omnibus & ſingulis eorum videre, audire, & imitari ubique potuerunt: Veſtibus enim humilibus, groſſis & ſimplicibus, nigro cum capucio, facie tecta & inclinata, verbis modeſtis, ædificatione plenis, humili corde & devoto tanquam non de iſto ſed de alio eſſent mundo, omnes incedere conſueverunt. *Converſat io fratrum in Northorn.*

Cùm

Cùm enim inter ſe fratres, aut cum ſecularibus loquerentur, templa Dei ſe fore & ſancti Spiritus organa divinis & Deo plena rebus oſtenderunt, verba valdè ignita, dulcedine charitatis referta in medium proferentes. Sic fratres fuerunt chorales, ſic converſi & laici, ut verbis & exemplis cunctos ædificarent. Non enim ſermones in ventum proferre ſolebant, ſed aut de animarum ſalute tractabant, aut tacebant, aut certè orationibus ſanctis ſeu lectionibus vacabant. Denique in laboribus etiam gravioribus, ut terras aratris ſulcando, ſemina raſtris operiendo, blada tribulis expurgando, vaccas mulgendo, panem pinſendo, cerviſiam braxando, veſtimenta lavando, agros circumſepiendo, ſepes domorum argillà perliniendo, tecta ædificiorum reficiendo, ſuendo, ſarciendo ceteraque ſimilia ſimul perficiendo, lectionibus ſacris inſiſtebant, *aut Horas Beatæ Virginis, Septem Pſalmos*, ceteraque *talia pariter legendo*, ut etiam animalia, boues aratrales, & equi ad huiuſmodi lectiones, quaſi divinis verbis exacti, ferventiùs incedere viderentur. Porrò ex agris Meridie vel in Veſperum ipſis cum bubis & equis ſucceſſivè monaſterium intrantibus, Priore in porta reſidente, aut intra vel extra circa eam adeambulante, duo & duo pariter qui ſimul ararant animalia ſua ducentes, Davidicos Pſalmos altâ voce teutonicè legentes, & Patri inclinantes cum reverentia debita pertranſierunt. Cùmque Prior aliquando hoſpitibus interdum còram aſtantibus ipſos interrogaret, *fratres quomodo vobis ſucceſſit, an aliquid profeciſtis?* continuò ſubſiſtentes, detectis capitibus hilariter reſponderunt. *Ita Pater chariſſime, ſatis bene profecimus, & gratia Dei*

Collatio mutua qualis.

Fervor in labore.

Horas B. Virginis Septem Pſalmos inter laborandum pariter legunt.

Reverentia erga Superiorem.

Dei nobis optime ſucceſsit. Sicque ab ipſo acceptâ licentiâ abierunt ad loca ſua.

Sub tali ergo Patre tanquam ferventi Paſtore, quàm plures viri virtutum, fratres, converſi & laici centenarium numerùm excedentes optimè ſunt inſtituti, quibus de groſſis communibus cibarijs, non aſſatis vel delicatis, ſed carnibus bovinis, ovinis, aut caprinis, ſalſibus, recentibus, aut in cauilla fumatis ſatis bene ad comedendū dedit, & de panno groſſo eorum membra veſtivit, atque ut quotidie proficerent, bonum etiam culparum capitulum, per ſe aut ſuum procuratorem de quindena in quindenam ſervavit. Pœnitentias & diſciplinas iuxta modum culparum, & qualitatem perſonarum ſatis bonas iniungens, ſic omnes in vera charitate, & diſciplina & pace ubique conſervans. *Numerus Religioſorum in Northorn.*

Vidimus ex his fratribus tanti Patris filijs, pluſquam ſedecim, ut prædiximus, diverſorum Monaſteriorum Ordinis & Capituli noſtri Priores aut Rectores, non parvū animarum fructum in ecclesia Dei facientes, qui pluſquam duodecim Capituli noſtri cœnobijs laudabiliter pręfuerunt, omnes ſibi ſubiectos iuxta humilitatis & devotionis ſuę gratiam, quibus in Matris ſuæ gremio in *Northornenſi* monaſterio imbuti fuerant ab initio debitè inſtituentes, utiliterque regentes, qui in quotidianis ſuis moribus exercitijs & venijs morem Northornenſium in *VVeſtphalia*, *Saxonia*, in *Friſia*, & circa *Rhenum* uſque hodie conſectantur. Quid enim de tam ſano capite, tamque bono aluecario niſi morum ſuavitas, & interna mentis dulcedo, dignum fuit pullulare.

Et inter hæc omnia in cella ſua ſedens, ſeipſumque

ſumque ſępiſſimè intra ſe recolligens, & ſibi iratus contra ſe infremuit, & vehementer effrenduit, quod tam inutilis ſervus eſſet, quod vita ſua & moribus à devotis & ſanctis patribus tam multum diſtaret, ſibique & alijs tam parum proficeret; ut fratres ſupervenientes & hæc percipientes in ſtuporem converteret. Fratres autem ſuos exſtirpatis vitiis ad veram cordis compunctionem, & internam animi devotionem verbis & exemplis ſtuduit informare, nec ea perſunctoriè & nimium ſuccinctè, ſed tractim & moroſe in ſpiritu & veritate docuit exercere. Sic divina cantare, ſic Miſſam celebrare, non Miſſam *ruterorum* ſed bene devotorum à fratribus ſuis exegit, dicens quod non ad Miſſam ſicut ad offam, ut quidam indevoti, ſed ſicut ad panem angelorum, Dominum Deum, cælorum omnium creatorem, principium & finem omnium, caſto corpore & mundo corde quotidie ſemper parati conarentur accedere, tanquam nihil amplius poſt Miſſam acturi, niſi cum Deo in æternum victuri.

Sibi ipſi vilis & inutilis ſervus.

Inſtruit ſuos in pietate & reverentia erga Sanctum Miſſæ ſacrificium.

Hic Pater devotus, plures etiam habuit viſiones & Dei revelationes; ſicut & quidam de ſuis fratribus, vidit enim aliquando beatam *Virginem Mariam* in veſte valdè candidâ, ſanguine diſperſa ſibi apparente. Quam reverenter ut ſolebat ſalutans ait. *O glorioſa mea Domina, quis hanc veſtem tuam candidam & pretioſam ſanguine commaculavit? An ego hoc facinus peccatis meis perpetravi?* Cui mater benigniſſima gratioſè reſpondit. Non tu, mi chariſſime, in me id commiſiſti, ſed frater quidam laicus de monaſterio meo volens recedere, & ad mundum redire, ſanguinem, filij mei

Viſiones eius variæ.

lij mei contemnens, cruenta conſcientia ſangui- „
nolentiam eam fecit: Quod ita factum cogno- „
vimus. „

Cùm enim Virgo beata Monaſterij noſtri in *VVindeſem*, & etiam in *Northorn* à noſtris maioribus Patrona ſit electa, ſingulas Monaſterij noſtri perſonas, totiuſque Capituli, & omnia noſtra bona in eſſe conſervare, promouere & defendere iure divino cenſebitur, à malis nos cuſtodiens & bonis conſervans, ſi ex nobis aliquem in anima perire, aut corpore ad ſeculum cognoverit redire, pro tali oue errante, & à grege ſibi commiſſo in mortē prolabente, inquinari ſe fatetur, quam ad cęli gaudia non valet ſecum ducere, ſed in manus diaboli, inferni tormentis perpetuò cruciandam oportet relinquere.

Diva Virgo MARIA Monaſteriorū in VVindeſem & Northorn, Patrona ſingularis.

Vidit etiam fratrem *Ioannem Broechuys* ſeniorem noſtrum in *VVindeſem* in pœnis exiſtentem, & eum pro adiutorio, fruſtoque candelæ paſchalis exorantem.

Viſio.

Mathias quoque Clericus in *Northorn* infirmarius cum Mater Sororum circa monaſterium commanentium ſepulturæ traderetur, Angelos tunc vidit præſentes, obſequium funeri exhibentes. Tam ſanctè illa vixerat, ut hoc à Deo mereretur. Vnde Prior hoc audiens in ſpiritu exhilaratus fratribus ſuis dedit licentiam tunc temporis cœnandi. Et ipſe idem *Mathias* beatam Virginem *Mariam* audivit ſibi dicentem, quod monaſterij *Northornenſis* perpetua vellet eſſe protectrix, quamdiu fratres ibidem in humilitate, vilitate, & ſimplicitate, ut tunc in pręſenti, continuè permanerent. Quæ Prior præfatus in ſe & ſibi ſubiectis cunctis diebus vitę ſuæ

Mathiæ Clerici in Northorn Viſio alia.

B. Maria virgo Monaſterij Northornenſis protectrix.

Digitized by Google

ſollicitè cuſtodivit. Hic frater *Matthias*, cùm multis floreret virtutibus, & ſcientijs trivialibus, Monaſterium tamen ingreſſus pro laico diu ſe tenuit; opera ruſticana in agriculturæ domo exercens diligenter, inque luto & paleis quotidie deſerviens; quod litteras tunc ſciret ab omnibus ignoratus.

Matthiæ laici humilitas, & in opere ruſticano ſedulitas.

Contigit autem tunc temporis, ut peſtilentia graviſſima Priorem & omnes fratres, uno dempto vel duobus, ibidem è medio ſubtraheret, & cùm inter ſe virum non haberent litteratum, qui competenti ſtilo & honore debito ſcribere poſſet in *VVindeſem*, Priore ſe orbatos, & alium ſibi pręfici humiliter poſtulare, tunc Paſtor in *Scuttrop*, vir prudens & diſcretus, amicus monaſterij dixit ſeniori laicum veſtrum *Matthiam* acutè conſiderans, non purum eum laicum, ſed bene doctum & expertum ſæpe animadverti. Si ipſi epiſtolam Priori de *VVindeſem* ſcribendam iniungeretis, credo quod eam bene dictaret. Miratus primùm ſenior quomodo id poſſet eſſe verum cùm ſemper pro laico eum omnes tenuiſſent, eius tamen ſecutus conſilium, per *Matthiam* id fieri expetivit, & quantum in poteſtate habuit etiam mandavit. Qui alta trahens ſuſpiria primùm ſe cœpit excuſare: ſed cùm contra conſcientiam non poſſet recalcitrare, tandem conſenſit. Scripſit igitur tam eleganter, ut Prior de *VVindeſem*, mox viſis ſuis litteris, voluntatem eorum perficeret, & ipſe *Matthias* in habitu, & vita clericali ex tunc ſemper permanſit.

Scuttrop.

Suſcipit habitum clericalem.

Fuerat ibi Prior, qui cùm manè ante Miſſam non poterat habere devotionem, cellas fratrum circuivit, ollas eorum exportavit, & hoc humili peracto

Prioris cuiuſdam Vera humilitatis exer-

Digitized by Google

peracto opere, novam concipiens devotionem ad celebrandum ſe ſenſit paratiorem. *citium pro devotione concipienda.*

Fuit tunc ibidem alius quidam magiſter, nomine *Henricus*, vir doctus & intelligens, qui olim Pariſius legerat in cathedra. Qui cum valdè devotus & internus eſſet, verbis ſuis & moribus cunctis exemplaris, omninò tamen ut laicus inter fratres converſatus, propter Deum & animæ ſuæ ſalutem annis quàmplurimis porcos ibidem pavit, educens eos & reducens, & uſque in finem pene vitæ ſuæ curam eorum gerens. *Aliud humilitatis exemplar.*

Cùm enim à fratribus ignoraretur quod bonus eſſet clericus, contigit ſemel circa portam cùm porcos ſequeretur, quendam energumenum liberationis gratia ad monaſterium deductum ſe habere obvium, ex cuius ore dæmon cernens tum tam humiliter & deſpectè incedentem cum cachinno exclamavit. O Magiſter *Henrice* ſic „ non inceſſiſtis, quando vos Pariſius in cathedra „ legiſtis. Porcos ergo relinquite, & ad ſtatum „ veſtrum priorem redite. Qui dimiſſo capi- „ te nihil reſpondens pertranſijt. Fratres id audientes non modicè ſunt mirati, quomodo vir tam bene litteratus ad hoc humillimum ſe dedit opus in Dei timore perficiendum, ut porcos paſcere præeligeret. Quamvis autem paulatim ad omnium perveniret notitiam, quod doctus erat magiſter, in officio tamen incepto rogavit permanere, & uſque in finem vitæ in humilitate Deo ſervire. Clericos iſtos frequenter vidimus cum eis converſari, quos etiam Spiritu ſancto fuiſſe repletos indicijs comprobavimus.

Digitized by Google

Capvt LXI.

De ſuſceptione Conventus de VVindeſem, *de fervore, & cuſtodia diſciplinæ eorum, & de apoplexiâ & morte ipſius.*

Rodolphus de Dephols. *Zvvederus de Culenburch.* *Interdictum in terra Traiectenſi.*

PRocella ingens tribulationum & preſſurarum cùm omnes devotos diœceſis *Traiectenſis* Dominii eius temporalis, prǽſertim nos *Tranſyſelanos*, duorum Epiſcoporum occaſione, *Rodolphi de Dephols*, & *Zvvederi de Culenborch*, inter ſe cum ſibi adherentibus de Epiſcopatu contendentiũ, propter Apoſtolicę Sedis obedientiam undique coarctaret, & tandem de terra *Traiectenſi*, civitatibus, oppidis, villis, monaſteriis & locis ſuis plurimos exire compelleret, iſte Pater magnificus ſolita charitate repletus, una cum ſuis devotis fratribus, Priorem noſtrum *VVilhelmum Vornken*, & totum Conventum noſtrum de *VVindeſem*, obvijs manibus, corde magno, & animo volenti benignè ſuſceperunt, humanè pertractaverunt, & cuncta neceſſaria in victu & habitaculis gratioſè miniſtraverunt; ita ut in dormitorio & alibi de cellis, & commodis ſuis exeuntes, tam charis hoſpitibus, omnium devotorum ſuſceptoribus, libentiſſimè loco cederent, & ipſi duo & duo pariter ob loci anguſtiam in uno conclaui mutuò ſe ſuſtinerent. Sic omnes longo tempore cum ipſis habitantes, in Choro, refectorio, Capitulo, dormitorio & clauſtro illo nemoroſo, cum omni charitate, pia benevolentiâ, &

Conventus VVindeſemenſis migrat in Northorn. & benignè ſuſcipitur.

& ſumma concordia diebus ac noctibus in unum converſati, magnum ſimul Conventum ibidem perfecerunt pariter commanentes: donec *Prior de VVindeſem* locum *in Brevoort* pro Monaſterio novo conſtruendo nunc *Nazareth* appellato, gratis donatum acciperet. Ad quem tunc fratres noſtri de *VVindeſem* iuxta loci illius exigentiam ſucceſſivè ſe tranſtulerunt.

Nazareth Monaſteriū.

Tanti autem zeli & fervoris fuit Prior iſte *Henricus*, ut fratres ſuos conventuales in omni diſciplina conſervaret, & quem hinc inde vidit reſpicere, publicè curavit emendare. Sic fratrem *Conradum ſacriſtam* ad chori teſtudinem in divinis reſpicientem, malleo ſuo dato ſigno, ut omnes in eum aſpicerent, nutu digiti ad ſe vocans dedit ei alapam, dicens, *ut ante ſe reſpiceret & oculos circumgyrare ceſſaret*, & ita in ſimilibus frequenter facere conſuevit. Similiter in refectorio cum aliquem attenderet hinc inde reſpicientem, protinus aſinum ſuper menſam ante eum deponi in ſignum tranſgreſſionis mandavit, & ita frater ille contractis ad ſe oculis, non ſine notabili erubeſcentia diligentiùs ſe cuſtodiuit. Signum etenim *thau* ad pedis longitudinem de ligno factum, hæc verba, *cuſtodi oculos tuos* in magna textura ligno tranſverſo habens inſculpta aſinum vocavit, per quem fratres in refectorio in omni diſciplina ſervavit. Dominus enim *Henricus de Abuys* rector congregationis Clericorum in Monaſterienſi civitate, Pater magnus & glorioſus, ſæpe fecit ſimiliter, qui eodem zelo & ſpiritu fervoris pariter cum dicto Priore cucurrit.

Conradus Sacriſta.

Oculorum inter ſuos cuſtodiam diligenter cuſtodivit.

Henricus de Abuys Rector Congregationis Clericorum Monaſterienſium fuit fervoris eiuſdem.

Hic Prior *Henricus* Patrem ſuum carnalem, anti-

Convertit Patrem ſuum & Monaſterio tradit.

antiquum vaſallum de fortalitio, præſidioque ſuo *Loeder* prope *Oſnaburgis* civitatem ſituato, à mundi vanitatibus ad Deum converſum, Monaſterio tradidit Cruciferorum ibi in propinquo bene reformatorum; ubi generis dignitate non obſtante, longo tempore in humili opere pro animę ſuæ ſalute Deo ſervivit, ubi poſt finem vitæ feliciter requievit.

Arnoldus de Doesborch *ſupprior in Northern.*

Accidit autem in ultimis vitæ huius Prioris temporibus fratrem **Arnoldum de Doesborch** ſuum Suppriorem virum ſanctum & modeſtum, Spiritu Dei plenum, in ſcripturis divinis valdè illuminatum, Deo devotum & internum, optimum novitiorum, Clericorum, & laicorum inſtitutorem, domus ſuę columnam, omnium matrem inhabitantium, cunctis hominibus ſpiritualibus gratum & acceptum, in Priorem eligi Monaſterij ordinis & Capituli in **Ezingen**, partium Ooſt-Friſiæ per Priorem de **Northern** præfatum iam antè reformati. Quod Prior & fratres percipientes, ſtatim per ſeipſos, ac etiam per Dominum terræ ſuę Comitem de **Benthem**, inſtantiſſimas apud Priorem noſtrum de **VVindeſem** preces depoſuerunt, quatenus prædicta electio de ſuo Suppriore per ipſum caſſaretur, eò quod domus eorum tota deſtituta foret, & deſolata ſi tali perſonâ eis tam utili & neceſſariâ ſic ſubito privaretur. Qui diu multumque contradicens, ſtatutaque noſtra & privilegia à ſingulis nobis pręmiſſa multifariè contra eos allegans, cùm ſalva pace, impedimentis, inconvenientijs, & incommodis eorum amplius reluctari non præſumeret, eorum conſcientijs huiuſmodi negotium commiſit, & ſic tandem petitionibus eorum acquieſcens, ſe-

Eligitur in Priorem Monaſterii de Ezingen.

cundò

cundò dedit fratribus noſtris in *Ezingen* licentiam, Supprioris reſignatione ſuper electione ſibi facta primùm præmiſſa, alium de novo eligendi Priorem.

Quod Deo diſplicuiſſe certis indicijs comprobatur, uno enim eodemque anno quo geſta ſunt premiſſa, Prior ipſe tactus eſt Apoplexia, Supprior iſte præfatus non longè poſt lecto parum decumbens graviter infirmatus præſentem vitam finivit, eorumque Procurator frater *Ioannes Stenvordie* vir bonus & activuus, ante eos poſt hęc deceſſit. Tali denique animadverſione ſtatutorum noſtrorum tranſgreſſores, fidemq; promiſſam in huiuſmodi electione vacuatam omniũ inſpector Deus viſus eſt mulctaſſe, ut trium talium perſonarum monaſterij & Ordinus noſtri columnarum patrocinio corporali, uno anno pariter domus illa privaretur, licèt non parui ſancti ſint apud Deum, & ſemper Monaſterij interceſſores minimè eſſe deſiſtant. Cui tamen Dominus ſingularem iſtam præ multis alijs monaſteriis indulſit prærogativam, ut de proprijs ſuis fratribus in principalibus eius officijs, maximè Priore ſemper ſibi providerit, poſſitque providere, à reſignationis tempore præfati Prioris uſque in præſentem diem.

Finit vitam. Ioannes Stenvordie Procurator in Northorn.

Cùm igitur venerabilis iſte Pater *Henricus Loeder* monaſterio præfato *nemoris Beatæ Mariæ in Vrendeſvveel prope Northorn*, ſic enim appellatur nomen eius, per annos cis viginti utiliter, religioſè & laudabiliter præfuiſſet, ipſumque monaſterium in bonis & perſonis uberrimè multiplicaſſet, ut animam ſuam propriam in ſancta patientia, vera humilitate, ſui reſignatione, obedientia-

 que

Digitized by Google

que perfecta plenus poſſideret, nobili valdè xenio à Deo Patre ſuo, ut filius chariſſimus, viſitatus eſt & probatus. Tactus enim apoplexia loquelam paulatim perdidit & inceſſum; mentis tamen & rationis per duos annos continuos potens, utrumque perſeverans. Cui fratres dicti Nemoris, obſequioſiſſimè deſervientes, cuncta ſibi neceſſaria in corpore & in anima libentiſſimè miniſtrabant, fratrem ipſi aſſignantes, qui ſibi vigilanti, dormienti & manducanti, ac primùm loco ad locum ſe moventi ſedulè ſubſerviret.

Apoplecticus.

Plurimis itaque bonis operibus, eleëmoſynis & virtutibus diu exercitatus & probatus, at iam ad ultimum per corporalem huiuſmodi infirmitatem in verá patientia bene limatus & purgatus, Deo ſe vocante, pervenit ad extrema, ac deinde Eccleſię Sacramento ritè communitus, coram poſitis fratribus & orantibus ipſo die Sanctę Margaretę Virginis & Martyris, felicem Deo reddidit ſpiritum Angelicis choris perpetuò ſociandum, anno gratiæ milleſimo, quadringenteſimo, triceſimo nono.

Felix eius tranſitus.

1439.

Multa quidem & alia magna & mirifica de hoc viro ſancto vidimus & audivimus, quę brevitatis cauſa enucleatiùs enarrare hoc in loco ſuperſedemus, maioribus maiora, maximè *Northornenſibus* ſcribenda relinquentes.

CA-

CAPUT LXII.

De fervore, devotione, bonis moribus, ſui cuſtodia & morte fratris noſtri Ancelmi.

ALium quoque vidimus in *VVindeſem* fratrem *Ancelmum de Breda*, Brabantiæ oppido oriundum, fratris *Henrici Loeder* in inveſtitione & profeſſione ſocium; qui vir bonus fuit & bene diſciplinatus, gracilis, tener & macilentus, moribus compoſitus, in ſe recollectus, Deo devotus, fratribus obſequioſus, pro ordine, cantu, ſilentio & ſtatutis debitè obſervandis valde zeloſus, ſcriptor bonus & artificialis, cui tunc temporis in fractura & notatura meliorem monaſterium noſtrum non habuit, qui ſummum noſtrum Miſſale, Sermones beati *Bernardi* Hyemales & æſtivales cum multis libris alijs in magnis voluminibus & fractura conſcripſit, pluresque libros chori cum quadratis notavit.

Ancelmus de Breda.

Eius ſtatura & mores.

Hic cùm ad Sacerdotium promoveri debuiſſet, expavens præ timore, & tanti myſterij dignitate in hora exitus fratrum pro ſuſcipiendis ordinibus, ipſe ex humilitate, ſui cognitione & parvitate trepidabat exire. Solarium autem conſcendens, ſub una tunna vacua, in uno tantum fine aperta, foramine eius ad pavimentum inclinato, latenter ſe collocavit, ut eius Sacerdotium hoc modo ſuſpenderetur. Diu ergo quæſitus cum minimè repe-

Reputat ſe indignum Sacerdotio.

reperrietur, ceteri ſunt ad ordines egreſſi, & ipſe poſt hæc de loco latibuli ſui præſiliens redijt ad Conventum. Quamobrem increpatus, humiliter petens veniam, indignum ſe vociferabatur Deo creatori ſuo in tali officio miniſtrare.

Fratres enim iuniores ſemper ad meliora, bonos mores & devotionem conſuevit provocare, poſt exitum enim eorum de choro & quandoque alibi, cùm aliquem ſolum reperiſſet, requiſivit à pleriſque, quis verſus in primo Pſalmo Veſperarum aut horarum tunc eis meliùs ſapuiſſet. Sic quandoque fecit ſimiliter de ſecundo, aut tertio Pſalmo, aut alio quocunque cantu, ad auſcultandum fratres propenſiùs ſic volens incitare. Cùm enim ſinguli de verſu dulciori & ſibi ſapidiori conarentur meditari, ſingulos etiam verſus neceſſe habebant maſticare: bonus quoque fuit mechanicus: trullà cęmentarij pręceteris noſtris fratribus choralibus bene ſciens murare. In quo quidem opere & ante & poſt opus in ſe & in alijs diſciplinam diſtrictè ſervavit, horas ſuas Canonicas debitè perſolvendo, Miſſam quotidie cum devotione audiendo, aut etiam per ſeipſum manè celebrando, ad menſam poſt laborem communiter ſilendo, & ſtatim poſt cænam ſe tacitè ſubtrahendo, diebuſque feſtivis devota exercitia in labore deperdita fortiùs reſumendo, & ſeipſum intra ſe, in Deumque recolligendo. In vita enim Chriſti, & eius paſſione ſedulò ſe exercuit, & ea quæ in hoc ipſo devotionem ſuam poterant incitare, ex ſancto Euangelio, & ſcriptis ſanctorum, antiqui & novi teſtamenti in uno *rapiario* compendioſè conſcripſit, more Domini *Florentij* Patris olim Clericorum congregationis *Daventrienſis*,

Dat operam arti Mechanicæ.

Meditatio vitæ Chriſti.

Rapiarium D. Florentis Rudevini.

ventrienſis, qui etiam uſque hodie à fratribus ſervatur.

Quamvis autem Deo fuerit ſatis devotus, & in ſuis moribus bene cuſtoditus, magnus tamen & extaticus non fuit contemplator, ſed cellæ ſuę & conſcientiæ diligens obſervator; ad cordis compunctionem & peccatorum recordationem frequenter ſeſe conferens, ita ut in Miſſa etiam privata cùm Sacramentorum elevationem genibus flexis aſpiceret, peccatorum remiſſionem & gratiam, à Deo ſalutari ſuo ibidem tunc præſente, frequenti pectoris contuſione ſatageret impetrare, & ſic in terram proſtratus veniam deprecari. *Devotè audit Miſſam.*

Ad celebrationem verò acceſſurus quatuor loca perluſtravit. Primo ſemetipſum intus & foſoris, in corde & in moribus, ut ab omni peccato & peccandi voluntate omninò eſſet immunis, & ad Deum ſummum bonum, ſuam beatificam paſſionem, veraſque virtutes erectus & affectatus. Secundò, totum cælum cum ſuis incolis, Deum videlicet & angelos, animaſque beatas in gloria colluſtrans, merita & interceſſiones omnium in auxilium invocavit. Tertiò univerſum orbem terrarum mente circuivit, ut peccatores à peccatis, mali à malitia, obſtinati à duritia, meritis Chriſti & Sanctorum omnium interceſſione eius abſoluti deinceps in bono conſerventur, iuſtique in gratia & bonis operibus per hęc confirmentur. Quartò purgatorium meditatione ſua penetravit, ubi ſanctæ animę in proximo beatificandę ardenti igne & ſulphure horribiliter cruciantur, ut eius devotis precibus, cùm paſſionis Chriſti rememoratione, à pœnis intolerabilibus *Præparatio eius ad altaris ſacrificium.*

Digitized by

bus citius liberatæ ad æterna gaudia perpetuò poſſidenda quantocius perducantur. Ideoque loca præmiſſa celebraturus introivit, ut per hoc ſummum ſacrificium pro omnibus ſatisfactivum à ſe offerendum, ac per eius interventum ſinguli, quod ſuum erat efficaciter inde conſequerentur, gloriam videlicet, laudem & honorem; Deus, angeli & ſancti tripudium, peccatores veniam, boni & iuſti gratiam, animæ defunctæ requiem, lętitiamque ſempiternam. Quæ ſi, ut oportet, non perſunctoriè & ſuperficialiter, ſed in veritate & realiter à celebrante peragantur, omnia hęc pręmiſſa & multo maiora per Chriſtum crucifixum in anima & corpore iam glorificatum, ibidem prꝑſentem & viventem, ubique regnantem, in fide & veritate plenè perficiuntur.

In huiuſmodi igitur virtutibus, bonis exercitijs, & ſanctis operibus quotidie proficiens, corpuſque & animam in Dei ſervitio fideliter expendens, circa finem vitæ extenuato corpore thyſim incurrit. Cumque in infirmaria diu lecto decumberet, fratribus infirmarijs ſedulò ſibi miniſtrantibus, petivit à Deo ut ſibi mori concederet, quia ibi ſcilicet, in vita æterna melius ſibi eſſet quàm hic. Frequenter ergo Deum rogans cum non exaudiretur, cœpit tædere & mœſtus eſſe. Quem Prior tunc noſter, *Ioannes Hueſden* audiens contriſtatum, in magna charitate viſitavit dicens. Frater mi chariſſimè, Dominus vobiſcum vult agere ſicut cum ceteris fratribus noſtris huc uſque facere conſuevit, ut hic in præſenti purgatorium veſtrum ſuſtineatis. Eſtote ergo fortis in Domino, & voluntati divinę in omnibus vos reſignetis, ipſe novit melius

lius quid vobis expediat. Itaque conſolatione ab eo ſuſceptâ, factus eſt animęquior. „

Bene ergo à Deo probatus, & carnibus obeſis extenuatus, communicatus & inunctus, decem & novem annis feliciter ab eo in ordine pęne peractis, in Octava Sanctæ Agnetis cum ſedens in lecto cœnare cœpiſſet, ſubitò morti appropinquans, Conventu noſtro, nobiſque à cœna per tabulam convocatis, migravit ad Dominum: inter *Fratres in VVindeſem* ante chorum ſepultus. Cui frater *Arnoldus* Supprior noſter tale tunc dedit teſtimonium, maius ſuum fore purgatorium, quod tam vehementer mori deſideraſſet.

Moritur.

Capvt LXIII.

De vita, ſanctâ converſatione, cellæ cuſtodia, & contemplatione fratris Ioannis Scutken, *Clerici devotì in* VVindeſem.

VIdimus in *VVindeſem* Clericum valdè devotum, ſenem & morigeratum, Magiſtri *Gerardi magni*, *Dominiq; Florentij Radevvini* diſcipulum, fratrem *Ioannem Scutken*, qui à iuventute ſua uſque in ſenium, & uſq; in finem vitę ſuę Deo devotiſſimè ſemper vixit, ut nunquam mortaliter peccaſſe à pleriſque crederetur. Ita cuſtoditus in verbis fuit & moribus, & in omni ſua

Ioannes Scutken Clericus.

Nunquam mortaliter peccaſſe creditur.

Digitized by Google

ſua converſatione ut raro veniret in publicum; ad monaſterij curiam, & officinas, raro loqueretur, niſi cum eis dumtaxat qui gratia boni conſilij ipſum quandoque viſitabant, quibus valdè conſolatorium, cordialem & internum ſe ſemper exhibuit.

Ioannis ſtatura.

Hic ſtaturę erat mediocris, corpore macilentus, & cute ſuperducta exeſus & areſactus, ut omnia oſſa eius dinumerari poſſe viderentur. In tali corpuſculo virum ſummè ſpiritualem ſe nobis exhibuit, moribus maturum, animo ſerenum, Deo devotum Fratribus benignum, verbis ædificativum, zelo Dei fervidum, iuſtitięque tenacem, & cunctis ipſum cernentibus motu, vultu & habitu ſpeciem Anachoretarum apertè præferentem, tanquam virum de antiquis diſcipulis Chriſti, Ægyptique Patribus in deſerto pœnitentiæ ſemper enutritum, nobis in exemplum à Deo tranſmiſſum. Nam à fundamento vitę verè ſpiritualis, quod in domo Domini *Florentij* à patribus acceperat, in nullo degenerans, in vita ſancta, devotis moribus, boniſque exercitijs intus & exterius coram Deo & hominibus ſemper & ubique quotidie profecit.

Sancta eius converſatio.

Humilitatis cellæ & ſilentij cuſtos & amator.

Altum verò ſtatum in Dei eccleſia minimè concupivit, quamvis bonus eſſet Clericus, & bene litteratus, in ſcripturis divinis apprimè eruditus, in Dei agnitione multùm illuminatus, & in eius amore accenſus & ignitus, ſed magis in ſuo nidulo humiliter ſe continens, cellæ & ſilentij cuſtos & amator, ut verus ſolitarius, uſque in finem permanſit. Et ibi ſeipſum ſuper ſe levans, ac Angelorum choris, Sanctorumque conſortiis frequenter ſe conſocians, in corde puro, conſcientia

ſcientia bona, & fide non ficta Deo ſe præſentavit, æterna veritate in dulci cordis iubilo, internis mentis oculis limpidiùs conſpectâ, quæ ſit ſanctorum gloria, qua lætatur in Patria, cælicolarum curia, regem donantem premia ſua cernens in gloria, utcumque prægustavit. Veris his cordis delitijs, internis ſuis obtutibus, deſiderijs & ſuſpiriis in ſanctorum ſplendoribus quotidie fuit refectus, ſæpiuſque recreatus, ut omnia ſua intima, divino lumine illuſtrata, Spiritus ſancti gratiâ in Dei præſentia dulciſſimè iubilarent præ jucunditate ſpiritus & animi ſtupore, ſuper ineffabili Dei bonitate, & tantis beneficijs tantillo exhibitis, in plurimas gratiarum actiones continuè prorumpentia, ac per dies ſingulos in oratione clamantia. *Divina contemplatur.*

O Pater amantiſſime! O Deus immenſe, dulce & venerabile, benedictumque nomen tuum » in meis præcordijs, & omnium hominum cordi- » bus, in omnique creatura creſcat & magnifice- » tur, quoniam dignus es omni laude, honore & » reverentia. Tu enim Domine clemens & miſe- » ricors, dulcis, & bonus es Deus. Et quid dicam? » Tu es fons & origo totius bonitatis, omniſque » virtutis. Idcirco laus & honor decent te per- » maximè. Sic orare conſuevit, & alios ſic orare, » & Deum laudare docuit. *Gratiarum actio.*

Libenter fuit in cella cum Deo occupatus, cellam pro paradiſo terreſtri reputando, quamdiu peregrinus & incola fuit in mundo. Et cellam fecit cęlum, cæleſtia meditando, Deum in corde ſuo continuè portando, frequenterque ſe Deo in cælis præſentando, immò & Spiritus ſancti pręſentiam, Angelorumque frequentiam in cella ſe- *Cella paradiſus, & cælum.*

cum prȩſentiens, cum in cella id ageret quod angeli in cælo, Deum videlicet cognoſcere, amare & videre, quandoque Deo frui, ipſique vacare, cùm ubique veritas prȩſto ſit ea frui valentibus. In lumine ergo gratiæ divinȩ, aperto corde in veritate ſic perambulans, paradiſique delitijs quandoque perfruitus, non mirum ſi cuncta viſibilia, & omnia mundi ſublimia contempſit & faſtidivit.

Cella quid fratri devoto conferat, & contra quid tepido.

Cella enim fratrem devotum in Dei timore ambulantem, ſalutem ſuam operari cupientem diu in ſe ſolet retinere, & omnia ſaluti ſuæ neceſſaria per quotidianum laborem manuum ſuarum, ſanctam lectionem, boni meditationem, & iaculatoriam orationem ſucceſſivè continuata perfectè docere Fratrem verò otioſum, tepidum, negligentem, inutilibuſque vacantem diu in ſe non ſuſtinet, ſed ipſum ad infelicis mundi negotia, ad res perituras, carnis deſideria, vanitates, & falſas inſanias cito ſolet propellere, ut tanquam porcorum ſiliquis mendicet ſaturari, qui in croceis ſcripturarum debuerat enutriri, ac conſcientiȩ bonæ dulcedine iugiter delectari.

Cellam exiturus armat ſe verbis S. ſcripturæ.

Hic frater *Ioannes Scutken*, cellam exiturus, quaſi iam continuò contra dȩmones pugnaturus, verbis ſapidis de ſcripturis pro animæ ſuæ ſalute mentis in memoriam prius repoſitis, ſtuduit ſe armare, ne inermis & inanis indevotè procedendo omni homini tranſeunti & dȩmonibus ſe tentantibus, ſibique ſemper dicentibus, *incurvare ut tranſeamus*, incautè conſentiens, proſtratus ſucumberet, exempli gratia. Militia eſt vita hominis ſuper terram. Nemo coronabitur niſi legitimè certaverit. In omni loco oculi Domini con-

Iob. cap. 7. 1.
2. Tim. 2. v. 5

tem-

templantur bonos & malos. Oculi tui ſint in capite tuo; hoc eſt in Chriſto crucifixo. Aut unum de quatuor noviſſimis, ſeu punctum aliquem diei ſui exercitij quotidiani. In cellam verò ſuam tanquam de maris pericu[illegible] portum tranquillitatis & pacis, quietum [illegible] imitum reverſus cũ gaudio ſtatim flex[illegible] ge[illegible] et capite inclinato, ad *Ieſu Chriſti* imaginem, gratias egit dicens orando. *Veni ſancte Spiritus* &c. aut unum *Ave Maria*, aut aliud huic ſimile. *Reverſus agit Deo gratias.*

Capvt LXIV.

De labore ſuo, fratrum informatione, & zelo rectitudinis eius.

HIc Pater devotus, in cella conſtitutus nunquam otioſus, ſed ſemper in bonis utiliter occupatus, ſcribendo, legendo, meditando, orando, deſiderando, contemplando, ſeu eruditioni ſalubriter inſiſtendo, bonus enim fuit ſcriptor, artificialiſque notator, plures libros cantuales Antiphonaria, lectionaria, Miſſalia & Gradualia, in bona fractura ſeu etiam textura pro choro & etiam diligenter valdè conſcribens, quibus uſque hodie tanquam novis & bene cuſtoditis utimur in divinis. Quoſdam etiam libros, videlicet Euangelia per annum, & Pſalterium, ſingula cum ſuis gloſis, ex dictis Sanctorũ per ipſum collectis, & alia quędam ſimilia, ex latino vertens in teutonicum, manu propriâ, littera rotundâ in pergameno vel franceno pro laicis noſtris conſcripſit. Librarius enim hic erat librorum teutonicorum, *Plures libros conſcribit.*

Digitized by Google

quos laicis legere ſcientibus conceſſit ad legendum. Ipſe verò per annos plus minùs duodecim, ſingulis pęne diebus laicis in refectorio ad prandium, & ad cœnam legere conſuevit, paſſus occurrentes ad intelligendum difficiles ſine libris exponens, quia bonus fuit catholicus, ſanctis ſcripturis plenus, Spiritu ſancto afflatus. Explicitâ autem lectione, poſt exitum laicorum ipſe in eorum refectorio ad manducandum ſtatim ſe ponens pranſus eſt, & cœnavit. Tantum denique in ſcribendo continuè inſudavit, ut frater *Arnoldus Kalker* tunc Supprior noſter de ipſo pronunciaret, quod extra tempus laboris plus ipſe ſcripſiſſet, quàm aliquis quicumque frater in tempore laboris. Tunc enim libros fratris noſtri *Gerlaci Petri*, in viſu deſicientis extra tempus ſcripſit laboris: qui libri nunc Priori in choro ſolent anteponi.

Lector laicorum in menſa.

Pius hic fuit Pater, bonus conſiliarius, optimuſque inſtructor Clericorum & laicorum, ad quem celebribus præcipuè diebus unus poſt aliũ, cum ſuis defectibus ſæpius accedentes conſilium & informationes humiliter requirebant. Qui utpote vir omninò ſpiritualis, in multis expertus, omnes angulos conſcientiarum ipſorum, tentationum origines, vitia & virtutes ſingulis apertè demonſtrans, vera tentationum remedia, vitiorum antidota, virtutum incrementa, modum & formam in via Dei & ſpirituali vita perfectè proficiendi, ipſis palam ad oculum ſub compendio demonſtravit. Vnde dicti fratres mirabiliter conſolati ad conſcientiæ ſuę pacem ſenſibiliter reducti, cum animi ſui renovatione & interioris ſpiritus

Optimus Clericorum & laicorum inſtructor.

Digitized by Google

titus ſtabilitatem in bono propoſito confirmati ab ipſo receſſerunt.

Non ſolùm autem laici & Clerici, ſed etiam fratres quidam chorales in anteriora ſe extendentes, boni conſilij gratia pro ſpirituali ſuo profectu ad ipſum confluxerunt: quia corda fratrum internorum ſuas ipſi devotiones aperientium, ſatis notabiliter in bonis confortavit. Et primò quidem devota eorum exercitia, ſancta deſideria, conatum in anteriora plurimùm collaudans, meliora ut dignum erat approbavit, ſuperflua & minùs utilia reiecit & confutavit, ac deinde mentes ipſorum ad altiora ſuſtollens planum dedit iter ad Dei amorem & agnitionem, divinamque contemplationem citius perveniendi. Vnde fratres valdè proficientes in via Dei & virtutum, per ipſum compendioſè ſunt inſtituti, illuminati & accenſi. Hæc ipſa ſæpius in nobis ſumus experti, cùm ipſum viſitantes magnam nos devotionem iuxta capacitatis noſtræ tunc exiguitatem habere putaremus, paruam tamen eam dixit eſſe reſpectu devotionis & fervoris ſanctorum Patrum præcedentium, viam nobis continuò ad illa maiora demonſtrans.

Fratrum in devotis exercitiis ſpiritualis instructor.

Fuit etiam devoti fratris noſtri *Gerlaci Petri* in contemplatione & internis ſuis conſiliarius, ſimiliter & Patris noſtri *Ioannis de Hueſden*, qui ad refocillandum in bonis ſpiritum, & mutuò ſe accendendum ipſum quandoque viſitabant. Sic fecit & frater noſter *Henricus Mande* in ſuis viſionibus & contemplationibus, & alij quidam ſeniores noſtri magis interni, ſimiliter & de aliis monaſterijs fratres quidam devoti, ſicut & presbyteri & Clerici devotarum congregationum, an-

tiquorum Patrum noſtrorum diſcipuli, qui omnes antiquæ devotionis fundamentum in eo inconcuſſum invenerunt ſemper, & Spiritum ſanctum in ipſo loquentem apertè cognoverunt. Sic enim ipſe intus tractus fuit à Domino, ita alios ſecum exterius ad Deum trahere nitebatur, ipſoſque à lumine & calore à Deo ſibi impreſſis illuminare & accendere ſatagebat.

Zelus eius contra abuſus primo fervori repugnantes.

Inter ceteras autem virtutes, zelus rectitudinis maximè in ipſo fervebat, unde ſi relaxationes, inſolentias ſeu abuſiones aliquas contra morem primi fervoris, vel laudabiles Patrum conſuetudines fieri deprehendit, illas protinus ſine omni perſonarum acceptione reprimere curavit. Cunctos enim devotos in via Dei rectè voluit ambulare, nec aliquem ſe ad dexteram, ſiniſtrámue declinare. Quod Dominus *Florentius Daventrienſis* omnium Pater de ipſo perſentiens, ſcripſit *Ioanni in VVindeſem Priori*. de fratre quodam naturaliter duro & inflexibili, habitum religionis poſtulante, ut ipſum cum ſuis defectibus dietim revelandis ad prefatum *Ioannem*, & ad quoſdam alios dirigeret. Rogaturum eos quatenus de ſuis defectibus ipſum admonerent, de quibus libenter ſe vellet emendare.

Ca-

CAPVT LXV.

De devotis exercitijs eius ferialibus, & feſtis diebus, infirmitate, morte, & purgatorio.

QVoniam alteratio operantem in eſſe conſervat, & non eſt durabile quod alternâ caret requie; idcirco ſingulis exercitijs, & manuum ſuarum operibus certa tempora deputavit. Manè enim circa horam quartam, cùm primo ſurrexit, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſigno crucis ſe conſignans, corde & voce ſimul; manibus complicatis, gratias egit Deo dicens. Gratias tibi ago, Domine Deus meus, quod de dono tuo adhuc vivo, hodie à te regnum tuum volo promereri. Nam omnia quæ hodie ſum facturus pro peccatis meis & animæ meæ ſalute, ad gloriam tuam volo perficere, & ab omni ſpecie mala mihi ſemper præcavere. Tunc orando, meditando, & interdum ſuſpirando primum punctum exercitij ſui illius diei ante ſe ponendo, veſtes ſuas induit, cunctaſque noctis phantaſias, & omnia quæ ipſum à Deo poterant retrahere viriliter poſtponens, animum ſuum liberum, & ab alienis expeditum Deo & divinis ſtuduit adaptare. Deinde Clericis, alijſque ſuſcitatis, *Matutinas*, & *Primas* de *Domina* una cum *Septem Pſalmis*, more Clericorum in *VVindeſem*, continuò *perſolvens* uſque ad horam quintam devotioni ſuæ vacavit.

Quotidianum eius exercitium.

Manè ſurgens munit ſe ſigno crucis.

Veſtiendo ſe orat, meditaturq́;.

Legit Matutinas & Primam de Domina, una cum ſeptem Pſalmis.

Cumque pulſaretur ad Miſſam, ingreſſus eccle-

ſiam retro inter laicos ad orandum ſe poſuit, ſedens ſupra pedes, cubitis ad ſcabellum levatis, facie vel mento manu velatâ, ſacris meditationibus & contemplationibus devotus intendit. Et quamvis frequenter in creatoris ſui magnitudine, gloria, laude, & maieſtate ſuſpenſus teneretur, in Miſſa tamen ſummâ, Dei bonitatem, infinitamque clementiam ſuper ſalute generis humani, in vita, paſſione, reſurrectione, & glorificatione eius conſiderans, liquefactus incanduit: ingentes internas ſuavitates, cordiſque delitias in corporali tunc eius præſentia ſentiens & prægustans. Denique cor ſuum igni illi inextinguibili divinæ ad nos dilectionis ardenti in altari amorosè coniungens, internis mentis oculis vidit & intellexit æternum vivum & verum Deum, gaudium Angelorum, beatitudinem Sanctorum, cæli & terræ Creatorem, animæ ſuæ delitias in gloria, & maieſtate cum Angelorum multitudine corporaliter ibidem præſentem, ipſum intuentem, audientem, & diligentem, quaſi cæli & terræ oblitum, & ſibi ſoli intendentem, & de altari ſancto ad ipſum inclamantem. O fili mi *Ioannes*, ego te creavi, homo factus te redemi, & jam de cælo ad te veni in exilio te conſolari, pro tuis peccatis ſatisfacere, vota tua exaudire, gratiam meam tibi conferre, & meam cæleſtem gloriam perpetuò tibi donare. ſi cunctis rebus creatis, creaturarumque amoribus ex animo poſtpoſitis, me velis diligere, imitari & ſervire, in corde tuo me portare, & immenſa mea beneficia, inter ubera tua collocare, quę tibi materiam miniſtrabunt me ardentiùs amandi.

Sacris meditationibus intendit.

Contemplationes eius tempore ſacrificij Miſſæ.

Hęc & his ſimilia ipſo revoluente, quid mirum ſi in

ſi in ſingulis vitæ *Ieſu Chriſti*, & paſſionis eius articulis accenſus ſit & calefactus, tanquam ipſe ſub cruce, immò & in cruce *Ieſu Chriſti* conſiſteret? Ibi ad cor eius per aperta vulnera mente introgreſſus, & cor cordi coniungens ab omnibus ſuis peccatis in ſanguine Chriſti ſe lauit, amoremque ardentem æternaliter ſe amantem, ignitis charitatis ſagittis vulneratus perſenſit. Aut certè in cęlo empyreo in medio lapidum ignitorum, in gloria Chriſtum conſpiciens peramplius accendebatur. Ideoque dies & noctes in ſpirituali gaudio devotę pertranſiens ſeipſum totum, & cuncta quę unquam potuit in bonam, perfectam & beneplacitam eius voluntatem promptiſſimè reſignavit. Solus novit expertus quid ſit Ieſum diligere, & paſſionem eius ſanctiſſimam devotiſſimę ruminare. Tunc etiam more Sanctę Eccleſiæ pro vivis & defunctis, diſtinctis tamen temporibus, conſuevit orare, ut illa ſalutaris Chriſti oblatio, veniam peccatoribus, iuſtis & bonis gratiam, beatis & ſanctis gloriam obtineat ſempiternam. Devotionem itaque ſuam in Miſſa ſic conceptam, totâ die ſecum portans, tanquam in alio mundo cæleſti & æterno ſemper converſaretur. verbis ſuis & exemplis moribuſque monſtravit.

Memoria paſſionis & Crucis Dominicæ.

Orat pro vivis & defunctis.

Certo ergo tempore orationi vacavit, ſuo tempore laboravit, ſe refecit & dormivit, ut nullum tempus ſine fructu vacuum abire permitteret. Elevationi cordis in Deum, & iaculatorijs orationibus etiam inter laborandũ frequenter inſiſtens, mirabiliter ac ſuaviter paſtus eſt interius; & cum manducaret, ad ſingula fercula mentem elevans, gratias egit Deo, qui in cun-

Nullum tempus illi ſine fructu vacuum.

Digitized by Google

Preces iaculatoriæ.

ctis fidelis procurator ſuus exiſtens, neceſſaria ſibi providit, dicendo per ſingula: *Gratias tibi Deus meus pro univerſis tuis beneficijs à te mihi donatis, Amen.* vel unum *Ave Maria*, aut unum ſuſpirium pro benefactoribus.

Prandio facto recogitat quatuor noviſſima.

Prandio facto aſſumpſit exercitia ad timorem Dei, cordiſque compunctionem ipſum iuducentia, de quatuor noviſſimus, morte ſua, extremo iudicio, pœnis purgatorij & inferni, aut regno cęlorum ſeu etiam de peccatis, quæ in libello, *Beatus vir*, de ſpiritualibus aſcenſionibus formaliter ſunt deſcripta, quatenus naturam ſuam ad levitatem tunc pronam in Dei timore conſervaret.

Libellus, Beatus vir.

Nocte iturus cubitum, capitulum culparum ſuarum diſtrictè ſibi ſervavit, ac de omnibus & ſingulis exceſſibus, & negligentijs ſuis, verbis, factis, & cogitationibus ab ipſo perpetratris, quantumque in virtutibus ſanctis & bonis moribus profecit vel defecit, quotidie examinavit, dirè de malè actis ſeipſum reprehendens, veniamque precatus emendationem veram, auxilio divino implorato, fortiſſimè propoſuit & rogavit Deum, ut infimę ſuæ creaturæ quotidie dęlinquenti parcere dignaretur, peccata ſibi dimitteret, gratiam contribueret, & gloriam condonaret merito ſuæ paſſionis ex ſola clementia. Oratione autē completa, in ſpe roboratus unum *Pater noſter* & unum *Credo in Deum* devotè legendo, & cum mattæ ſuæ oſculo veniam petendo, ſtratum ſuum dormiturus aſcendit, Hymnum *Chriſte qui lux es & dies*, aut *Cultor Dei memento*, aut aliud huic ſimile dulciter ruminando, in Deo & in bono ſuaviter dormivit: & ſępe dicebat: Qui capitulum iſtud veſpertinum quotidie ſecum ſervare neglexerit, aut

Iturus cubitum examinat conſcientiam.

Orat Deum ut peccata ſibi dimittat.

Digitized by Google

aut contempſerit, nunquam bene proficiet, ſed ſemper rudis, crudus, indevotus, internorum ſuorum ignarus & incompoſitus, non ſpiritualis ſed ſecularis utique remanebit.

Examini veſpertini fructus & utilitas.

In ſingulis feſtivitatibus pręſertim Chriſti, & ſuę Matris, & aliorum quorundam Sanctorum per annum occurrentibus, ſingularem ſemper & non parvam habere conſuevit devotionem, Matri ſanctæ Eccleſiæ & tempori tunc inſtanti ſe in exercitijs devotè coaptans. Singulis enim temporibus diligenter conſideravit, quod nobis feſta Chriſti, & Sanctę Matris Eccleſię inſinuant attendenda, imitanda, & reddenda, quid Chriſtus Dei filius in illis ſit operatus, quid paſſus, & quid meruit, reſurrexit & aſcendit, quantum nos dilexit, & in viis vitę quomodo nos præceſſit, quod ipſum in ſingulis imitari debeamus, & ad eius amorem ardentiùs inflammari. Quapropter his diebus, ut tempus ſalubriter occuparet, & proprię in hoc devotioni ſatisfacere curaret, multaș cantilenas, hymnorumque carmina ornatè & rigmaticè de feſtis pręmiſſis conſcribens compoſuit, in quibus ſuam ſententiam, cordiſque ſaporem luculenter ſatis expreſſit, quàm verè & ſincerè in fide, & ſpe, ac charitate fuerit fundatus, apertè demonſtrans.

Singularis eius in ſingulis feſtivitatibus conſideratio & devotio.

Venit ad eum aliquando frater quidam iuvenis, diebus ſe dicens celebribus non ſine magno tędio in cella poſſe conſiſtere, neſciens quid ageret, cùm Deo nondum ſciret vacare. Cui benignè reſpondit quod hęc verba, *Miſerere mei Deus*, aut alia his ſimilia, ſcriberet in dictica, & ſtatim complanãdo, iterũ ea deleret dicens: ***Domine Deus meus ad honorem tuum hæc feci.*** Dans ei intelligere, quod mini-

minimum etiam bonum ab homine bonæ voluntatis ad honorem Dei factum, bene Deo placeret. Vnde frater ille miratus dixit intra ſe:
» ego æſtimabam multa de Deo ſublimia me tunc
» debere cogitare, ſed ſi in talibus paruis rebus
» Deo potero complacere, cur me ipſum amplius
» volo contorquere? Et receſſit contentus, quod quandoque orando, aut Septem Pſalmos, aut alia legendo, quandoque ſtudendo, ſeu bonum punctum ad *rapiarium* ſcribendo, ſic dies feſtivos in cella poſſet peragere.

Tentato ſuccurrit. Venit etiam ad eum quidam frater laicus, tentationum remedia ab eo quæſiturus. Cui inter alia veræ conſolationis verba reſpondit. Ego quidem iam ſenex, tot annis in Dei ſervitio, iam expletis, ſi alios adhuc quinquaginta annos eſſem victurus, non tamen niſi in ſola Dei miſericordia confiderem me moriturum.

Cùm igitur ab initio fundationis Monaſterij noſtri per annos pluſquam quadraginta, multùm devotè, ſanctè, & religiosè inter fratres vixiſſet, infirmitate thiſicâ, ſucceſſivè tamen graviſſimè cœpit laborare, & tuſſi acutâ in pectoralibus conquaſſari, ut crudum quandoque humorem cum phlegmate pariter excrearet. Viſitatus autem à fratribus, & quomodo ſe haberet quęrentibus, cùm poterat prę rheumatibus, ſemper reſpondit. *Pſal. 33. v. 2.* Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Non enim murmuravit, nec contriſtatus fuit quod nimio prę dolore & phlegmatum intercluſione, vix poterat verba formare, ſed multum gratus Deo, laudem eius & voluntatem, quas cunctis ſemper rebus in corde ſuo prępoſuit, etiam tunc in ore,

fra-

589

fratribus notificavit: balſami ſuavitatem quam intus geſſit in anima audientibus foris per linguam dulciter evaporando. Valetudine itaque ingraveſcente, in cella ſua iacens, diverſis doloribus ſeni ſupervenientibus paulatim ad extrema cœpit appropinquare, eccleſiaſticiſque Sacramentis ritè communitus, paulatim deficiens, hęc ultima verba moriens pronunciavit. Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo, Gaudens gaudebo in Domino; & exultabit anima mea in Deo meo. Eia quàm bonum ibi eſt eſſe. Quibus finitis amplius non eſt locutus; ſed Conventu per tabulam agonizantium in unum convocato, felicem Deo reddidit ſpiritum, per manus ſanctorum Angelorum Deo creatori ſuo poſt modicum pręſentandum, ſub anno gratię milleſimo, quadringenteſimo viceſimo tertio, ipſo die Emerentianę virginis & Martyris. Cuius exuviæ poſt ſolemnes exequias, in ambitu ante cellam ſuam, quæ erat retro eccleſiam, videlicet ante Capellam Beatę Virginis & omnium Angelorum devotè ſunt tumulatę.

Voluntatem Dei cunctis rebus in corde ſuo præponit.

Eccleſiaſticis Sacramentis munitur.

Pſal. 33. v. 2.

Moritur.

1423.

Cuius tunc anima per quendam in *VVindeſem* Fratrem ſeniorem viſa eſt in purgatorio per tres horas detineri: ſed inde egreſſa quaſi ſtella matutina, & paulatim ut ſol lucens in virtute ſua, ſic pulchra & decora aſcēdit ad cęleſtia, vultui divinę glorię perpetuò ſocianda. Quid ita, cur accidit ut anima tam ſancta, carne iam ſoluta à tantis cęli delitijs tanto tempore differri promeruit, excidit à memoria. Sed novimus eum virum valdè zeloſum pro iuſtitia ſibi viſa uſque ad mortem agonizantem. Timemus ergo idcirco id ei accidiſſe, quod metas forte iuſtitię aliquando in iudicio

Viſio.

fuerit

Digitized by Google

quos laicis legere ſcientibus conceſſit ad legendum. Ipſe verò per annos plus minùs duodecim, ſingulis pęne diebus laicis in refectorio ad prandium, & ad cœnam legere conſuevit, paſſus occurrentes ad intelligendum difficiles ſine libris exponens, quia bonus fuit catholicus, ſanctis ſcripturis plenus, Spiritu ſancto afflatus. Explicitâ autem lectione, poſt exitum laicorum ipſe in eorum refectorio ad manducandum ſtatim ſe ponens pranſus eſt, & cœnavit. Tantum denique in ſcribendo continuè inſudavit, ut frater *Arnoldus Kalker* tunc Supprior noſter de ipſo pronunciaret, quod extra tempus laboris plus ipſe ſcripſiſſet, quàm aliquis quicumque frater in tempore laboris. Tunc enim libros fratris noſtri *Gerlaci Petri*, in viſu deficientis extra tempus ſcripſit laboris: qui libri nunc Priori in choro ſolent anteponi.

Lector laicorum in menſa.

Pius hic fuit Pater, bonus conſiliarius, optimuſque inſtructor Clericorum & laicorum, ad quem celebribus præcipuè diebus unus poſt aliũ, cum ſuis defectibus ſæpius accedentes conſilium & informationes humiliter requirebant. Qui utpote vir omninò ſpiritualis, in multis expertus, omnes angulos conſcientiarum ipſorum, tentationum origines, vitia & virtutes ſingulis apertè demonſtrans, vera tentationum remedia, vitiorum antidota, virtutum incrementa, modum & formam in via Dei & ſpirituali vita perfectè proficiendi, ipſis palam ad oculum ſub compendio demonſtravit. Vnde dicti fratres mirabiliter conſolati ad conſcientiæ ſuę pacem ſenſibiliter reducti, cum animi ſui renovatione & interioris ſpiritus

Optimus Clericorum & laicorum inſtructor.

Digitized by Google

titius ſtabilitatem in bono propoſito confirmati ab ipſo receſſerunt.

Non ſolùm autem laici & Clerici, ſed etiam fratres quidam chorales in anteriora ſe extendentes, boni conſilij gratia pro ſpirituali ſuo profectu ad ipſum confluxerunt: quia corda fratrum internorum ſuas ipſi devotiones aperientium, ſatis notabiliter in bonis confortavit. Et primò quidem devota eorum exercitia, ſancta deſideria, conatum in anteriora plurimùm collaudans, meliora ut dignum erat approbavit, ſuperflua & minùs utilia reiecit & confutavit, ac deinde mentes ipſorum ad altiora ſuſtollens planum dedit iter ad Dei amorem & agnitionem, divinamque contemplationem citius perveniendi. Vnde fratres valdè proficientes in via Dei & virtutum, per ipſum compendioſè ſunt inſtituti, illuminati & accenſi. Hæc ipſa ſæpius in nobis ſumus experti, cùm ipſum viſitantes magnam nos devotionem iuxta capacitatis noſtræ tunc exiguitatem habere putaremus, paruam tamen eam dixit eſſe reſpectu devotionis & fervoris ſanctorum Patrum pręcedentium, viam nobis continuò ad illa maiora demonſtrans.

Fratrum in devotis exercitiis ſpiritualis instructor.

Fuit etiam devoti fratris noſtri *Gerlaci Petri* in contemplatione & internis ſuis conſiliarius, ſimiliter & Patris noſtri *Ioannis de Hueſden*, qui ad refocillandum in bonis ſpiritum, & mutuò ſe accendendum ipſum quandoque viſitabant. Sic fecit & frater noſter *Henricus Mande* in ſuis viſionibus & contemplationibus, & alij quidam ſeniores noſtri magis interni, ſimiliter & de aliis monaſterijs fratres quidam devoti, ſicut & presbyteri & Clerici devotarum congregationum, an-

tiquorum Patrum noſtrorum diſcipuli, qui omnes antiquæ devotionis fundamentum in eo inconcuſſum invenerunt ſemper, & Spiritum ſanctum in ipſo loquentem apertè cognoverunt. Sic enim ipſe intus tractus fuit à Domino, ita alios ſecum exterius ad Deum trahere nitebatur, ipſoſque à lumine & calore à Deo ſibi impreſſis illuminare & accendere ſatagebat.

Zelus eius contra abuſus primo fervori repugnantes.

Inter ceteras autem virtutes, zelus rectitudinis maximè in ipſo fervebat, unde ſi relaxationes, inſolentias ſeu abuſiones aliquas contra morem primi fervoris, vel laudabiles Patrum conſuetudines fieri deprehendit, illas protinus ſine omni perſonarum acceptione reprimere curavit. Cunctos enim devotos in via Dei rectè voluit ambulare, nec aliquem ſe ad dexteram, ſiniſtrámue declinare. Quod Dominus *Florentius Daventrienſis* omnium Pater de ipſo perſentiens, ſcripſit Ioanni in *VVindeſem Priori.* de fratre quodam naturaliter duro & inflexibili, habitum religionis poſtulante, ut ipſum cum ſuis defectibus dietim revelandis ad prçfatum *Ioannem*, & ad quoſdam alios dirigeret. Rogaturum eos quatenus de ſuis defectibus ipſum admonuerent, de quibus libenter ſe vellet emendare.

CA-

CAPVT LXV.

De devotis exercitÿs eius ferialibus, & feſtis diebus, infirmitate, morte, & purgatorio.

QVoniam alteratio operantem in eſſe conſervat, & non eſt durabile quod alternâ caret requie; idcirco ſingulis exercitÿs, & manuum ſuarum operibus certa tempora deputavit. Manè enim circa horam quartam, cùm primo ſurrexit, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſigno crucis ſe conſignans, corde & voce ſimul; manibus complicatis, gratias egit Deo dicens. Gratias tibi ago, Domine Deus meus, quod de dono tuo adhuc vivo, hodie à te regnum tuum volo promereri. Nam omnia quæ hodie ſum facturus pro peccatis meis & animæ meæ ſalute, ad gloriam tuam volo perficere, & ab omni ſpecie mala mihi ſemper præcavere. Tunc orando, meditando, & interdum ſuſpirando primum punctum exercitij ſui illius diei ante ſe ponendo, veſtes ſuas induit, cunctaſque noctis phantaſias, & omnia quæ ipſum à Deo poterant retrahere viriliter poſtponens, animum ſuum liberum, & ab alienis expeditum Deo & divinis ſtuduit adaptare. Deinde Clericis, alijſque ſuſcitatis, *Matutinas*, & *Primas* de *Domina* una cum *Septem Pſalmis*, more Clericorum in *VVindeſem*, continuò *perſolvens* uſque ad horam quintam devotioni ſuæ vacavit.

Quotidianum eius exercitium.

Manè ſurgens munit ſe ſigno crucis.

Veſtiendo ſe orat, meditaturq́;.

Legit Matutinas & Primam de Domina, una cum ſeptem Pſalmis.

Cumq́ue pulſaretur ad Miſſam, ingreſſus eccle-

Digitized by

ſiam retro inter laicos ad orandum ſe poſuit, ſedens ſupra pedes, cubitis ad ſcabellum levatis, facie vel mento manu velatâ, ſacris meditationibus & contemplationibus devotus intendit. Et quamvis frequenter in creatoris ſui magnitudine, gloria, laude, & maieſtate ſuſpenſus teneretur, in Miſſa tamen ſummâ, Dei bonitatem, infinitamque clementiam ſuper ſalute generis humani, in vita, paſſione, reſurrectione, & glorificatione eius conſiderans, liquefactus incanduit: ingentes internas ſuavitates, cordiſque delitias in corporali tunc eius preſentia ſentiens & prægustans. Denique cor ſuum igni illi inextinguibili divinæ ad nos dilectionis ardenti in altari amoroſè coniungens, internis mentis oculis vidit & intellexit æternum vivum & verum Deum, gaudium Angelorum, beatitudinem Sanctorum, cæli & terræ Creatorem, animæ ſuæ delitias in gloria, & maieſtate cum Angelorum multitudine corporaliter ibidem præſentem, ipſum intuentem, audientem, & diligentem, quaſi celi & terræ oblitum, & ſibi ſoli intendentem, & de altari ſancto ad ipſum inclamantem.

Sacris meditationibus intendit.

Contemplationes eius tempore ſacrificij Miſſæ.

" O fili mi *Ioannes*, ego te
" creavi, homo factus te redemi, & jam de celo ad
" te veni in exilio te conſolari, pro tuis peccatis ſa-
" tisfacere, vota tua exaudire, gratiam meam tibi
" conferre, & meam cæleſtem gloriam perpetuò
" tibi donare. ſi cunctis rebus creatis, creatura-
" rumque amoribus ex animo poſtpoſitis, me velis
" diligere, imitari & ſervire, in corde tuo me por-
" tare, & immenſa mea beneficia, inter ubera tua
" collocare, quę tibi materiam miniſtrabunt me ar-
" dentiùs amandi.

Hęc & his ſimilia ipſo revoluente, quid mirum ſi in

ſi in ſingulis vitæ *Ieſu Chriſti*, & paſſionis eius articulis accenſus ſit & calefactus, tanquam ipſe ſub cruce, immò & in cruce *Ieſu Chriſti* conſiſteret? Ibi ad cor eius per aperta vulnera mente introgreſſus, & cor cordi coniungens ab omnibus ſuis peccatis in ſanguine Chriſti ſe lauit, amoremque ardentem æternaliter ſe amantem, igni- tis charitatis ſagittis vulneratus perſenſit. Aut certè in cęlo empyreo in medio lapidum ignitorum, in gloria Chriſtum conſpiciens peramplius accendebatur. Ideoque dies & noctes in ſpirituali gaudio devotę pertranſiens ſeipſum totum, & cuncta quę unquam potuit in bonam, perfectam & beneplacitam eius voluntatem promptiſſimè reſignavit. Solus novit expertus quid ſit Ieſum diligere, & paſſionem eius ſanctiſſimam devotiſſimę ruminare. Tunc etiam more Sanctę Eccleſiæ pro vivis & defunctis, diſtinctis tamen temporibus, conſuevit orare, ut illa ſalutaris Chriſti oblatio, veniam peccatoribus, iuſtis & bonis gratiam, beatis & ſanctis gloriam obtineat ſempiternam. Devotionem itaque ſuam in Miſſa ſic conceptam, totâ die ſecum portans, tanquam in alio mundo cæleſti & æterno ſemper converſaretur. verbis ſuis & exemplis moribuſque monſtravit.

Memoria paſſionis & Crucis Dominica.

Orat pro vivis & defunctis.

Certo ergo tempore orationi vacavit, ſuo tempore laboravit, ſe refecit & dormivit, ut nullum tempus ſine fructu vacuum abire permitteret. Elevationi cordis in Deum, & iaculatorijs orationibus etiam inter laborandũ frequenter inſiſtens, mirabiliter ac ſuaviter paſtus eſt interius; & cùm manducaret, ad ſingula fercula mentem elevans, gratias egit Deo, qui in cun-

Nullum tempus illi ſine fructu vacuum.

Preces iaculatoriæ. ctis fidelis procurator ſuus exiſtens, neceſſaria ſibi providit, dicendo per ſingula: *Gratias tibi Deus meus pro univerſis tuis beneficijs à te mihi donatis, Amen.* vel unum *Ave Maria*, aut unum ſuſpirium pro benefactoribus.

Prandio facto recogitat quatuor noviſſima. Prandio facto aſſumpſit exercitia ad timorem Dei, cordiſque compunctionem ipſum iducentia, de quatuor noviſſimus, morte ſua, extremo iudicio, pœnis purgatorij & inferni, aut regno cęlorum ſeu etiam de peccatis, quæ in libello, *Beatus vir*, de ſpiritualibus aſcenſionibus formaliter ſunt deſcripta, quatenus naturam ſuam ad levitatem tunc pronam in Dei timore conſervaret.

Libellus, Beatus vir.

Iturus cubitum examinat conſcientiam. Nocte iturus cubitum, capitulum culparum ſuarum diſtrictè ſibi ſervavit, ac de omnibus & ſingulis exceſſibus, & negligentijs ſuis, verbis, factis, & cogitationibus ab ipſo perpetratris, quantumque in virtutibus ſanctis & bonis moribus profecit vel defecit, quotidie examinavit, dirè de malè actis ſeipſum reprehendens, veniamque precatus emendationem veram, auxilio divino implorato, fortiſſimè propoſuit & rogavit Deum, ut infimę ſuæ creaturæ quotidie dęlinquenti parcere dignaretur, peccata ſibi dimitteret, gratiam contribueret, & gloriam condonaret merito ſuæ paſſionis ex ſola clementia. Oratione autē completa, in ſpe roboratus unum *Pater noſter* & unum *Credo in Deum* devotè legendo, & cum mattæ ſuæ oſculo veniam petendo, ſtratum ſuum dormiturus aſcendit, Hymnum *Chriſte qui lux es & dies*, aut *Cultor Dei memento*, aut aliud huic ſimile dulciter ruminando, in Deo & in bono ſuaviter dormivit: & ſępe dicebat: Qui capitulum iſtud veſpertinum quotidie ſecum ſervare neglexerit, aut

Orat Deum ut peccata ſibi dimittat.

Digitized by Google

aut contempſerit, nunquam bene proficiet, ſed ſemper rudis, crudus, indevotus, internorum ſuorum ignarus & incompoſitus, non ſpiritualis ſed ſecularis utique remanebit.

Examini veſpertini fructus & utilitas.

In ſingulis feſtivitatibus pręſertim Chriſti, & ſuę Matris, & aliorum quorundam Sanctorum per annum occurrentibus, ſingularem ſemper & non parvam habere conſuevit devotionem, Matri ſanctæ Eccleſiæ & tempori tunc inſtanti ſe in exercitijs devotè coaptans. Singulis enim temporibus diligenter conſideravit, quod nobis feſta Chriſti, & Sanctę Matris Eccleſię inſinuant attendenda, imitanda, & reddenda, quid Chriſtus Dei filius in illis ſit operatus, quid paſſus, & quid meruit, reſurrexit & aſcendit, quantum nos dilexit, & in viis vitę quomodo nos præceſſit, quod ipſum in ſingulis imitari debeamus, & ad eius amorem ardentiùs inflammari. Quapropter his diebus, ut tempus ſalubriter occuparet, & proprię in hoc devotioni ſatisfacere curaret, multas cantilenas, hymnorumque carmina ornatè & rigmaticè de feſtis pręmiſſis conſcribens compoſuit, in quibus ſuam ſententiam, cordiſque ſaporem luculenter ſatis expreſſit, quàm verè & ſincerè in fide, & ſpe, ac charitate fuerit fundatus, apertè demonſtrans.

Singularis eius in ſingulis feſtivitatibus conſideratio & devotio.

Venit ad eum aliquando frater quidam iuvenis, diebus ſe dicens celebribus non ſine magno tędio in cella poſſe conſiſtere, neſciens quid ageret, cùm Deo nondum ſciret vacare, Cui benignè reſpondit quod hęc verba, *Miſerere mei Deus*, aut alia his ſimilia, ſcriberet in dictica, & ſtatim complanãdo, iterũ ea deleret dicens: ***Domine Deus meus ad honorem tuum hæc feci.*** Dans ei intelligere, quod mini-

fratribus notificavit: balſami ſuavitatem quam intus geſſit in anima audientibus foris per linguam dulciter evaporando. Valetudine itaque ingraveſcente, in cella ſua iacens, diverſis doloribus ſeni ſupervenientibus paulatim ad extrema cœpit appropinquare, eccleſiaſticiſque Sacramentis ritè communitus, paulatim deficiens, hęc ultima verba moriens pronunciavit. Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo, Gaudens gaudebo in Domino; & exultabit anima mea in Deo meo. Eia quàm bonum ibi eſt eſſe. Quibus finitis amplius non eſt locutus; ſed Conventu per tabulam agonizantium in unum convocato, felicem Deo reddidit ſpiritum, per manus ſanctorum Angelorum Deo creatori ſuo poſt modicum pręſentandum, ſub anno gratię milleſimo, quadringenteſimo viceſimo tertio, ipſo die Emerentianę virginis & Martyris. Cuius exuviæ poſt ſolemnes exequias, in ambitu ante cellam ſuam, quæ erat retro eccleſiam, videlicet ante Capellam Beatę Virginis & omnium Angelorum devotè ſunt tumulatę.

Voluntatem Dei cunctis rebus in corde ſuo preponit.

Eccleſiaſticis Sacramentis munitur.

Pſal. 33. v. 2.

Moritur.

1423.

Cuius tunc anima per quendam in *VVindeſem* Fratrem ſeniorem viſa eſt in purgatorio per tres horas detineri: ſed inde egreſſa quaſi ſtella matutina, & paulatim ut ſol lucens in virtute ſua, ſic pulchra & decora aſcēdit ad cęleſtia, vultui divinę glorię perpetuò ſocianda. Quid ita, cur accidit ut anima tam ſancta, carne iam ſoluta à tantis cęli delitijs tanto tempore differri promeruit, excidit à memoria. Sed novimus eum virum valdè zeloſum pro iuſtitia ſibi viſa uſque ad mortem agonizantem. Timemus ergo idcirco id ei accidiſſe, quod metas forte iuſtitię aliquando in iudicio fuerit

Viſio.

fuerit tranſgreſſus, cùm ſcriptum ſit è diverſo; noli nimium eſſe iuſtus, ne fortè obſtupeſcas. *Eccl. 7. v. 17.*

Viſio. Item quidam laicus paulo antè defunctus, apparuit cuidam alteri in vita conſiſtenti, dicens ſe eſſe ſaluatum, & nunquam ſe crediſiſſe, quod Deus in iudicio tam iuſtus fuiſſet, ſicut experientia ipſe iam tunc probavit.

Iudicia Dei metuenda. O quàm metuenda ſunt Dei iudicia, qui nullum malum impunitum in electis dimittit. Frater iſte *Ioannes* ſemper multum abſtractè, cuſtoditè, & quietè vixit, ſemper in laboribus & bonis exercitiis occupatus & in fine vitæ multis pœnis & doloribus longo tempore fatigatus, ſed poſt mortem, ut Dei iuſtitię ſatisfieret, per ignem audivimus fuiſſe purgatum. Quantum ergo nobis timendum, qui in valdè multis frequenter offendimus, & parum vel nihil ſuſtinere parati ſumus: verumtamen Deo grates referimus infinitas, quod tales ac tantos viros fideles interceſſores ad regna cæleſtia iam ante nos pręmiſimus, quorum beatis veſtigijs, ſi fideliter inſtiterimus, eorum in cælis conſortiis adiungi non dubitamus;

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXVI.

De humilitate, & aliis multis virtutibus fratris Alberti VVinbergen *Clerici, & devoti in* VVindeſem.

VIdimus & alium in *VVindeſem*, eodem tempore Clericum, humilem valde & timoratum, antiquorum Patrum noſtrorum diſcipulum, fratrem *Albertum de VVinbergen*, qui vita, converſatione, moribus, inceſſu, habitu & exercitijs in omnibus & per omnia devotis presbyteris & Clericis congregationis *Daventrienſis* per ſe conformavit, & uſque in finem vitæ ſuæ in his perſeveravit. Hic de parentibus fuit divitibus, & plura bona temporalia, ſexcentas franciæ coronas aliaſque pecunias ſecum tulit ad Monaſterium. De quo fratres conventuales noſtri in *VVindeſem* multas valdè moleſtias, & plures diffidationes à fratre ſuo carnali, eiuſque cognatis, nihil omninò iuris in illis habentibus à principio perpeſſi, monaſterij combuſtionem valdè pertimeſcentes, tectum arundineū de dormitorio deponentes, aſſeribus, ligniſque & petris, ut hodie datur cernere, illud cooperuerunt, duoſque fratres pariter noctibus pro eius cuſtodia ad vigilandum deputaverunt. Inimicitijs autem ſopitis, Clericus iſte *Albertus* de ſuis divitijs non in gloriā elatus humanam, ſed magis in humilitate ſe curans deprimere, reputavit hæc bona temporalia propter

Albertus de VVinbergen.

Bona ſua temporalia confert monaſterio.

propter peccata ſua Deum ſibi dediſſe de quibus, ut ait, tot poſt tribulationes monaſterio provenerunt.

Fuit autem vir bonus, corpore macilentus, oſſa tantum & carnem, venas & cutem aridam & contractam viſus habere, ac omninò nullam ſeu parvam pinguedinem. Cuius rugæ frontis, & qualitas tota corporis teſtimonium de eo pręſtabant, quòd homo eſſet verè ſpiritualis, nihil in mundo diligens ſed in cælo converſans, tanquam vnus de Ægypti ſolitarijs, aut Paleſtinæ Anachoretis. Moribus enim valdè fuit compoſitus, vultu maturus, inceſſu modeſtus, Deo devotus, fratribus exemplaris, & cunctis gratus, ſermone ædificativus, tentatorum bonus conſiliarius, & in profectu virtutum inſtructor, in exercitijs ſuis internus, in conſcientia ſua purus, in ſenſibus cuſtoditus, in animo puſillanimis, & multum timoratus atque in omni converſatione ſua circumſpectus & ſanctus, propriam conſcientiam & Deum omnia videntem offendere ubique pertimeſcens, quod verbis ſuis & moribus, apparatu & actibus, cunctis ſe videntibus cum ipſo loquentibus ſeu etiam converſantibus evidenter oſtendit.

Varia virtutum eius genera.

Virtus autem humilitatis in ipſo permaximè præ ceteris emicuit, in cunctis Sermonibus, geſtis, actis & moribus, humiliora exercitia, loca inferiora & inſtrumenta viliora eligens & amplectens. Et cùm aliquando à fratribus inſtanter rogaretur, ut ad ſtandum vel ſedendum hoc vel illud faciendum, quod gloriam prętendebat, altiora conſcenderet, ſtatim cum omni, humilitate & ſui depreſſione humillimè reſpondit. Ego frater

Præ ceteris lucet in eo humilitas.

Digitized by Google

ter chariſſime, optimè hic ſto vel ſedeo, & bo- „
num inſtrumentum habeo,hoc quod à me requi- „
ritis nullo modo me decet. Gloriam enim & „
exaltationem quaſi quandam peſtem, & animæ ſuę venenum ſemper refugiebat, & in verborum ſeu operum ſuorum humilitate gaudens exultabat. Vnde ſępius mirati ſumus quod ſicut alij quidam ſublimia, ita ipſe humilia continuè affectabat, exteriorem humiliationem, interiorem reputans exaltationem, pręſertim cum iuxta Apoſtolum humilitas ſit virtus Chriſti, ***ut inhabitet in me virtus Chriſti***, id eſt humilitas. **2. Cor. 12. 9.**

Cùm verò competens eſſet grammaticus, in ſcripturis divinis plurimùm eruditus, in bonis exercitijs & veris virtutibus longo tempore exercitatus: fratres quidam chorales preſertim iuvenes proficere cupientes, clerici quoque & laici diebus ipſum feſtivis inferius in cella ſedentem, gratia boni conſilij quandoq; viſitabant, eo quod verus appareret ſervus Dei, & luceret in eo gratia divina. Quos in bono propoſito, in vita ſancta & religioſa, iuxta ſingulorum exigentiam, perſonarum qualitatem, naturæ diſpoſitionem, & ſpiritus ſui fervorem bene informare, & in timore Dei profectuque virtutum debitè inſtituere valdę fuit ſollicitus. *Inſtruit alios in timore Dei, & profectu virtutum.* Fratres autem chorales non tam ſermone, quam ſacrâ lectione, cùm eſſet ſcrupuloſus ad bonum inſtruxit, ut cùm tentationum ſuarum remedia, & virtutum exercitia ab eo requiſiſſent, non continuò ex ſeipſo ſuam ſuper illa ſententiam experientiamque reſpondit, ſed Patrum dicta Sanctorum pro tali tentatione vincenda, & exercitia optata captanda, ex libro legendo in medium produxit dicens. Ecce frater cha- „

„ riſſimè, contra huiuſmodi tentationes, & pro ta-
„ libus virtutibus acquirendis, ſic ſancti vicerunt, &
„ nobis in ſcriptis ſuis reliquerunt. Meliorem viam
„ ad hæc obtinenda vobis demonſtrare non poſ-
„ ſum; cum ipſi ſic faciendo, de inimico noſtro
„ triumphum & vitam obtinuerunt æternam. Sic ſe in humilitate & conſcientiæ ſuę ſeruans cuſtodia, fratres operarios de victoria reddidit certiores.

Fratres noſtri iuniores circa communionem, & feſta maiora orationum ſuffragia à pleriſque ſenioribus, & fratribus magis devotis flexis genibus & motu proprio expetere conſueverunt. Cùm ergo ad ipſum veniſſent, ille protinus petentium genibus provolutus humiliter petivit, ut ſurgerent & pro ſe orarent, quia ipſe magis, quàm illi hoc indigeret; quod frequenter in nobis ipſi ſumus experti. Qui cum cunctis plenus eſſet virtutibus, omnibus tamen pauperiorem, defectuoſiorem & magis indigentem per humilitatem in ipſo habituatam, ſe ipſum exiſtimavit.

Varia humilitatis exempla.

Et cùm dives & doctus ad monaſterium veniſſet, & uſque in ſuum ſenium in eo bene vixiſſet, nunquam tamen in aliquam libertatem, præſumptionem vel iactantiam, verbis, factis aut moribus etiam in minimo viſus eſt exceſſiſſe, ſed ſemper & ubique in omnibus, ut novitium bene morigeratum & devotum, in nullo ſe quęrentem & tanquam tunc primò ad monaſterium pauper veniſſet, ſic ſe reſignatum, obedientem & ſubiectum, ac ſine contradictione ad omnia paratum ſe cunctis exhibuit. Vnde & in *Donatum*, ſecundùm ordinis noſtri ſtatuta, à Priore & Conventu noſtro libenter fuit ſuſceptus, & non ad

Donatus.

ordinem,

ordinem, eò quod propter naturæ ſuæ debilitatem, & vocis raucedinem ad religionem & habitum regularium Canonicorum minùs aptus videretur. In quo quidem ſtatu obediens permanens, & fidelis cunctis diebus vitæ ſuæ, & unà cum converſis, & alijs quatuor laicis donatis, quater in anno capitulum fratrum viſitando, culpas ſuas teutonicè dixit, & diſciplinam ſuſcepit, etiam poſtquam presbyter factus fuit, diebuſque feſtivis laicorum collationi, propter donatorum ſtatuta, communiter interfuit, conſcientię ſatisfaciens.

CAPVT LXVII.

Quanta devotione per annos pæne triginta officium refectorary cuſtodivit, & quod presbyter factus humillimè ac devotè ſe habuit, & de morte eius.

ALbertus iſte clericus per annos ferme triginta continuos refectorarius fuit in *VVindeſem*, omnia ad hoc officium pertinentia ſecundùm ordinis noſtri inſtituta diligentiſſimè perficiens aut procurans, & fratribus in refectorio, cuncta ibidem neceſſaria cum magna charitate, honore, & reverentia ſollicitè ſubminiſtrans. Qui nō parvū devotionis affectū, conſcientię tranquillitatē, & cumulum meritorū inde ſibi perſenſit augeri, quod fratribus ſuis devotis, Deo creatori ſuo, die ac nocte ſervientibus dignus habitus fuit ſervire. *Refectionaria ſubit officium*

Sanctis enim angelis ibidem præſentibus, & fratribus ſuis ibidem obſequioſiſſimè famulantibus, ipſe mente ſe coniungens in appoſitione & remotione ferculorum cum cordis & capitis ſui devota inclinatione Deum veneratus eſt in ſingulis, fide recognoſcens, menteque revoluens quod corda fratrum, & corpora ſanctę Trinitatis ſunt templa, & Spiritus ſancti habitacula, quod cives ſanctorum ſunt, & Dei domeſtici, Ieſum portantes in pectore, maximè poſt communionem. Ita ergo in refectorio in cunctis ſe geſſit, talemque charitatem omnibus & ſingulis exhibuit tanquam unus inter Angelos Angelus converſaretur, neminem ſinens murmurare aut aliquem defectum ſuſtinere, quem poſſet ipſe ſupplere. Synapium pro refectorijs fratrum, converſorum, laicorum & hoſpitum ipſe ſemper, uno tantum adiutore, de licentia ſibi dato, ingenti cum labore per omne tempus illius officij molere conſuevit. Et inter laborandum non ad verba inania, deriſoria ſeu detractoria, charitatemque infringentia unquam fuit procliuis, ſed ſemper de Deo, de bonis exercitijs, de profectu virtutum, de lectione refectorij, aut alia divinæ ſcripturæ vera ædificatione plena cum ſibi collaborante ſolitus erat tractare.

Honorat in fratribus Deum ipſum.

Laborans ſemper quid boni ruminat.

Ad Primas quoque fratres conſuevit ſuſcitare, & tunc ſtatim primum ſignum pulſare, quod non ſine grandi profectus ſui fœnore exiſtimabat ſe perficere. Nam poſt meritum obedientię quod ſibi non fuit parvum, participem omnium bonorum per fratres illo die fiendorum hoc opere ſuo modico, & ſollicitudine diligenti omnium ſe fieri credidit, ideoque cum gaudio, novaque devotione

tone omni manè hora debita fratres ſuos chorales, & alios qui Matutinis tunc interfuerant, libentiſſimè ſuſcitavit.

In vita Chriſti & paſſione continuè ſe exercuit, & per eas devotè meditatas mentem ſuam qualificans, in fide, ſpe, & charitate continuè profecit, & per *Chriſtum* in cruce paſſum ad omnium divinarum ſcripturarum intellectum ſucceſſivè perveniens, in Dei cognitione & amore illuminatus & accenſus, intus in ſpiritu & veritate, non exterius in carne & mundo, viſus eſt ambulare. Et quia omnia de Chriſto conſcripta memoriȩ non potuit commendare, bonum de vita & paſſione Chriſti ſcripſit rapiarium, nucleum plurimorum doctorum in illo de Chriſto congeſtans. Et etiam in virtutibus cum frequenter ſe exerceret, alium etiam non parvum rapiarium ex dictis Sanctorũ edidit de virtutibus, in quo ſumma eius diligentia, exercitatio, & experientia in libris divinis apertè probantur.

Vitam & paſſionem Chriſti continuè recogitat.

Multa de virtutibus ex dictis ſanctorum colligit.

Plures etiam libros magnos & notabiles in pergameno & textura ſcripſit pro libraria, & uſque ad unum titellum, cuncta bene correxit, ut propria manus eius, & notæ in fine librorum appoſitȩ uſque hodie conteſtantur.

Plures libros ſcribit.

Cumque in tali ſtatu humili, ſimplici & abiecto plurimis iam annis optimè contentus, ſibi ſoli & Deo vacans, religioſè & devotè in monaſterio vixiſſet, Prior noſter *Ioannes Hueſden* cum ſuo Conventu decreverunt ipſum ad ſacerdotium fore promovendum. Quod cùm ad aures eius primò perveniſſet, præ pavore & honore illico obſtupuit, multum anxiatus & gravatus, & omninò contriſtatus, quod ad illud petebatur, ideo-

Vocatur ad ſacerdotium.

que ſe indignum, inſufficientem & inidoneum ad tam excellentem ſacerdotij gradum, ſanctis Angelis formidandum, rebus verbis & moribus querulosè vociferabatur. Suſpirijs igitur & gemitibus, verbiſque lachrymoſis ſe inde ſupportari humiliter precabatur. P*riore* autem noſtro in ſua ſententia permanente, tandem propter obedientiam antè repromiſſam non audens contradicere, quamvis multum difficiliter, humiliter tamen & obedienter ſuum ad hoc dedit aſſenſum. Qui cùm in clericatu diu fuiſſet Acolythus, ad tres maiores ordines ſucceſſivè fuit promotus.

Sacerdos factus quid egerit, qui vixerit.

Factus ergo presbyter, in cunctis valdè humiliter & omnino valdè devotè ſe ſemper habuit, ab omnibus quæ ſunt mundi alienans ſe & ſequeſtrans, ſe ſoli Deo & divinis deinceps vacare deſiderans, omnia ſua exercitia interiora & exteriora in ſe unum recolligens, ad hoc tantum direxit, ut caſto corpore & mundo corde, conſcientia bona, & fide non ficta, myſteria tam divina, ęternum vivum & verum Deum, regem gloriæ & Dominum maieſtatis ipſe parvus repens in terra vermiculus, quantum ſibi foret poſſibile, reverenter contrectare, & dignè poſſet aſſumere. Et dixit nobis. O Deus, ad quantas cordis ſollicitudines & corporis occupationes, per hunc ſacerdotij gradum à quiete mea pręterita iam deveni. Nimis enim fuit ſollicitus in ſua celebratione, ut intus conſcientiam illæſam cuſtodiret, verba Canonis perfectè proferret, ſignaque & geſtus debitè formaret.

Et quia in humilitate fuit valdè fundatus, ab ea in ſacerdotio etiam non receſſit, ſed in omnibus

bus rebus & inſtrumentis ſuis eam ſemper propoſuit, quia & in ſolemnibus feſtis, non ornamenta pretioſiora ad celebrandum exquiſivit, ut moris eſt pleriſque etiam iunioribus presbyteris in ſeculo ſeculari, & pulchris ornamentis oſtendere ſe geſtientibus contra morem Patrum antiquorum, qui ſemper in huiuſmodi ſenioribus deferebant, & ea contingere plurimùm erubeſcebant: ſed feſtivalia humiliora, iuxta feſtorum exigentiã prælegit ornamenta. Sic fecit de calicibus & ceteris Miſſę correquiſitis, dicens illa pulchriora humilitati ſuę non convenire, qui non ornatum corporis, ſed animæ requiſivit.

Vocatus ut Aaron ad ſacerdotium, ab humilitate non recedit.

Eligit ornamenta humiliora.

Cùm autem per annos pæne ſedecim in ſacerdotio ſuperviveret, à refectorarij tamen officio cum ſuis dependentijs ſupportari non expetijt, ſed uſque in finem vitæ fratribus menſam paravit, cibum & potum appoſuit, ac removit, ſynapium commoluit & ad Primas, fratres ut dictum eſt ſuſcitavit.

Fuit quoque vexillifer in feſtis proceſſionum, quod ſuperpellicio indutus, de ſanctuario deſcendens in magnam Conventus reverentiam ante fratres deferebat. Apparuit enim in facie, in inceſſu, & omni habitu ſuo vir valdè ſpiritualis & devotus, aſperſus capite canis, præ ſenio rugis in fronte contractis, & cute faucium præ abſtinentia vix oſſibus adhęrenti, tanquam unus ex *Ægypti* Anachoritis, & quaſi in ſepulchro tribus diebus iacuiſſet. In cuius tamen anima devotio non minima, virtutumque dulcedo abſconditæ reſederunt, quæ in oris ſui apertione maximè redoluerunt. Crucem ergo crucifixi geſtabat in manibus, ſed crucem pœnitentiæ, qua mundo

Crucem geſtat manibus crucifixus mundo

erat crucifixus, corde & corpore ſe portare in omni ſuo apparatu intuentibus ſe oſtendit. Quem fratres ſervi crucis contra mundum, carnem & diabolum quotidie decertantes ſub vexillo ſanctę crucis cum lætitia militantes, proceſſionaliter ſunt ſecuti, pœnitentiæ crucem deferentes uſque in altiſſima, quæ fecit Deus magnalia, in æterna Dei tabernacula.

Propter venerandam tandem eius canitiem, corporis ſui extenuationem, & naturam ſenio confectam Prior noſter *VVilhelmus*, ipſi Domino *Alberto* circa finem vitæ ſuę compaſſus, à refectorarij noſtri miniſterio cogitavit eum abſolvere, ut non circumeundo, ſed magis ſedendo quietè manducaret. Quod ipſe ut percepit, humiliter ſupplicavit in officio remanere, quia propter inolitam ſuam conſuetudinem non poſſet iam ſedendo, ſed melius ſe movendo panem manducare.

Sulpitius Clericus Refectorarius.

Manſit ergo in officio refectorarij uſque ad extremum pæne vitæ ſuę, donec factus infirmus, Sulpitio Clerico tunc devoto in *VVindeſem* ſuo poſtmodum in officio per longum tempus ſucceſſori, claues ſuas ad cellam perſonaliter deferret.

Moritur.

Ex tunc paulatim deficere & de dic in diem ad finem cœpit appropinquare. Paucis igitur diebus ante exitum ſuum grabato decumbens, Eccleſiæ Sacramentis communitus, in pręſentia no- Conventus in Domino obdormivit, ante fores refectorij in memoriam fidelis miniſterij ſui, in ambitu noſtro devotè ſepultus.

CA-

CAPVT LXVIII.

De ſancta vita, fervore, & converſatione, bonoq́ regimine magiſtri Ioannis Cele, *quondam Rectoris ſcholarium in* Zvvollis.

HIs de vita, moribus, converſatione & contemplatione ſanctis viginti quatuor illuſtriũ Patrum ac fratrum noſtrorum Conventualium in *VVindeſem* profeſſorum, ſeu inhabitantium, quorum omnium animas in cælo cum Chriſto eſſe, & regnare indubitanter credimus, firmiterque ſperamus, pro noſtra parvitate ſimplici ſtylo digeſtis, nunc ad ædificationem legentium & Monaſterij noſtri gloriam, in fine huius libri, vitam mores, & converſationem, regimenque ſcholarum prǽclariſſimi viri magiſtri *Ioannis Cele*, Rectoris quondam in *Zvvollis*, in *VVindeſem* ſepulti, utcumque deſcribere, & pro bona complenda præmiſſis annectere paucis attentabimus. Qui hanc viciſſitudinem, pro acceptis beneficijs nunc ſibi rependendam, olim à nobis dignè promeruit, cum dijs, Parentibus, & Magiſtris non poſſit reddi æquivalens, & ipſe Magiſter noſter cunctis frequentationis noſtræ diebus exiſtens, non tam triuialibus ſcientijs, quàm ſanctarum ſcripturarum intelligentijs, in timore Dei, verbo, & exemplo nos erudivit, & ingenti deſiderio cum Patribus noſtris primitivis, magiſtri *Gerardi Magni* diſcipulis in *VVindeſem* ſepeliri ſe petierit, in

Dijs, parentibus & magiſtris non poteſt reddi æquivalens.

noviſſimo die cum illis ſe credens reſurgere, cum quibus parili fide & devotione in Deum ſemper cucurrit, feliciterque conſummavit.

Ioannes Cele progenies.

Igitur magiſter *Ioannes Cele* de primoribus oppidi *Zvvollenſis* à progenitoribus proſapiarum *Sobben*, & *ten VVeerde* nativam trahens originem, à iuventute ſua ſemper fervens fuit & devotus, die ac nocte fideliter Deo deſerviens, ſcholas & eccleſiam libenter frequentans, pluresque coętaneos conſtudentes ingenij acumine antecedens.

Quadam quippe vice cùm manè diluculo ad ſcholas, vel eccleſiam feſtinans, & *Zvvollis* per pontem tunc ligneum inter rubeam turrim & forum in aliqua platea eſſet tranſiturus, in eiuſdem pontis podium tam valdè impegit, ut anterioribus quibuſdam excuſſis dentibus, dentiviſque colliſis ſanguinem ex ore proflueret, & dentes ipſos amitteret, prout hæc ipſa nobis in ſcholis publicè dixit & monſtravit.

Scientiæ deſiderio ad partes exteras ſe contulit.

Zvvollis igitur, cùm litteratum ſaporem parumper pręlibaſſet, ut ibidem ulterius multum proficere non valeret, eò quod ſchola tunc temporis illic eſſet exigua, ſcientiarum attractus amore, ſanctarumque ſcripturarum deſiderio ad partes ſe dedit exteras, plurimùm proficere in ijs concupiſcens. Cumque in artibus liberalibus, & aliis ſcientijs ſcholaſticalibus ad plenum eſſet eruditus, *Zvvollis* iterum repedando, regimen ſcholarium illic à *Scabinis* obtinuit.

Domum reverſus regimen ſcholarum aſſumit.

Rector ergo factus ſcholarium, cum gratia, ſanctitate & doctrina eſſet plenus, ſtudium *Zvvollenſe*

Digitized by Google

lenſe tunc ſatis exiguum, in bonum & ſolemne ſtudiū particulare ipſe promovit. Optimus enim juvenum fuit inſtructor, maiorum fidelis informator, magnus Domus Dei & animarum zelator, fervens divini nominis prędicator, bonus eccleſiaſtici cantus reformator, & ſtrenuus indiſciplinatorum corrector, Dei timorem, gehennę horrorem, Patrięque cæleſtis amorem, cum doctrinis ſcholaſticis diſcipulis ſuis incutiens.

Optimus Ludim agiſter.

Virtutum cul-ſeries.

Celebris ergo fama bonæ doctrinę, ſanctitatis, & doctrinæ eius in omnem circa regionem reſperſa, multos Clericos & ſcholares iuvenes & ſeniores hinc inde ad frequentandum ſub eo *Zvvollis* contraxit, *Colonienſes* & *Treuerenſes*, *Leodienſes* & *Traiectenſes*, *Brabantini*, *Flamingi*, *VVeſtphali*, & *Hollandini*, *Saxones*, *Clivenſes*, *Gelrienſes*, *Friſones*, ac alij quàm plures de diverſis *Teuthoniæ* partibus, civitatibus & oppidis, & villis in magno ſæpe numero, quandoque ultro octo vel decem centenaria ad ipſum confluxerunt, ut una tantum ſchola eos capere quandoque non ſufficeret: qui diligentes in ſcholis effecti, meliores & doctiores ad ſuos natales poſtmodum ſunt reverſi. Ditiores quique ſcholarium in foro competenti expenſas ſibi comparabant, alij in una domo ſub certo numero pariter commanentes proprias expenſas à parentibus ſibi tranſmiſſas ſucceſſivè inſumebant: pauperes autem, quorum non parvus erat numerus, oſtiatim mendicando, aut cum incolis civitatis per modica ſervitia faciendo ſumptus ſibi conquirebant, quibus & dictus magiſter Dei gratia libenter aſſumptis, doctrinæ ſuæ pretium gratis condo-

Celebris ſchola Zvvolis.

Pauperes docet gratis.

condonabat, & pecuniam pro papyro & ſimilibus comparandis non rogatus quandoque tribuebat.

Cùm autem multitudinem ſcholarium ad ſe confluentium debitè informare ſolus non ſufficeret, duos artium magiſtros, qui primo & ſecundo locis præeſſent aſſumpſit. Et quia octo locis ſeparatis ſcholam ſuam diſtinxerat, ſingulis locis ſpeciales lectiones diſtribuens, primarios de primo loco ſex locis inferioribus in lectionibus & examinationibus præeſſe conſtituit. Qui quandoque centum, aliquando octoginta, ſexaginta, quadraginta, ſeu etiam triginta ſecundùm ſub & ſupra ſcholares auditores in ſingulis locis habebant.

Quamvis autem magnam adhibuit diligentiam, ut diſcipuli eius in ſcientijs ſcholaſticalibus, Grammatica, Logica, Ethica & Philoſophia valdè proficerent, non tamen minorem immò ſępe maiorem exercuit ſollicitudinem, ut etiam in ſcripturis divinis, moribus bonis & honeſtis, vita ſancta & Chriſtiana, in timore Dei, cognitione & amore eius ſimiliter proficerent, dies maximè feſtivos in hoc ipſum oportunè totum expendens. Denique poſt Matutinas in choro *Zvvollis* tunc decantatas, epiſtolam dici per horam, ſic & poſt duodecimam, Euangelium ſimiliter per horam, veſperis autem finitis aliam ſcripturam divinam in communi omnium audientia ſolitus erat exponere. Et tunc etiam notabilia quædam dicta Sanctorum in futurum Clericis profutura per totam ſcholam pronunciavit, ſingulis ad ſua rapiaria cuncta ſcribentibus. Vnde epiſtolas & Euangelia in feſtis per annum occurrentia omnes habere

Inſtruit eos in pietate & timore Dei.

Tempus & modus inſtruendi ſcholares diebus feſtiuis.

habere voluit, & rapiarium theologicale, quo nucleum ſcripturę ſacræ brevibus in punctis colligerent, ut ita ſucceſſivè Dei notitiam, timorem, & ſapientiam novis feſtis memorię facilius commendarent.

Cantum eccleſiaſticum per certas menſuras voluit decantari, nullum diſcantum pręter lectiones in nocte *Natalis Chriſti*, & *Benedicamus* per ipſa feſta, propter feſti illius lætitiam in eccleſia faciliter admittens. Scholares intranei & quidam extranei ſuperpellicijs induti, officium divinum in choro decantabant, reliquos autem ſcholares maximè provectiores extra chorum ad latus eius Auſtrale Miſſis & Veſperis iuſſit intereſſe, nullum ibi veſte incompoſitâ, ſeculari more capucio capiti tranſversè impoſito, aut circa mentum revoluto paſſus aſſiſtere, ſed magis capite nudo, capucióve collo induto, aut ſuper ſcapulas inferiori parte cum tympa reflexo ſtare vel geniculari mandavit. Sed quem ſcholarum repperiſſet feciſſe contrarium, hunc de choro deſcendens, cunctis coram aſtantibus publicè confudit, & ut continuò eius mandatum impleret, ſtatim imperavit.

Ordo & modeſtia ſcholarium in templo.

Scholares cucullati.

Tunc ſcholares *Zvvollenſes* in bona fuerunt cuſtodia & in optima diſciplina, nec aliquando ſine licentia à ſcholis abeſſe permiſit, & delinquentibus pecuniariam pœnam non impoſuit, ſed iuxta perſonę qualitatem, exceſſuum quantitatem, & culpę modum ſingulos iuſſit plagari. Quo facto omnes huiuſmodi pœnam & confuſionem timentes, ſalutaria eius præcepta & scholę inſtituta tranſgredi metuebant. Si quem continentię & caſtitatis reppeririſſet tranſgreſſorem, hunc in ſcholis

Diſciplina.

ſcholis inventum, de mandato huius adductum ad pauimentum porrectum publicè per totam ſcholam virgis fecit vapulare, cunctis in exemplum ſimilia devitandi. Scholares vagos & truſatores nolebat admittere, nec ſcholas ſuas frequentare, tales enim cùm per piam admonitionem & aliqualem correctionē non potuit emendare, à ſcholis & ſua præſentia coëgit exire, ne perverſitas talium inſolentium bonorum fieret detrimentum, tantique Rectoris & ſtudentium inquietudinis fomentum. Vnde hos verſus in magna textura pergameno conſcriptos, poſti ſcholæ iuſſit affigi, quos etiam ad truſarum coartionem publicè ſępius pronunciavit.

Qui domicellari vult, nec par eſſe ſcholari
Ille domi maneat & domicellus eat.

Fuit ergo diſſolutis virga timoris, & bene diſcentibus baculus ſuſtentationis.

Schola Zvvollenſis ſeminarium Magiſtrorum & Doctorum

Multi ex auditoribus eius, cum bona doctrinæ fundamenta *Zvvollis* iecissent, ad altiora ſtudia univerſalia ſe tranſtulerunt, brevi poſt tempore in numero Magiſtrorum & Doctorum computati. Novit *Pariſius*, agnoſcit *Colonia*, fatetur *Erffordia*, nec ignorat *Romana* curia, quantos ſchola *Zvvollenſis* litteratos viros emiſerit; eodem magiſtro *Ioanne* per annos pluſquam quadraginta, uſque in ſuum ſenium ſcholas ibidem regente.

Quę etiam religio in tota regione reformata, vitâ & nomine pręclara viros præſtantes ex eius ſcholaribus ſe recepiſſe non gloriatur? Pręſertim *Regulares*, *Benedictinenſes*, *Carthuſienſes*, *Cruciferi*, & *Ciſtercienſes* non paucos ex eius diſcipulis ſui ordinis habuere profeſſores. Qui in virtutum exercitijs & veris ſcientijs in tantū profecerunt, ut

ut quidam eorum Monaſteriorum Abbates, Prępoſiti, & Priores, Eccleſiarumve Rectores poſtmodum ſint effecti. Didicerunt enim à bono magiſtro fugituram mundi gloriam, delitias & divitias propter Chriſtum ſpernere, & in hac mortali voragine nihil eſſe melius, quam ſpretis mundi illecebris cæleſti Domino militare. Docuit enim diſcipulos eccleſias ſedulò viſitare, devotè ibi ſe habere, ſacerdotes honorare, religioſos omnes amare, cum devotis converſari, frequenter orare, & divinis laudibus frequenter intereſſe. Egregia laus magiſtri tot laudum pręcones, quem ingens turba ſtudentium magnus cœtus presbyterorum, & vita probata monachorum ubique laudans recommendat.

Erat tunc delectabile *Zwollenſem* intrare civitatem, & tam electam multitudinem ſcholarium cernere frequentantem. Steterat *Zwollis* tunc optimè in civium regimine, ſeculares enim ſcholaribus non erant infeſti, devoti tunc liberè poterant Deo ſervire, ſacerdotes converſationis & vitę tunc erant honeſtę, & nullus de incontinentia publicè diffamatus, religioſi bene viſi & devoti ſatis erant accepti, & viri ſeculares qui populum regebant, & divina præcepta in ſe & ſibi ſubjectis ſervare ſatagebant, quia plures ex his ſcabini, viri eruditi eius fuerant diſcipuli, quem ſemper in reverentia & amore habebant, & ſanis eius conſiliis libenter acquieſcebant.

CAPUT LXIX.

De eius tentationibus, & quid Magiſter Gerardus *de ipſo ſenſerit, & quod ſacerdos fieri non præſumpſerit.*

MAgiſter iſte *Ioannes* contemporaneum ſuũ magiſtrum *Gerardum Magnum*, animarum zelo ferventem, rectè vivendi formam in ſeipſum exhibentem, verbum Dei in populo rectè pertractantem, à prędicationis ſuę exordio miro coluit affectu, virum ſibi in Chriſto unanimem, charum habens ex animo. Quem frequenter *Zvvollenſibus* verbum Dei prædicantem, libenter ſuſcepit hoſpitio, de ſcripturis divinis, ſanctis documentis, animarum ſalute, fide & ſpe noſtra, ac in Deum charitate ſępius ſecum conferendo, ad amorem Dei ſpiritus pinguedinem, animique fervorem hoc modo ſe mutuò accendere satagentes.

Zelo itaque fervoris & amoris, magiſter *Ioannes* accenſus ordinem *Fratrum Minorum* intrare deliberavit, cùm aliquando viſum fuit, quod id etiam promiſiſſet. Quem magiſter *Gerardus Magnus*, Dei ſapientia repletus, propter animarum ſalutem per ſalutarem eius doctrinam ſcholaribus infundendam retraxit à propoſito, pręſertim cùm nullum Monaſterium *Fratrum Minorum* in hac noſtra regione fuerat reformatum, unde & conſolatorias ſępius ei mittens epiſtolas, ſcripſit inter alia.

Frater

Digitized by Google

Frater & amice chariſſime ſitis lætus in Domino, ſervite Domino in lætitia, gaudete, & iterum dico gaudete. Revoluite ſæpe verbum iſtud. Deus corripit quos diligit, & flagellat quos recipit. *Hebr. 12.* Et habeatis certiſſimè, quod illa cogitatio promiſſionum veſtrarum de intrando ordinem Minorum, qui iam in partibus iſtis nullibi ſunt reformati, ſuſurrium eſt diaboli, quia diabolus habet poteſtatem ſecundùm promiſſionem divinam mouendi phantaſiam, ſecundùm diverſas cogationes & timorem ſimilem vovendi vel voviſſe incutere. Hoc multis authoritatibus poſſum vobis probare. In noſtra poteſtate eſt, tales cogitationes approbare vel reprobare. Vnde ſemper dicatis & habeatis quod diabolus ſit, qui ad intus vobis loquitur, & vos non ſitis loquens. Et quantumcumque ſeparat vos ab alia re quacumque, ſicut à lectura votorum, faciatis ſemper contrarium. Vtinam ſciretis credere & facere ſemper contrarium in deſpectum ſuggerentis. Superbus eſt enim, non poteſt pati deſpectum. Quapropter mi dilecte ſemper ſis lætus & hilaris, qui remotiſſimè es ab omni voto, & longiùs quàm ab habitu. In me & in animam meam capio omnia vota veſtra per præſentes litteras, quę infra annos tres vouiſti; in quarum rerum teſtimonio litteras has in dorſo ſigillavi. Ora pro me frater, & recommenda me recommendandis.

Item ad eundem. Ponatis aliqua in teutonico de ſcriptis meis, quæ vobis videntur utilia pro I*oanne Vmmen*, cœco fratre noſtro & ſocijs ſuis. *Ioannes Vmmen.* Deus omnipotens ſit benedictus, & influat in animam tuam, & benedicaris cum omnibus

„ benedictis per infinita ſæcula, qui ſolus eſt bonus.
„ Et oportet te flagellum eius qui ſine cauſa te turbat, patienter ſuſtinere. Nihil ita proficit contra diaboli tentamenta, ut magnus ait Anthonius, ſicut animæ hilaritas, & in Domino confidentia. Scis dilectiſſimè, quod in luciđiſſima & ſole lucente veritate omnia tua tentamenta omninò ſunt ſpernenda. Lux eſt, & clarè lucet. Ach, ach! quando quando erimus erimus ibi ibi, ubi ubi neque labor neque dolor! Amen.

„ Item ad eundem de operibus pietatis. Hortor vos in Domino ad hoc quod libens facietis ex vobis ipſo, ut pauperi iſti clerico ad religionem aſpiranti ſubvenire, & aliquos ad ſubveniendum ei dignemini adhortare. Nam præcellens eleëmoſyna eſt alios movere & promovere ad rem tam magnam, arduam, & perſeverantem, religionis videlicet ingreſſum, ubi ordo ſervatur, quia verè Chriſti eſt negotium.

„ *Matthiam* verò clericum, quia Chriſti, quia bonæ voluntatis, quia noſter, quia pauper & verecundus in negotijs ſuis diſponendis, & in hoſpitio habendo dirigatis, ut tempus leviter, quia pauper eſt, in neceſſariis tranſeat: & de neceſſitatibus cum Pſalmiſta liberatus, in bonis moribus veſtra introductione, ad æterna convaleſcat. In hoſpitio à forma pulchra vel petulanti ſibi puto cavendum, ideo cautè ad hoc reſpiciatis. Benedictus Deus qui vobis dedit poteſtatem ſuis bene poſſe facere.

„ Item ſcripſit paſtori de *Zvvollis* de eodem ***magiſtro Ioanne*** in hęc verba. Domine *Reynere*, Paſtor *Zvvollenſis*, amice in Chriſto chariſſimè, le-

gatione

gatione Dei ſpero fungens pro nupta veſtra ,,
Zvvollenſi eccleſia precor & exhortor, ut cum ,,
Magiſtro *Ioanne Cele* membro eius nobili licèt ,,
tentato pacem habeatis & concordiam, ac nul- ,,
lius ignobilioris membri obtentu abſcindatis à ,,
capite membrum transfixum & ſtabile, cuius par ,,
non invenietis in multis millibus. ,,

Ecce vir tantus magiſter *Gerardus Magnus*, quàm certis documentis, auctoritatibus & promiſſis in fide ſua non ficta ipſum in tentatione conſolando roboravit, cui infuſionem gratiæ & benedictionem gloriæ tam dulciter eſt imprecatus, quem tantum recommendavit, ut ipſum nobile membrum eccleſiæ, multis millibus præferendum pronunciare non dubitaret. Et verè ſic erat, cum totus mundus occiduus id ipſum proclamaret, qui verbo & exemplo multis fuit cauſa ſalutis.

Cùm igitur Magiſter iſte *Ioannes* epiſtolas & Euangelia ſuis in ſchola diſcipulis, & etiam ſecularibus auditorium ſuum ingreſſis cœpiſſet exponere, & verbum Dei ex libris divinis publicè pronunciare, ſicut & alij quidam viri & devotę ſorores plures ſecum in viam ſalutis cupientes protrahere, Dominus *Reynerus Paſtor Zvvollenſis* id niſus eſt prohibere, nolens ut verbum Dei ab aliquo niſi à ſeipſo, Capellanis ſuis & Terminarijs publicè legeretur aut prędicaretur. Quod magiſter *Gerardus* percipiens tale magiſtro *Ioanni* ſuper hoc ſcripſit reſponſum.

Reynerus Paſtor Zvvollenſis.

Dominus *Reynerus* Curatus in *Zvvollis* nullum ,,
habet iudicium ſuper ſuos parochianos, niſi in fo- ,,
ro conſcientiæ, ut bonos homines à veſtro audi- ,,
torio vel à ſcholis excludat contra iuſtitiam & ,,
ratio- ,,

Digitized by Google

„ rationem legitimam; minor quod ſe intromittat
„ de hoc quod feminæ loquantur cum bonis, aut
„ laici dicant bona uſurpans ſibi in hac parte pote-
„ ſtatem. Quicquid in iſto fecit, in hoc fecit vel ut
„ raptor, rapiens ſibi poteſtatem ſuper homines
„ quam non habet, & ſibi hoc ſcripſi. valete.

Conſiderans autem Magiſter *Ioannes* ſacerdotij ſtatum fore altiſſimum, & Angelicam ſupergredi poteſtatem, nimis eſſe terribile hominem ſecularem, moribus incompoſitum, multis peccatis, & vitijs ſubiacentem, à terrenis actibus & affectibus ad divina & cœleſtia nondum totum ſuſpenſum, angelicam nec dum vitam in terris ducere valentem, ad huiuſmodi excellentiſſimum in eccleſia militante ſtatum aliquatenus aſpirare, ſacerdos fieri non prǫſumpſit, nec ad ſacros ordines promoueri, ſed in humili ſtatu eccleſię deliberavit permanere.

Eligit in humili Eccleſiæ ſtatu permanere.

De ſtatu verò ſacerdotij ex ſcripturis divinis, doctorumq́ue ſententijs multa nobis dicere & pronunciare conſuevit, oſtendens valdè forè periculoſum, & animabus ſanctis nimis pernicioſum inſtare pro ſacerdotio, illis tamen permaximè, quibus vita cum nomine, & ſanctitas in effectu minimè correſpondent, qui latam & ſpatioſam viam ad hominum complacentiam, ut mundani presbyteri incedentes, honorari, beneficiari, dominari, vel molliter & abundanter vivere concupiſcunt, negligenter & perfunctoriè ſacerdotij gradum peragentes in damnationem ſuam perpetuam. Super quibus omnibus ſępe de multis ſanctis nobis exemplificavit, qui verè ſancti fuerunt, & tamen ad ſacerdotij dignitatem promoveri timuerunt. Magnus Pater *Benedictus* nigri

gri ordinis inſtitutor, & Sanctus *Franciſcus* fratrum Minorum fundator, *Effremq;* diaconus pręcipuus heremi cultor, magiſterque *Gerardus Magnus* ſuus contemporaneus, totius modernę devotionis & devotorum inceptor primus, mole magnitudinis & dignitatis ſacerdotij & conſcientia ſua preſſi, presbyterari recuſabant. Et *Marcus Euangeliſta* pollicem ſibi dicitur amputaſſe, ne ſacerdotii nouæ gratię officio fungeretur. Plura his ſimilia in vita ſanctorum Patrum & alibi habentur exarata. Multa quoque exempla de malis ſacerdotibus etiam nobis propoſuit, qui miſerabiliter hîc in peccatis viventes, in fine terribiliter ſunt defuncti, & in puncto ad inferna deſcenderunt. *Vdo Meydenburgenſis Archiepiſcopus* per beatam Virginem ad litterarum ſcientiam, & ad Primatus dignitatem promotus, per ſanctum *Mauritium* in eccleſia ſui nominis iuſſu beatę Virginis in conſpectu plurimorum ſanctorum terribiliter fuit decapitatus; prout id publicè in ſcholis nobis ceteris in terrorem ſcribendum pronunciavit. Et quidam *VVeſtphalus* ſacerdos focariſta moriturus exclamavit. *O æterna mors! O æterna mors!* & ſic exclamans expiravit infernum videns apertum, quò propter brevem carnis ſuæ delectationem ſtatim compulſus eſt intrare, æternis ignibus ſine fine cruciandus. Cordibus ergo plurimorum non parvum incuſſit horrorem ſuper ſacerdotii aſſumptione, præſertim ſuper animarum paſtorali regimine. Quibus tamen ſi omninò id fieri oporteret, conſuluit, ut paſtoralia beati *Gregorij* ſibi procurarent, & ſi facultas ſuppeteret, etiam eius moralia, ut cœcus cæcum non ducat, ne ambo in inferni foveam cadant, ſed magis

Sanctorum exempla qui ſacerdotii dignitatem recuſarunt.

Malorum ſacerdotum pœna terribilis.

Exemplum.

Sacerdos Fornicarius damnatur.

Digitized by Google

gis ex dictis ſanctorum qualiter ipſi vivere & alios docere debeant evidentiùs agnoſcant. Multa nobis in ſcholis ſuper his publicè pronunciavit, allegans illud decreti. Non eſt Paſtoris excuſatio, ſi lupus ovem comedat, & Paſtor neſcit, quia ſcire tenetur & prçcavere.

CAPVT LXX.

De exteriori eius converſatione, virtutibus, orationibus, doctrinis, & informationibus.

Ioannis ſtatura & indoles.

FVit autem magiſter iſte I*oannes* ſtatura brevis, corpore gracilis, membris attenuatus, cute contractus, in artibus bene litteratus, in ſcripturis divinis valdè tritus & illuminatus, in fraterna charitate accenſus, in Dei timore fundatus, & in eius dilectione pçne conſummatus, in ſuis moribus, actibus & affectibus pius, prudens, humilis, pudicus, ſobrius, caſtus, & quietus, omnia boni confeſſoris in ſe habens prædicata, omnes homines maximè ſuos ſcholares in virtutibus & ad Deum cupiens eſſe ſicut ſeipſum, ab omni ſpecie mala ſe abſtinentes, & eius conſilia pro poſſe, & noſſe ſervantes. Vt autem exemplar & formam bonæ vitæ & ſanctæ converſationis ſeipſum prçberet diſcipulis, incepit à ſeipſo, Chriſtum in hoc imitatus, non docens ſermone, quç prius opere non feciſſet.

Virtutum eius enarratio.

In habitu exteriori, moribus & converſatione m-

Digitized by Google

ne magiſtro *Gerardo magno*, *Domino Florentio*, & Patribus Congregationum per omnia ſe fecit ſimilem, niſi quod ſupernis tantum veſtibus nigris, videlicet tunica, toga, capucio, inferius verò albis ſemper fuit indutus. Qui & ſuos diſcipulos ſimiliter incedere verbo docuit & exemplo. Cuius facti gratia iſte modus veſtiendi, & more Patrum devotarum congregationum incedendi, à pleriſque bonis ſacerdotibus etiam in ſæculo commanentibus, in pluribus terræ noſtrę oppidis uſque hodie conſervatur in teſtimonium caſtimonię, ſanctę converſationis, & honeſtæ vitę prętatorum ſacerdotum, ut boni tunc diſcipuli à bono magiſtro, & à dictis congregationibus olim fuerant inſtituti.

Habitus eius

Manè horà ſecundà aut circa communiter ſurrexit, horas Beatę Virginis, Septem Pſalmos, & alia ſua quædam clenodia devotè perorando, ſacris meditationibus, bonis exercitijs, orationibus & contemplationibus dehinc ad tempus vacando, & ſic in ſede ſua parumper quieſcendo. Deinde horà conſuetà feſtivis diebus ad eccleſiam pro matutinis diei cum ſcholaribus in choro decantandis tempeſtivè pręvenit, ferialibus autem diebus ad ſcholas accedens, ſcholarium informationibus totus invigilavit, ſpiritum ſuum ſanctum cum ipſis doctrinis cupiens eis imprimere.

Temporis ſui per diem diſtributio.

Vacat orationibus ſacris meditationibus.

Vidimus eum frequenter in aliquo ſcholę angulo, quandoque per horam, magiſue vel minùs orationi iuſiſtentem, & flexis poplitibus, manibus complicatis, & in altitudinem faciei ſuę levatis, interdum ore clauſo ſine verborum ſtrepitu,

ſine litteris & ſyllabis, intentione tantum & affectu dulciter incumbentem, aut toto corpere proſtratum ſibi & Deo vacantem, tumultu ſcholarium circumſedentium minimè obſtante, prҿſertim cum nihil inſolitum in ſcholis ageretur. Ita fixus in ſuis permanſit exercitiis, ut per communem ſtrepitum ſcholarium inde non abrumperetur. Hҿc autem præcipuè facere conſuevit, cùm lectores locorum ſedibus aut truncis ſuis aſcenſis ſingulis ſuis lociſtis legendo ſeu examinando pritim intenderent.

Orat in ſcholis.

Similiter fecit in choro, collegâ ſuo magiſtro regimine chori gubernante, tunc enim in fine chori, ad gradus repoſitorij venerabilis Sacramenti, contra altare ſui nominis toto pæne tempore divini officii, aut flexis genibus aut convicimis inſidens ſedibus, oculis in terram defixis, aut ad corpus Dominicum in ciboriis aureis & argenteis ibidem contentum humiliter elevatis orationi ſuæ & contemplationi, ſeu cantus & pſalmodiҿ intellectui devotiſſimè vacabat. Et ut orandi in ſe affectum frequentiùs innovaret, quandoque vocaliter, quandoque mentaliter, aliquando in latino, interdum in teutonico, nonnunquam in utroque orare conſuevit, & nos ſimiliter exemplo ſuo perſuaſit; ſuas huiuſmodi orationes per totam ſcholam nobis pronunciando, in forma conſequenti.

» Domine Ieſu Chriſte, creator cæli & terrҿ, re-
» demptor & ſalvator mundi, Rex regum & Do-
» minus Domiantium, Princeps regum terrҿ.
» Domine ſancte, Pater omnipotens, ҿterne Deus,
» ſancte Deus, ſancte fortis, ſancte & immortalis
» miſerere nobis.

San-

Digitized by Google

Sancta virgo Maria, Mater Dei omnipotentis, „
regina cæli & terræ, Mater & Filia regis regum „
omnium, advocata noſtra. O hooghe weer- „
dige Vrouwe/ o weerde wyſlycke crea- „
ture/ o ſoete ſupverlycke jonckvrou/ quę „
ad illam magnam dignitatem electa es, ut eſſes „
Mater Dei omnipotentis, ô Mater omnis miſe- „
ricordiæ, pietatis & clementię, ora pro me ad „
dilectum filium tuum. „

Sancte Ioachim & ſancta Anna weerde Ou- „
deren der weerde Moeder ons liefs „
Heeren Jeſu Christi / verwerft my hul- „
pe van uwer dochter/ ende ghenade van „
uwes dochters kindt. „

Sancte Ioſeph cuſtos Virginis & filij, ora pro „
me ad Virginem, ut oret pro me ad Filium, ut mei „
miſereatur. „

Sancta Maria Magdalena weerde vrien- „
dinne Gods, quæ multum dilexiſti, & pecca- „
ta multa ſunt tibi dimiſſa, ora pro me, ut & „
mihi multa peccata dimittantur. „

Et ſemper dum campana ſignavit, quibuſcunque lectionibus vel locutionibus ſuis intermiſſis oravit dicens. *Deus propitius eſto mihi peccatori, propter magnam miſericordiam*, aut unum, *Ave Maria*, ut vel ſic horam illam ſine bono opere nullatenus ſineret præterire.

Orat ad ſignū campanæ.

Et ſacerdoti in Miſſa ſe vertenti & dicenti. *Orate pro me peccatore fratres.* reſpondere docuit. *Orent pro te omnes ſancti Dei, ut ſacrificium tuum ſit acceptum Deo omnipotenti, & fiat in remiſſionem omnium peccatorum noſtrorum, vivorum & mortuorum*, aut Pſalmum. *Exaudiat te Dominus in die tri-*

Pſalm. 19. *bulationis, mittat tibi auxilium de ſancto, memor ſit omnis ſacrificij tui,* &c.

Ad *Ave Maria*, in fine, *Ieſus Chriſtus, Amen*, addere conſuevit, *qui eſt glorioſus Deus ſuper omnia benedictus in ſæcula.*

Legenti aut cantanti aliquid, in choro & ubicumq;, litteras dixit inſpiciendas, quia ſic ſenſum verborum melius poſſet attendere, quàm oculos circumgyrando inania, vana vel carnalia inter legendum aſpiceret.

Dicta Venerab. viri Ioannis Cele.

Clerico licentiam ab eo petenti in *VVindeſem* pergendi, ad religionem pertentandam libenter data licentia ait. O Ioannes omni tempore be-
» nedic Deum, & pete ab eo, ut vias tuas dirigat
» & omnia conſilia in ipſo permaneant. Quod verbum bonum & ſuave, clerico illi per totam viam inhæſit, & cor ſuum non ſolum tunc, ſed etiã multo poſt tempore ad Deum direxit. Dum idem Clericus ad permanendum ire vellet in *VVindeſem*, acceſſit iterum ad magiſtrum. Qui
» ait. Non precor, mi *Ioannes*, ut multa poſt mor-
» tem pro me pſalteria legatis, ſed unum quando-
» que ſuſpirium ad Dominum pro me oro funda-
» tis. Dicebat autem: Multæ Deo devotæ vetulæ
» incedunt coram ſepibus omnia ſeptem in ſe ha-
» bentes dona ſancti Spiritus, quæ unum eius donum apertè non cognoſcunt. Illud nobis ſignificans quod non in ſcientia & ſermone, ſed in opere & virtute regnum Dei conſiſtit.

Regnum Dei conſiſtit non in ſermone ſed in opere.

Narravit ſępe nobis de quodam *Zelandrino*, quem presbyter poſt confeſſionem interrogavit, an etiam ſciret *Pater noſter*, Qui reſpondit. *habeo fratrem* carnalem qui bene illud novit, ego autem non ſcio, ſed modum eius bene ſcio. Et ſacerdos.

Quis

Digitized by Google

Quis eſt modus eius? reſpondit. *VVis, vvis, vvis, ſic enim frater meus dicens circumgyrat eccleſiam.* Sic faciunt multi horas canonicas, & alia multa legentes vel cantantes, verba dumtaxat proferentes, tanquam dicerent *VVis, vvis, vvis*, ſed parum attendentes, nihilque Deum rogantes, & laborem tantum ſine fructu pęne perficientes. Item dixit: quidam ab amicis invitatus, ad ſæpe potandum in receſſu ſuo fuit rogatus, Tandem equum ſuum aſcendens, adhuc ſancti *Ioannis* amorem, & ſanctę *Gertrudis* dilectionem bibere fuit compulſus: Gravatus ergo potu venit ad vadum: Et cùm equus ſuus bibere ceſſaret dixit ad eum. Iam ſancti *Ioannes* bibe amorem, & ſanctæ *Gertrudis* dilectionem. Qui propter verba ſua nihil amplius potavit, tunc dixit eques; Tu ſapientior es quàm ego. Ego propter amicos plus bibi quam ſufferre potui, & tu nullius imperio vel amore plus bibis, quàm tua natura requirit.

Arguit potantium ſalutes.

Dixit iterum. Rarò viſum eſt ut lupus caudam ovis in ore habeat: ſic rarò contingit ut qui in peccatis vivens ſemper lupus fuit, in fine vitæ converſus de lupo fiat ovis. Et rurſum. Si præcepta divina per patibulum infringi eſſent prohibita, meliùs obſervarentur quàm nunc, cùm per infernum & mortem æternam ſervari ſint mandata.

Invitatus à Paſtore *Zvvollenſi*, interrogavit ſervum eius quid infra Miſſam in eccleſia cogitaſſet, aut feciſſet, qui reſpondit. Diligenter conſideravi quomodo presbyter celebrans ibi ſe habuit, & quid fecit. Et laudavit eum, bonã dicens illã fuiſſe occupationem, quoniam pro omnibus pres-

presbyter ibi ſacrificat, & omnes cum eo & in eo conſecrant & communicant.

Contigit autem eum certis de cauſis perſonam ſuam concernentibus in *Arnhem* partis *Gelriæ* ſcholas ad breve regere. Quidam ergo ſcholaris qui *Zvvollis* cùm eo ſteterat, pecunijs & bonis ſuis conſumptis dixit intra ſe, Iſte bonus magiſter, multos bonos fecit diſcipulos, & quare me tam malum dereliquit? vadam ergo in *Arnhem*, & ipſum interficiam. Venienti igitur in *Arnhem* „ magiſter hic *Ioannes* lætus occurrit dicens. *Fili* „ *mi chariſſimè*, vocans eum ex nomine, *quomodo* „ *eſt vobiſcum*? Rogo vt mecum hodie eſſe velitis „ in prandio. Qui ſtatim acquieſcens dixit ei poſt „ prandium. O bone Magiſter, ego ad occiden- „ dum vos huc veni, nullam habens contra vos cau- „ ſam niſi veſtram bonitatem, & meam malitiam: „ ſed veſtra interveniente clementia, Dominus id „ prohibuit. Gratres ſint vobis, & Deus retri- „ buet.

CAPVT LXXI.

De interiori eius converſatione, fervore, amore, contemplatione, morte, & poſt mortem eius apparitione.

QValis interior eius fuit converſatio, ac mentis in Deum devotio, quomodo mundo mortuus, & mundus ſibi fuerat crucifixus, & ipſe mundo quis dignè poterit explicare? *Verus enim fuit Iſraëlita*, in quo dolus non fuerat, nullis pæne rebus

Ioan. 1.47.

Digitized by Google

rebus niſi tantum divinis, & quæ ad cultum divinum, & ſcholarium inſtitutionem pertinebant, die ac nocte ſe occupans, de domo ſua ad eccleſiam vel ad ſcholam ſeu Clericorum congregationem vicinam ſolùm ire conſuevit, ſed & Patrum Carthuſienſium, Regulariumque Cœnobia propter charitatem & animi renovationē quandoque viſitavit. Semper quocumque vadens, aliquid boni de Deo, de ſcripturis divinis, præſertim de Dei magnitudine & gloria mente revoluit. Nunquam ex eius ore niſi bonum, niſi Chriſtus, & quæ ad Chriſtum ſeu veras virtutes pertinent, audiebantur. Zelus domus Dei animam viri ſancti ſæpe comedit, cuius amori quotidie invigilavit; bonis operibus & virtutibus ſcholares ſuos inſtituens; ut ipſi conſequenter per totum mundum diſperſi multos in viam veritatis à mundi vanitatibus verbis converterent & exemplis. Maius enim bonum in hoc feciſſe ſe reputavit, quod rectores & magiſtros poſt futuros eccleſiarum ac verbi Dei prædicatores, iuxta normam Euangelij, vitam Apoſtolicam & ſanctorum doctrinam debitè inſtituerit, quàm ſi ipſe publicè populo prædicaſſet. Nam anni ſunt iam pluſquam quadraginta quod migravit à ſeculo, & adhuc nomen eius & doctrina ſalutaris celebres habentur in mundo, per eos qui ipſum audierunt, & ab eo informari meruerunt.

Nihil ſapit illi niſi Chriſtus.

Erga proximum charitas.

Quamvis autem ævo tener, mente tamen & intellectu in Dei cognitione & amore, in virtutibus & ſcripturis divinis quotidie proficiens, cor ſuum à vitijs & peccatis purgatum, à ſęculi vanitatibus & tumultibus liberum & exoneratum, ſurſum ad Deum levans, & creatoris ſui magnitudinem

Interior eius converſatio.

tudinem in ſeipſo, & in cunctis creaturis conſiderans,in eius laudem, admirationem, & ſtuporem frequenter reſoluebatur, omnipotentiam maieſtatis eius,ſapientiam diſpoſitionis creaturarum omnium, & ſummam eius in cunctis bonitatem capere non valens præ magnitudine, ſed ſępe inde cogitans, ipſaque avida mente pręguſtans intus Deo in anima ſępiſſimè iubilabat. Iubilus autem,ut nobis dicere conſuevit, eſt gaudiũ mentis ineffabile, quod nec eloqui, nec ſubticeri poteſt. Conſcientia enim ſua ſincerâ facie, tranquillo corde Deo ſe obtulit, ex eo quod intra ſe ſenſit dulcedinem admirationis & pacis, de illo infinito & ſummo bono animę ſuæ, unico vero & ſolo gaudio,extra quod nulla vera,permanens, & ęterna erit exultatio. Exultationem dixit extra ſe in Deum ſaltationem.

Timor Dei ante oculos eius.

Igitur ubicumque erat,quo modo ſe habebat, Deum apud ſe ſemper pręſentem videbat, ſicut coram angelis & omnibus ſanctis in cęlo pręſens eſt: ut ſicut illi vident,eum diligunt & perfruuntur, ita non minùs veraciter, licèt tamen per fidem & in ænigmate, non per ſpeciem ſeu facie ad faciem, hic homo devotus Deo eſt perfruitus, cùm ſecundùm Auguſtinum *veritas ubique præſto ſit* ea frui valentibus, à Deo refectus amavit & exultavit, ac ſępe iubilavit. Dignationem eius & bonitatem, optimam ſuper ſe voluntatem & intendentiam vehementer admirando. Vnde & exclamavit. *Quis ſatiabitur videns gloriam Dei?* Et

Eccl. 42 26. rurſum. Magnus Dominus & laudabilis nimis,
Pſal. 144.3. & magnitudinis eius non eſt finis. Laudate Do-
„ minum quantum poteſtis, ſupervalebit adhuc. Liquefactus igitur præ admiratione magnitudinis

Digitized by Google

nis Dei, geſtivit quotidie in corde ſuo gratias agere Deo ſuper admirabili magnitudine glorię ſuę, & votis ſuis omnibus, intimiſque precordiorum ſuorum affectibus, in plenitudine deſiderij ſuper his Deo reſpondere pro modulo ſuo concupivit. Et dicebat. Si tantus Dominus Deus noſter de excelſo cælorum habitaculo ad nos parvos vermiculos in terra repentes ſemel reſpexiſſet, magnum nobis valdè fuiſſet. Iam à regalibus ſedibus maieſtatis ſuæ deſcendens propter nos homo factus eſt: tanta faciens, docens, & perpetiens quis non caleſcat, & in ſtuporem reſoluatur? Amavit ergo Deum, & amando liquefiebat, prę dulcedine gloriæ Dei & decore domus eius, aſſurgere laborans in laudem gloriæ eius, & copiam melliſluæ dulcedinis cordis ſui latiùs in diſcipulos effundere. Idcirco verba laudis divinæ ſuper mel & fauum ori ſuo ſapiebant, ut hæc & ſimilia Dei magnitudinem & gloriam apertiùs exprimentia. Laudamus te; benedicimus te: Adoramus te: glorificamus te: Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Item. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum; quia ego ſolus magnificare eum non ſufficio. O quàm ſuave illi ſapiebat: Sanctificetur nomen tuum, & quàm frequenter publicè petebat nomen Dei in nobis ſanctificari, cuius ſanctitas in ſeipſo nec minui nec augeri poteſt. Cęli enarrant gloriam Dei, excellentiam videlicet maieſtatis eius in creaturis relucentem. Quantum autem quis magis cognoſcit, tanto ad ipſum magis accenditur ad amplius cognoſcendum, uſquequo perveniat ut facie ad faciem eum tandem cognoſcat, in quo humanę cognitionis ter-

Conſiderat altitudinem conſilii divini ſuper ſalutem generis humani, nec ſatiatur.

Amor & contemplatio.

Pſ. 33. v. 4.

terminus, & vera beatitudo conſiſtit.

Ad iſta nobis imprimenda, Orthodoxorum doctorum magna volumina ad ſcholas ſecum deferebat, in creatoris noſtri amorem & gloriam eius ſentiendam, publicéque prædicandam, verbis & exemplis, aſſertionibuſque ſanctorum valdè ſollicitus incitare.

Dicebat autem, videte admirabilem Dei ſapientiam in unaquaque arbore, quæ ſæpe mille & multo plura folia habet virentia, in omni forma & qualitate ſibi ſimilia, unũ folium ſicut aliud in ſingulis eius partibus habens figuratum, quaſi Deus cæli & terrę reliquarum eſſet oblitus, & illi tantũ arbori in ſpecie ſua formandæ eſſet intentus, cum tamen ſit Deus omnium omnibus &
" ſingulis creaturis ſemper pręſens & intentus. Et
" dicebat. Quamvis Deus ubique ſit per ſuam eſ-
" ſentiam, præſentiam & potentiam, familiari ta-
" men modo ineſt eis, qui eius mirificentiam acu-
" tiùs & fideliùs conſiderant. Et quamvis Deus
" ſit ubique, in cælo *tamen eius gloria magis relucet.*
" Dei bonitatem non ſatis poterat admirari, qui omnia fecit propter ſeipſum, & bonitatem ſuam infinitam. O quàm dulcè ſibi ſapiebat verbum illud Pſalterij. Laudate Dominũ quoniam bonus
Pſ. 134. v. 3. eſt Dominus, pſallite nomini eius quoniam ſua-
" *Pſ. 118. v. 68* ve eſt. Item bonus es tu, & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas. & illud Euangelij. An
" *Mat. 20. 15.* oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Multùm laudavit unius reſponſionem, qui interrogatus cur Deo vellet ſervire, reſpondit, quia bonus eſt Deus, ideo illi ſervire cupiebat. Bonus
" eſt Dominus & confortans in die tribulationis,
" & ſciens ſperantes in ſe. Item Dominus ait.

Quid

Digitized by Google

Quid me vocas bonum? Nemo bonus niſi ſolus Deus. O quàm bonus eſt Deus quærenti illum, ipſum in veritate invenienti, & in veritate ambulanti, non in carne & ſanguine ſeu mundi vanitate. Quanto cordis iubilo in Chriſti Nativitate Antiphonam decantabat, vel in organo ludebat. En magnum nomen Domini Emanuel, quod annunciatum eſt per Gabriel, *&c.* Et in nocte *Natalis* Chriſti dixit cogitandum. O Ieſu piiſſime, ô puer dulciſſime, da mihi digitum, pedem vel manum tuam ad contrectandum & deoſculandum. Quantum hoc nomen I*eſus* cordi ſuo dulceſcebat, oſtendit cantilena quam de illo ediderat à ſcholaribus decantanda, ita incipiens. Cordi nihil vivacius; auri nil tinnibilius, ori nil ſapit gratius, quam Ieſus Dei Filius. Hoc nomen tetragrammaton, magnum & ineffabile, quod dici fas authomaton, &c.

Luc. 18. v. 19

Invocatio Nominis IHESV.

» »

Contra carnales, tentationes beatam Virginem hoc modo dixit invocandam. Caſtiſſima virgo *Maria*, Mater Dei, ora pro me, ut non inducar in iſtam tentationem, aut unum, *Ave Maria* cum attenta devotione fore legendum. Conſuluit autem in communi, ſeptem *Ave Maria* quotidie in honore Beatæ Virginis à ſingulis eſſe legenda, propter gratiam ſpecialem ab ea impetrandam, exemplo ſuo, qui ita facere edoctus à ſacerdote in iuventute ſua notabilem inde gratiam eius perſenſit.

Oratio contra carnales tentationes ad B. MARIAM virginem.

Quadam vice *Zvvollis* in domo Clericorum, quos propter ſanctam eorum converſationem frequenter viſitavit, in cella fratris unius, Thomam legit de æterna beatitudine, ubi Chriſtus, iuxta Euangelium ſancti *Lucæ*, in regno ſuo præ-

 cinctus

Digitized by Google

cinctus electis in prima diſcumbentibus miniſtrabit, & addit ibi *Thomas*, tanquam ſervus eorum eſſet empititius. Quod cùm legiſſet, capere ſe non valens prę magnitudine bonitatis Dei, flexis tamen genibus adoravit, gratias Deo agens ſuper ineffabili bonitate, humilitate, & pietate ſua, in ſtuporem admirationem & laudem reſolutus & liquefactus. Accedens igitur ad ſcholas, continuò profundo facto ſilentio dixit nobis omnibus cum ingenti gaudio, maximum bonum ſe reperiſſe; quod oportuno tempore cunctis vellet manifeſtare, & interim ſuum animum ad tantum bonum ſuſcipiendum deſiderando præpararent. Et nobis tunc primariis, aliorum locorum lectoribus, qui tribus pęne annis in ipſo loco ſedimus, ſæpius querulando ingeminavit dicens, Cur maiori affectu tantum bonum ſcire non deſideraremus, nec eum frequentiùs ad hoc dicendum ſollicitaremus. Nobis autem id ſcire omninò petentibus, tandem die celebri, manè poſt matutinas *Zvvollis* decantatas, ſcholaribus in unum congregatis cum quibuſdam veris devotis, humilitatem beatæ Virginis in corde verbis & moribus primum nobis propoſuit. deinde intentum ſuum principale, humilitatem videlicet Domini noſtri *Ieſu Chriſti* primum in terris exhibitam, ac poſtmodum in cælis ſanctis ſuis exhibendam, ex ſcripturis divinis, magnis doctorum voluminibus ibidem ſecum aſſumptis, lucidiſſimè declaravit, omnes ad amorem, & divinæ bonitatis humilitatem, ac pietatis contemplationem non modicè accendens.

Itaque vir iſte beatus à pueritia ſua uſque in ætatem ſuam ſenilem à timore Dei incipiens, & in

Digitized by Google

in eo ſemper ſe conſervans, in multo fervore ſpiritus cum devotione, ferventi dilectione, & cordis ac corporis caſtitate quotidie proficiens, nunquam retroſpexit, ſed in anteriora & bona ſpiritualia, interna & æterna continuè ſe extendit: donec corpore deficiente, morti cœpit appropinquare. Et quia multos ſacræ paginæ libros ſibi comparaverat, dicens Dei teſtamentum in libris ſanctis conſiſtere, & ſanctam matrem noſtram Eccleſiam, fidem Catholicam, ſpemque futuri ſeculi, cæleſtis noſtræ Patriæ huc uſque per libros in eſſe conſervatas, & ſine ipſis diu periclitatas, idcirco de libris ſuis faciens teſtamentum, legavit in *VVindeſem* loco ſuæ ſepulturæ *Nicolaum de Lyra* litteralem, prę ceteris doctoribus expoſitorem ſuper totam bibliam, in undecim voluminibus curſum totius bibliæ, & Hoſtienſem.

Dei teſtamentum conſiſtit in libris ſanctis.

Librariam etiam de novo conſtituit in eccleſia *Zvvollenſi* ad latus eius Boreale, ferro, & lapidibus, feriſque munitam plures libros ſuos theologicales, & aliarum facultatum in ea mandans cathenari, ac devotis presbyteris, & alijs viris inde claves dari, ut omnibus illic ſtudere volentibus, liber pateat acceſſus. Cuius exemplum imitati quidam devoti presbyteri, & alij docti viri, etiam libros quoſdam ad legentium utilitatem librarię prę fatę teſtamento legaverunt. Reliquos verò libros ſuos diverſis dedit monaſteriis, ſeu devotis congregationibus.

Bibliotheca Ioannis Cele.

Tandem perveniens ad extrema, areſcente prę ſenio naturâ, & motu continuo membrorum reſolutâ, in præſentia multorum virorum devo-

Digitized by Google

torum eccleſiæ Sacramentis communitus, felicem reddidit Deo ſpiritum, angelicis choris perpetuò ſociandum, corpus ſuum in *VVindeſem* commendans humandum.

Tranſitus eius.

Cumque in quarta poſt Paſcha Dominica, corpus eius in *VVindeſem* tranſueheretur, multi presbyteri & viri honeſti, fœmineque devotæ tantas reliquias per unum milliare in curribvs ſunt ſecuti. Conventus igitur de *VVindeſem* per Occidentale oſtium eccleſiæ cum cruce, aquâ benedictâ & thuribulo fumante, corpori tam ſancto obviam procedens, cum campanæ ſonitu, & cantu conſueto, ipſum per eccleſiam in choro introduxit, & Miſſam pro defunctis poſt Miſſam diei pro animæ ſuę requie devotè percantavit. In qua quidem Miſſa, dum corpus eius feretro in choro eſſet repoſitum, anima ipſius Magiſtri cuidam ſeniori in choro exiſtenti poſt Sacramentorum elevationem apparuit dicens: ego ſum anima Magiſtri *Ioannis Cele*, cuius nunc exequiæ à Conventu peraguntur. Dicas Suppriori, quia Prior non eſt præſens, quod ſine purgatorio nunc ad cęlum vado propter amorem & zelum feruentem, quē ad ſcholares habui convertendos, & propter caſtitatem ab ineunte ętate ſervatam, ac etiam propter ſcrupulum conſcientiæ, qui me non permiſit in gravibus excedere. Officio igitur diuino pro eius depoſitione peracto, ante fores tunc eccleſię corpus eius traditum fuit ſepulturæ, ſarcophago magno lapideo loco ſuperpoſito, epitaphium ſuo fervori, operi & honori congruum & condignum ad pedes habens conſcriptum huiuſmodi ſub tenore.

Viſio.

Caſtus à pueritia.

Sepelitur in VVindeſem.

Mille,

Mille, quadringentis, denis, ſeptemq; ſub annis
Nona dies *Maij* ſepelevit hic oſſa *Ioannis*
Cele, diu *Zvvollis*, Rectoris in arte ſcholari,
Moribus & vita famaque per omnia clari,
Qualis erat, tales ſtuduit formare ſequaces,
Zelo ferventes, recti verique tenaces.
Hunc & in omne forum plus laudat diſcipulorum
Viva vox horum, quam vile poëma metrorum.
Eius ab ore quia quaſi fons dulcedine dia
Nomina crebro pia manant *Ieſus* atque *Maria*.

Item ex perſona ſua.

Redde Ieſu mihi te, quia pluribus inſonui te
Voce, manu puros dando tibi pueros
Dignificans & magnificans, & glorificans te
Vivens & moriens laude, labore, prece.

Oratio.

Captet in hunc tetra nullam mors altera ſortem
Poſt unam mortem, quem tegit iſta petra.

CAPVT LXXII.

Quod præfati Patres noſtri, quamvis exteriora miracula non fecerunt, idcirco non minus ſancti & illuſtres poßint appellari auctoritate ſanctæ eccleſiæ.

IN huius fine voluminis infirmioribus animis parumper reſpondendum iudicamus, qui conſcientiâ trepidante, ſeu ſapientiâ propriâ repugnantê, illos Patres Sanctos, illuſtreſve non arbi-

trantur, qui in preſenti vita, aut etiam poſt mortem miraculis non claruerunt. Nos multos valdè ſanctos in antiquo & novo legimus teſtamento, ab Eccleſia Dei pro verè ſanctis reputatos, immò & canonizatos, qui in vita ſua nuſquam miracula feciſſe referuntur. Vt ſunt *Noë*, *Abraham*, *Iſaac* & *Iacob*, & *Ioſeph*, & alij ſancti illius ęvi uſque ad *Moyſem* & *Aaron*. Sic *Samuel*, *David*, *Ezechias*, *Ioſias*, *Ieremias*, & *Ezechiel*, & duodecim Prophetæ miracula feciſſe non leguntur. Et in novo teſtamento, beatiſſima virgo *Maria*, ſanctiſſimus hominum *Ioannes Baptiſta*, & multi ſancti Confeſſores, & ſanctæ Virgines, in veritate ſancti, immò & ſanctiſſimi extiterunt, qui in omni vita ſua nuſquam miraculis claruerunt; ut in ipſorum vitis & legendis patet apertiſſimè. Signa enim, ſecundùm Apoſtolum, non fidelibus ſed infidelibus data ſunt. Miracula autem in eccleſia primitiva propter infideles ad vitam convertendos omninò erant neceſſaria, numeroſitate verò fidelium excreſcente, neceſſaria iam non ſunt, quia non litteraliter ſed ſpiritualiter ſigna in Marco credentibus ſecutura intelligimus nunc perficienda.

Eccleſia reputet ſanctos quorum neſcit miracula.

1. Cor. 14.

Miraculorum neceßitas in Eccleſia primitiva.

Qui ergo in fide, ſpe & charitate die ac nocte fideliter Deo ſervit, eius mandata perfectè cuſtodit, offenſam eius ut venenum & mortem devitat, beneplacitum eius in quantum ſcit & poteſt libenter adimplet, à rebus caducis & concupiſcentia carnis animum ſuſpendens ſeipſum in interna, & ęterna bona, meditando, orando, ſuſpirando, quotidie ſuſtollit; omnia miracula à Domino fidelibus in Euangelio conceſſa, fecit

Digitized by Google

eit ſpiritualiter, quæ multo ſibi melius proficiunt ad ſalutem, quàm ſi iſtis neglectis, multis aliis miraculorum millibus ipſe clareſceret. Miracula enim ſanctum non faciunt, ſed quandoque oſtendunt. In illa autem extremę ultionis die quibuſdam dicentibus, Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Tum reſpondebit. Nunquam novi vos, notitia approbationis; ſed bene reprobationis; Diſcedite à me qui operamini iniquitatem. Gratię enim miraculorum gratis datę ſunt principaliter ad utilitatem communem eccleſię, non ad utilitatem ſingularis perſonę, ideo quandoque per malos homines à Deo nobis dantur gratię, ſicut bona eleëmoſyna datur aliquando à bono Domino per malum ſervum. Quapropter ad diſcipulos Dominus dicit in Euangelio. In hoc nolite gaudere, quia dęmonia vobis ſubiecta ſunt, ſed magis gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo.

Miracula ſanctum non faciunt ſed oſtendunt.

Matth. 7. v. 22. 23.

Luc. 10. v. 20

Quamvis autem Patres noſtri primitivi, & alij viri ſancti, quorum vitam ſuperius utcumque iam deſcripſimus, exteriora iſta miracula in corporibus morituris minimè perfecerunt, maxima tamen miracula in multarum millium animarum perpetuè victurarum, interiori reſuſcitatione & ſalute, per ſe & ſuos in via Dei ſucceſſores, uſque hodie facere non deſiſtunt, dignum etenim eſſet & iuſtum, quod ad unius dumtaxat animę ęternis ignibus concremandę liberationẽ, totus mundus concurreret, & omnes angeli de cęlo deſcenderent ad conſtruendum ei monaſterium, quo cuncta neceſſaria ad Deo ſerviendũ ipſi providerent, ne

Maius opus eſt quod ex impio fit iuſtus, quàm creare cælum & terram.

ne pretiũ ſanguinis Chriſti pretioſum in ea contingeret evacuari, cum una anima melior ſit, quàm totius mundi ſubſtantia. Hinc valemus perpendere, quam pretioſi & ſancti ſint viri illi, qui per ſeipſos primum, & poſtmodum per alios verbis & exemplis multarum ſalutem animarum cooperantur in mundo, Deoque & Angelis non parvum gaudium procurant in cælo. Quorum etiam corpora non minimè ſunt veneranda, quę animabus ſanctis fidelia fuerunt tantorum bonorum inſtrumenta. Nam animæ ſanctę niſi in ſanctis corporibus poſſunt habitare. Sponſa ergo Chriſti nova de cælo deſcendens *VVindeſemenſis Eccleſia*, Spiritu ſancto fœcundata, per Patres iſtos illuſtres multos genuit ex ſe filios, monaſteria & perſonas, quos in camino paupertatis, in continentia caſtitatis, in obedientia veritatis, & in diſciplina obſervantiæ regularis bene limatos & probatos, ad gaudia iam dudum tranſmiſit, & uſque hodie tranſmittit ęterna. Arbor enim bona non poteſt malos fructus facere. Fructus huius arboris in medio Paradiſi, plantatæ, ſunt lucrum animarum, Dei gaudium, & Angelorum, ſtudium bonorum morum, virtutum exercitatio, novus fervor religionis, devotionis gymnaſium, Euangelicę perfectionis adimpletio, chariſmatum Sancti ſpiritus dulcis prægustatio, & bonorum operum multiplex accumulatio. Ex huius arboris bonę fructibus bonus flagrat odor Deo in omni loco; Almanię videlicet illuminatio, profectus ſanctę eccleſię, tanta ſalus in mundo, & tantum gaudium in cęlo. Iſta probant novam ſponſam *VVindeſemenſem* ex Deo natam, & ſalus multa animarum ex ea quotidie procedens, de Spiritu

Melior eſt anima una quam ſubſtantia totius mundi.

VVindeſem Mater multarum Eccleſiarum.

eam

Digitized by Google

eam fore ſancto, quę multipliciter uſque hodie temporaliter creſcit, & ſpiritualiter ab Occidente in Orientem ab Aquilone in Meridiem.

Loquimur adhuc pauca de miraculis, & animarum curatione. Si quis omnes Almanię infirmos corporaliter tantum curaſſet, omnes cęcos eius illuminaſſet, ſurdis auditum reſtituiſſet, claudis greſſum, leproſis munditiam, quod etiam mortuos reſuſcitaſſet: tamen omnia non eſſent miracula tam efficacia, nec ſigna tam ſalutifera, ſicut unius languentis animę à peccatis & ab æterna morte curatio, ac vera ejus in fide, ſpe & charitate reſuſcitatio. Nam corporum ſalus, periculum plerumque eſt animarum, quia infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Non in fortitudine ſua roborabitur vir. Non in fortitudine equi voluntatem habebit Deus, nec in tibijs viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant in miſericordia eius. Melius eſt hominem luſcum, cęcum, vel claudum intrare in regnum cælorum, quam duos oculos, manus, aut pedes habentem, mitti in gehennam ignis.

Vnius animæ à peccatis & ab æterna morte curatio maior eſt quam mortui reſuſcitatio.

1. Reg. 2. v. 9.
Pſal 146. v. 10. 11.
Mat. 18. v. 9.

Corporalis lux communis eſt homini cum muſcis & beſtiis, ſpiritualis autem lux, communis eſt homini cum Angelis; per illam mors quandoque intrat in animam, per iſtam vita redit in eam. Doctor bonus tot mortuos ſuſcitat, tot cæcos illuminat, tot infirmos curat, quot homines verbo ſuo, & exemplo, aut ſollicitudinis ſuæ zelo, aliave qualicumque occaſione in anima interius illuminat, à peccatis & vitijs reſurgere facit, in bonam voluntatem & ſanctum propoſitum inducit, & in ſpem vitę ęternæ regenerat. Iſta

autem miracula multo pretioſiora ſunt, quàm corporalia; quia ſpiritualia etiã digniora, quia in ſubjecto digniori, miracula corporalia in multis excedentia, ſicut anima corpus, ſtella glebam, aurum lutum cęlum & terram

Peccata verò ſunt quæ ſeparant inter nos & Deum: *oppoſuiſti enim nubem ne tranſiret oratio.* Minùs igitur malum eſſet, in communi rei veritate loquendo, quod centum civitates & villę uno die conflagrarent, quàm quod vnum peccatum mortale ab aliquo committeretur. Primò, quia tunc Deus offenditur, cum contra eius pręcepta peccatur, ubi quis totum mundum, & omnes creaturas citra Deum meritò ante ſineret interire. quàm Dei voluntati & eius mandato non obediret, Secundò, quia in omni peccato mortali anima peccatrix moritur, quę initium habet & nullum finem, cùm ſit ipſa perpetua. Minùs ergo malum eſt rem quamcumque temporalem perire, quàm animam à parte poſt æternam, cum Dei offenſa mortaliter peccare.

Thren. 3. v. 44

Stipendium peccati.

In hoc tamen non parvum eſt remedium, quòd homo dum adhuc vivit, poterit pœnitere, & peccata ſua conterendo, confitendo & ſatisfaciendo delere. Valdè autem periculoſum eſt in peccatis ſine pœnitentia permanere. Si enim linguis hominum loquereris, & Angelorum, ſi tot homines per tuam doctrinam converteres quot ab initio fuerunt in mundo, vel quot ſtellæ ſunt in cælo, & teipſum à mortalibus per pœnitentiã non mundares, factus es velut ęs ſonans, aut cymbalũ tinniens, aut ſicut campana ſe ipſam conſumens, & hominum utilitati deſerviens. Quod ſi per tuam ſcientiam omnes principes, & reges mundi, &

1. Corinth. 13

Digitized by Google

di, & totus mundus pacificè regeretur, & à peccatis mortalibus per pœnitentiam te non corrigeres, nihil proficeres; ſi omnes Iudeos, Hęreticos, & paganos ad fidem converteres, & in mortali peccato eſſes, nihil tibi prodeſſet ad æternæ ſalutem vitæ. Si mille clauſtra conſtrueres, & mille hoſpitalia propria manu ædificares, & in illis omnes mundi pauperes de bonis tuis paſceres, quamdiu es in peccato mortali, non es in ſtatu ſalvandorum; ſi corpus tuum ad cremandum dares, ut Sanctus *Laurentius*, ad excoriandum ut Sanctus *Bartholomeus*, ad crucifigendū ut *Petrus*, ſi in unico mortali peccato mortuus fueris, nunquam ſalvaberis. Si mille millia Miſſarum pro te dicerentur, ſi omnes ſancti, cum omnibus angelis ante Deum proſtrati uſque ad diem noviſſimum ſanguineas lachrymas pro te effunderent orantes, non flecterent miſericordiam Dei ad miſerendum tui, ſi in tali peccato deceſſeris. Nulla valent medicamenta ad ſanandum vulnus, quamdiu ferrum in eo manet fixum, ſic nulla bona opera proderunt ad æternam ſalutem, niſi peccatum mortale prius relinquatur. Quantum ergo Patres noſtri promeruerunt, qui infinita peccata fieri occaſionaliter prohibuerunt, & animas infinitas Deo ſimiliter acquiſierunt!

Nulla bona opera proſunt ad vitam æternam niſi peccatum mortale relinquatur.

Licèt autem pauca hęc præmiſſa de patribus ſupradictis in lucem protulimus, plures tamen & alios in *VVindeſem* Patres & Fratres vidimus, ſed & presbyteros, Clericos, & laicos valdè bonę vitę & converſationis, qui non minori fervore, ſinceritate, devotione, & zelo diſciplinæ, in timore Dei, viam mandatorum eius quàm

quàm ipſi cucurrerunt quorum plures etiã Priores, Rectores, & inſtitutores monaſteriorum fuerunt, & cauſa ſalutis plurimorum, à quibus & poſt mortem, in teſtimonium ſalvationis ſuę viſiones viventibus ſunt oſtenſæ. Sed ut faſtidium legentibus tolleremus, in patribus hîc præmiſſis huius voluminis finem imponimus; primum Monaſterij & Capituli noſtri ſeruorem, bonam inſtitutionem, diſciplinę rigorem, & optimam apud Deum & homines eorum converſationem, arbitrantes ſatis elucubratam, ipſis in ſalutem, nobis & poſteris noſtris in exemplum; ut ipſos imitantes, & viam mandatorum Dei legitimè certando decurrentes, æternę pręmia beatitudinis, Angelis ſanctis aſſociati, cum ipſis mereamur perpetuò poſſidere. Preſtante Domino noſtro IESV CHRISTO, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus benedictus in ſęcula.

Epilogus.

AMEN.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

637

CHRONICON CANONICORVM REGVLARIVM MONTIS S. AGNETIS.


AVCTORE

THOMA à KEMPIS

eiuſdem Monaſterij

Religioſo.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



ANTVERPIAE,

Apud HIERONYMVM VERDVSSIVM.

ANNO CIƆ IƆC XXI.

Digitized by Google

Narraverunt nobis quidam de ſenioribus noſtris ex primis habitatoribus domus noſtræ, quòd antequam monaſterium in hoc loco fieret, & priuſquã aliquis hominũ hic ad ſerviendum Deo veniſſet; quod ſæpè à paſtoribus & vicinis noſtris viſiones apparuiſſent albatorũ hominum, qui in montis circuitu proceſsionem facere videbantur. Sed quid iſtud ſignificabat & portendebat, ſatis clarè poſtea per ſucceſſum temporis innotuit. quando monaſterium, in loco iſto ſicut per gratiam Dei inceptum eſt cum paucis, ita nunc conſummatum per multos labores cum multis in eo habitantibus cernitur, in quo religioſus Conventus Canonicorum Regularium albis veſtibus indutus, Deo devotè famulatur, in hymnis & Pſalmis ac Miſſarum celebrationibus: perſolvens

vens quotidie divinæ laudis horas canonicas pro benefactoribus vivis & defunctis, & ſpecialiter in hoc monaſterio ſepultis ſemper orando.

CAPVT I.

De primis fundatoribus montis ſanctæ A-gnetis; *& qualiter magiſter* Gerar-dus Magnus *hunc locum eis primò de ſignavit.*

IGitur domus montis ſanctæ *Agnetis*, quę extra muros oppidi *Zvvollenſis* verſus Orientalem plagam ſita eſt, talem habuit ortum & proceſſum. Dicebatur autem locus ille vulgari nomine mons *Nemel*, non longè diſtans à *Zvvollis*: quantum unius horę ſpatio aliquis tendere poſſit. Erant namque in civitate *Zvvollenſi* quidam fideles viri, per magiſtrum *Gerardum Magnum* ad Deum integrè converſi. Hi in quodam vico civitatis iuxta antiquum conventum Beginarum domum conſtruxerant; in qua Deo humiliter ac devotè pariter ſeruiebant. Inter quos præcipuus fuit **Ioannes de Vmmen**, vir Deo deditus, ac magiſtro *Gerardo* valdè dilectus: cum quo *VVychmannus Rurinck* & *Reynerus Leonis de Rhenen*, nec non alij duo vel tres bonæ voluntatis viri ſimul morabantur. Adiunxerat ſe etiam iſtis clericus quidam intraneus *VVittecoep* dictus, fervidè ſatis inter illos converſans. Affuit & Mater *Ioannis de* Vmmen Regelandis nomine, maturę ętatis vidua: quę curam domus honeſtè tractans tanquam fidelis Martha

Martha ſervis Dei miniſtrabat neceſſaria. Hęc verbum Dei libentiſſimè audiebat, & cum *Maria* ſacræ lectionis dulcedini avidiſſimè intendebat. Cùm ergo quidam ad menſam minùs correctè legeret, & titubanter ſæpe verba proferret, dixit ad eum in fervore femina reverenda: Ceſſa tu legere, & noli verbum Dei corrumpere: ne fiat iniuria ſacris, & per te audientes offendantur: Legat alius qui meliùs ſciat: ut intelligamus omnes & ędificemur: Non poſt multum temporis hęc bona femina finem vitę in eadem domo feria quinta in cæna Domini Miſſa finita complevit: & fuit *Zvvollis* ab amicis & fratribus ſepulta. Ab illa ergo hora & die *Ioannes Vmmen* filius eius ab omni cibo abſtinuit pro matris ſalute, nil manducans nec bibens tribus diebus: donec Paſcha Domini illuceſceret: ſic tamen valens copore & viribus, ac ſi omni die bene fuiſſet refectus. Cùm igitur iſti ſerui Dei in paupertate & communi ſumptu viverent, multi ſęcularium devotam eorum vitam conſiderantes, ad eos confluebant? cupientes Deo ſervire, & mundum relinquere ſpe mercedis ęternę.

Interea accidit ut venerabilis magiſter *Gerardus* circa initium quadrageſimę *Zvvollis* deveniret: & per aliquot dies ad confortandum filiolos ſuos neceſſariè moram traheret. Sollicitus enim erat, ut quos de ſæculo abſtraxerat, conſolationis verbo recrearet. Conveniebat ergo ad prædicationem eius maxima multitudo plebis: & multi conſilio eius ſe devotè ſubmiſerunt. Quandoque namque ad irrigandam vineam Domini electam duos ſermones uno die faciebat. Et ſi prandio facto prędicare ſtatuiſſet, ipſe ieiunans in Ec-

cleſia orans, aut cœmiterium meditando circuiens, populi reditum expectabat. Quapropter quidam cupidi ſermonis ſacri eius, longius divertere nolebant; ſed aut in Eccleſia vel in cœmiterio reſidentes, loca oportuna circa ambonem præoccupabant: quatenus verbum Dei hora competenti clariùs perciperent ex auditu. Et prædicatione fideliter conſummatâ, ſinguli ad propria redibant alacri corde gaudentes, & Deum de omnibus quę audierant collaudantes. Stupebant enim nimis & ędificabantur humili ex inceſſu magiſtri: quòd vir tantæ famæ & ſcientię de tam notis & magnis amicis ita manſuetus & incultus veſtibus per plateas incederet? nil de mundanis penitus curans: ſed tantum multas Deo animas lucrifacere quærens. Erat namque iucundus facie, verbo ſuavis & omnibus affabilis, ut quilibet indigena vel extraneus, quicunque pauper & inſcius, poſſet ſibi licenter loqui, & de Deo habere ſermonem. Videbant boni & lætabantur, mali ſtridebant dentibus ſuis & obloquebantur. Igitur unus ex maioribus civitatis, cui adhuc ſęcularia plus placuere quàm divina, acceſſit ad eum arguendo eius dicta & facta. Cur, inquit, magiſter nos inquietatis? & novas introducitis conſuetudines? Deſiſtite ab hac prędicatione: & nolite homines turbare & terrere. Reſpondit ille conſtanter & ſapienter: non libenter paterer vos ire in infernum. Cui ille indignanter iterum ait: permittatis nos pergere in infernum cum pace. Ad hęc benignus & bonus magiſter: non faciam. Si vos non vultis audire: erunt qui libenter audient. Sed ad propoſitum revertendum.

Cùm igitur chariſſimus magiſter ob prędicationis

Digitized by Google

tionis verbum morâ in *Zvvollis* protenderet: quidam ex cohabitantibus diſcipulis eius ſuprà memoratis, ipſum ſecretiùs adeunt? & deſiderium ſecretioris vitæ ſibi ineſſe fatentur: nec poſſe occurſum ſęcularium abſque nocumento interiorum ſufferre. ſed potiùs extra oppidum ſi ipſe perſuaſerit velle morari. Rogabant igitur paternitatem eius filiali affectu, ut ad aviſandum locũ quietudini aptum, cum ipſis extra portam civitatis paululum procedere dignaretur. Qui pijs eorum precibus annuens; die craſtina inclareſcente ad itinerandum ſe diſpoſuit. Et aſſumptis ſecum fratribus *VVychmanno*, *Reynero*, *Henrico*, *Iacobo VVittecoep* exijt cum eiſdem verſus montes Nemelenſes ad locum à Deo præordinatum, & à turbis ſegregatum: ubi rarus hominum tranſitus & acceſſus videbatur: ſed vepres & urticæ ſparſim hinc inde in vallibus & in montibus naſcebantur. Erat autem eis contrarius ventus cum exirent: ſed nec pluuia nec ventus magiſtrum ab itinere recto retardabat. Ibat igitur gaudens, & ſecum comitantibus dulciter ait: Pręcedam vos, & toga mea à vobis ventum repellam. Appropinquantes autem loco aſcenderunt montis verticem? & luſtrato in circuitu montium aliquanto ſpacio: intuentur vallem quandam in aquilonari montis parte anguſtam & profundam: & aiunt ad eum diſcipuli conſilium quęſituri. Ecce, chariſſime magiſter *Gerarde*, quàm bonus & ſecretus locus iſte ad latendum in eo pro Chriſti amore, ſicut olim ſancti Patres Eremitæ in montibus & ſpeluncis terrę latitabant. Hæc autem ferventi devotionis zelo, & remotioris vitæ deſiderio ſimplici ex corde proferebant: æſti-

mantes ibidem ſuperpoſito de virgultis operculo debere latere. Sed vir diſcretiſſimus ac providus magiſter in conſiliis præſtandis huiuſmodi conceptum mox diſſuaſit: quia locus baſſus complexioni humanæ nequaquam convenit: nec arctus pluribus ad cohabitandum in poſterum deſervire valebit. Retracto ergo abinde cautiùs pede, alium è vicino montem viſitant. quem vir ſagax conſpiciens in auſtrali parte habere planiciem ſeminibus aptam, dicit aſtantibus ſibi: En circa huius montis pedem tabernaculum veſtrum figite: quatenus & in planioribus Auſtri locis hortulum vobis pro oleribus & fructibus parare poſſitis. Si Dominus mihi vitam conceſſerit, ſæpius hìc ero vobiſcum. His ita Deo inſpirante convenienter aviſatis & luſtratis, iterum ſimul gradiuntur in urbem, beneplacito Omnipotentis exitum rei committentes.

Eodem autem anno prædilectus magiſter *Gerardus*, ſplendor & lucerna devotionis patriæ *Traiectenſis*, laborum ſuorum pręmia percepturus, exemptus eſt mundo: aſcendens de convalle plorationis noſtræ ad montem beatitudinis æternę.

Digitized by Google

642

Caput II.

De conſtructione primæ domus in monte ſanctæ Agnetis.

SEd poſt tranſitum magiſtri ſemper memorandi nova plantula fructificare non deſijt. Etenim rorante celo deſuper, ut ipſe in fine promiſit, terra noſtra fructum in tempore ſuo produxit. Porrò viri ſuprà nominati non ceſſavere proſequi facto, quod prius animo conceperunt. Siquidem **Iacobus VVittecoep** filius **Thomæ Coep** cuiuſdam viri conſularis oppidi *Zvvollenſis* principalis actor huius ſacri operis extitit: & ſatis egit pro poſſe, ut domus ſervorum Dei fundaretur in monte. Huic aſtitit in negotio pręſenti *Goſuuinus Tyaſen* poſteà in *VVindeſem* regularis effectus: qui Dei bonitate confiſus, & inter ſuos bene auditus, ad promotionem loci erat cordialiter inflammatus. Hi duo potentiores cum aliis ejuſdem propoſiti viris freti amicorum pręſidio, & ſuper omnia divina comitante clementia (cuius nutu cuncta diſponuntur) ab heredibus de **Bercmen** & **Nemel**, ad quos collatio fundi pertinebat, partem terræ & locum in quo monaſterium nunc conſtat, pro ſupplicatu petiverunt. ac gratioſa conceſſione pro fratrum habitatione impetrarunt. Accepta itaque poteſtate ędificandi domum in loco à venerabili, magiſtro *Gerardo* eis pręſignato, exiguã domunculam à quadam matrona ipſis traditam iuvantibus operarijs ad montis radicem ſtatuerunt

confidenter. Hęc de lignis & glebis compacta, vilibus tantummodo ſtraminibus deſuper erat operta. Erecto autem habitaculo in humili montis locello, quia utenſilia domus defuerunt, defuit & inhabitator, Viſitabatur à fratribus nonnullis, qui profectum eius optabant: & interdum unus vel duo in veſtibus ſuis ſuper ſtramenta illic pernoctabant. Si edere voluiſſent, aut ſecum aliquid deferebant, aut ad ſuos in oppidum redibant. Vix novi locum aut domum tam pauperrimè inceptam: & ita per varia obſtacula ad incrementa boni ſtatus perveniſſe. Nam & ipſe *Ieſus* ſalvator noſter cum ſumma paupertate incepit: & ſua inopia ſanctam eccleſiam locupletavit. Hæc igitur domus admodum paupercula, ignota & abſcondita, benedictione Patris cæleſtis qui humilia ſemper reſpicit & alta à lõgè cognoſcit proceſſu temporis meruit peramplius dilatari. Nam advenientibus valentioribus perſonis, & propria in communi deferentibus ex paupere initio & vili ſchemate, in vineam Domini Sabaoth pullulavit pulchriorem. Cernentes autem collatores fundi & ruricolę terræ de *Bircmen* & *Nemel* domum iam in monte conſtructam, & ibidem devotos viros ad ſerviendum Deo in humilitate & ſimplicitate conveniſſe, dederunt & aſſignaverunt eis & ſucceſſoribus eorum litteratoriè locũ prędictum ad divini cultus honorem, ad rogandum pro ſe & amicis eorum: & quibuſcumque omnipotens Deus dignabitur impertiri. Super hac pia erogatione & conſentanea hæredum donatione devota, confecta eſt una principalis ac primæ fundationis littera: multorum & valde honeſtorum virorum pręmunita ſigillis. in qua etiã

com-

communis vitæ & boni regiminis tenor breviter eſt inſertus. prout ſtatui eorũ primordiali compe-tere videbatur. Acta ſunt hæc & completa anno Domini milleſimo tricenteſimo octogeſimo ſexto, feria ſexta ante feſtum Palmarum. Poſt mortem prædilecti magiſtri *Gerardi* anno uno cum dimidio iam plenè decurſo.

Capvt III.

De nominibus primorum fratrum, & laboribus eorum.

HÆc ſunt nomina primitivorum fratrum ac devotorum virorum, qui domum in monte ſanctæ *Agnetis* ædificare & inhabitare cœperunt Primus *Iohannes VVittecoep* præcipuus domus noſtræ promotor, & ſollicitus in omnibus adiutor. Hic poſteà *Zvvollis* ſacerdos effectus, & altari in hoſpitali deſerviens, in bona confeſſione defunctus eſt. Secundus *Iohannes Vmmen* filius *Aſſetrini*, cuius mater *Reghelandis* vocabatur. Et licèt cæcus eſſet, & ſine litteris, erat tamen magiſtri *Gerardi* familiaris amicus ac devotus diſcipulus, & primus domus iſtius rector pius & multum conſolativus, Tertius *VVychmannus Roerinck de Hellender*, exemplar paupertatis & patientiæ? qui ſpretis multis amicorum turbis, factus eſt humilis magiſtri *Gerardi* auditor, & huius paupercule congregationis proviſor. His tribus principalibus aſſociati fuerunt & alii probi viri, ex odorifera fama ſanctę & novellæ congre-

gationis, ad relinquendum ſeculum ſalubriter attracti. Quorum iſta ſunt nomina bonę memorię laude digna: quia fuere ſanctæ paupertatis, obedientiæ, continentiæ atque laboris diurni exempla luculenta. Primus inter hos fuit *Reynerus Leonis de Rhenen* diœceſis *Traiectenſis*, qui ſæpè peregrinationes devotionis cauſa fecit: ſed poſteà magiſtro *Gerardo* prædicante converſus ſæculum reliquit. Secundus fuit *Reynerus*, iunior ætate, homo ſine querela, pauperculus, & ipſe in laboribus aſſuetus: de R*henen*, quę eſt in diœceſi Monaſterienſi oriundus. Tertius dictus cocus G*erardus* à principio domus, poſtea portarius: fervidus opere & in oratione devotus, de *Dauentria* natus. Hi omnes magiſtrum G*erardum* cognoverunt in carne præſentem: & frequenter audierunt eum in populo verbũ Dei prędicantem. Per hos humiles ſimplicianos & devotos Chriſti ſervulos ac veros mundi contemptores inchoata eſt domus noſtra in monte *Nemele* ſituata: quæ poſtmodum in monaſterium tranſlata mons ſanctæ *Agnetis* eſt appellata.

Ad hos etiam paulatim quàm plures devoti clerici confluxerunt cum laicis ex vicinis oppidis & partibus remotis: de manuũ ſuarum laboribus victum ſibi quotidianũ extorquentes. Nam nullus ociari, nemo curioſè circuire permittebatur: neque de terrenis audebat fabulari; ſed certis temporibus pro communi operari & Deũ frequenter precibus orare omnes informabantur, more ſanctorum Patrum in Ægypto: qui manibus laborabant, nec tamen laboris tempore ab oratione ceſſabant. Hoc etiam à magiſtro G*erardo* acceperant, nullum debere acceptari, niſi vellet manibus

Digitized by Google

nibus laborare, & ad communem vitam tranſire. Igitur clerici libros ſacrę Scripturę diligẽter ſcribebant: laici operi manuali & agriculturę inſudabant. Aliqui etiam artem ſutoriam exercebant: quidam lanam & linum texebant. Sportas & mattulas quidam parabant: alij varia opuſcula pro domus utilitate arbitrio præſidentis faciebant. Pauperem quidem & laborioſam vitam pro Chriſto foris ducebant, ſed amor vitæ cæleſtis præſentem inediam dulcorabat. Si quis ad aliquem tranſiſſet negotij cauſa, verbum breve de Deo primũ proferebat, aut *Ieſus* dicebat, & alter mox *Chriſtus* aut *Maria* reſpondebat, prout devotio miniſtrabat. Multo ergo tempore in ſociali vita communiter ſic vivebant: & uſque ad tempora monaſticæ inſtitutionis primo rectori ſuo *Ioanni de Vmmen* viro ſtrennuo & in ſpiritualibus bene experto, omnes tam clerici quàm laici humiliter obtemperabant.

Tanta diligentia virtus obedientiæ ſervabatur: ut nec clavum infigere, nec modicum quid agere ſine ſcitu rectoris vel procuratoris quis auderet. Nam pro minima negligentia fiebat correptio fraterna ad cautelam; nec excuſatio habuit locum, ſed humilis ſui ipſius recognitio, & prompta emendationis profeſſio. Si quis verò obedire paratus non fuiſſet, aut pertinaciùs in ſuo ſenſu ſtetiſſet, hunc duriùs Pater *Iohannes* corripuit, prout culpæ modus & perſonę qualitas exigebat. Interdum etiam maiori zelo diſciplinę accenſus, ad terrorem cæterorum quibuſdam querulosis & minùs bene de ſua iuſſione contentis aiebat. Ecce oſtium ſtat apertum: ſi quis vult ire, tranſeat. Malo habere unum obedientem,

tem, quàm plures inobedientes. Bene inveniam Deo favente qui libenter facient quod vos recuſatis. Tali auctoritatis ſuæ voce quorundam querelam compeſcebat. Dicebat etiam involuntarios & pigros fatres eſſe falſos prophetas: qui contra ſuum videre res nil valere coniecturant.

Accidit quadam vice, ut antiquus *Reynerus* cum alijs fratribus ad cuſtodiam arundinum foras mitteretur, ne animalium prętereuntium maſticatione læderentur. Adveniente autem hora prandij omnes introibant: & ſolus *Reynerus* ad cuſtodiam remanſit in agro. Poſteà verò & ipſe refecturus intravit. Interrogatur cur cum aliis ad prandium ſtatuta hora non veniſſet. Reſpondit ſe pro maiori utilitate ne res periclitarentur remanſiſſe. Cui Pater *Ioannes*: Vellem quod animalia omnia devaſtaſſent, & vos cum aliis obediendo intraſſetis. Nam hoc mihi magis placuiſſet. Tunc ille compunctus graviter ingemuit? & humi proſtratus humiliter veniam petiit: dicens talia de cętero non facturum.

Inter hęc tamen tentatis & gravedine occupatis, valde conſolativus fuit & benignus. Habebat enim gratiam magnam confortandi omnes qui ad eum quacumque ex cauſa accedebant. Ipſe namque magiſter *Gerardus* plures ad illum tranſmiſit, ut eos in via Dei inſtrueret, dicens: Ite ad cæcum *Ioannem de Vmmen* devotũ & probum virum, & quicquid vobis dixerit facite. De quo etiam tale teſtimonium dedit: Iſte cæcus melius videt, quàm omnes in *Zvvollis*. Quamvis enim corporali lumine caruit, tamen intus veritatis luce illuſtratus fuit? & multis ad eum accedentibus

dentibus ęternę ſalutis iter oſtendit: ac veri luminis ducatum prębuit.

Erat tunc quoque in primitivis fratribus tam vehemens dilectionis fervor, ut alius alium humilibus operibus vincere ſatageret: ac mutuis etiam inflammarent obſequiis. Itaque dum alius quieſceret, alter maturius ſurgens opus latenter implevit. Quod ſi parumper tardior quis proceſſiſſet, qui agilior videbatur locum tardioris prępoccupabat. Inveniebatur plerumque res geſta exterius: & neſciebatur actor operis. Sic oſtenſa fuit charitas in opere, & humilitas cuſtodita in corde, iuxta illud: *Ama neſciri*. Ad vilia opera & humilia exercitia facienda pari devotione omnes inhabitantes incitabantur: Vnde clerici & textores ruſticanam non refugiebant operationem: ſed evocati cum cæteris ibant tempore meſſis ad colligandos manipulos fructuum; ad ſiccanda fœna, ad fodiendam terram, & ad olera plantanda? prout operis neceſſitas ex obedientia, & pro communi bono dictaverat adimplendum. Hinc ſanctus *David* laudans Deum timentes, & bene operantes iocundè conſolatur dicens: labores „ *Pſal.27.2.*
manuum tuarum quia manducabis: beatus es & „
bene tibi erit. „

CA-

CAPVT IV.

De parco victu & veſtitu fratrum, & quàm mirificè Deus eis providit.

SEd quis dicere poſſet tenuitatem victus in exercitio quotidiani laboris? Groſſus erat cibus, tenuis potus, habitus ſimplex & rudis. Nil ergo ad libitum carnis, ſed ſobriè ſatis corporis debitum ſoluebatur. Deſperatio cibi melioris cogebat plerumque edere quod ori minùs benè ſapiebat. Labor frequens & eſuries caules & pultes dulces faciebat. Rarò piſces, rariùs & ova in communi dabantur. Infirmis tamen interdum & hoſpitibus ex gratia iſta concedebantur: ſi fortè inveniri poterant. Vnde quidam ait: ***Brevis ibi voluptas, ubi regnat longa paupertas.*** In diebus quibus carnibus veſci licitum fuit, & ſi largiùs, non tamen lautiùs excoctæ carnes apponebantur. Erant etiam inter illos qui in ſæculo aliter educati, vim ſibi faciebant magnam, paucis & vilibus contenti. Propter Chriſtum tamen qui dicit *regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud*, omnia hęc patienter ferebant. Quandoque cœna peracta vix remanſit aliquid diſtribuẽdum die futura. Defuerunt quandoque inſtrumenta ſive utenſilia coquendi: interdum alimenta oportuna. Sed omnium conditor Deus rerum, qui olim pavit populum in deſerto, non defuit fratribus in monte.

Contigit ergo quodam tempore, ut conſumptis

ptis pęne in toto cibariis, *Gerardus* cocus inopiam ſuam Patri *Ioanni* ſollicitus in craſtinum mœſtus ſic referret. Quid cras dabo? Qui triſtem conſolans verbis clementibus, hortabatur in Domino confidere, qui non deſerit in ſe ſperantes. Cùm autem ſerò factum eſſet die illa, ecce inopinatè venit in curru ſuo Dominus *Everardus de Eza*, Curatus in *Almelo*, tanquam à Deo ad conſolationem pauperum miſſus. Qui omni cum reverentia & alacritate à fratribus ſuſceptus eſt: & tanquam in proprium hoſpitium introductus. Diligebat enim domum & omnes habitantes in ea propter altiſſimam ipſorum paupertatem ac morum ſimplicitatem: qui nulli obeſſe, omnibus autem cupiebant prodeſſe. Erat etiam ſpeciali nexu charitatis Patri *Ioanni* copulatus. Quapropter cum iter in *VVinſem* aut in *Zvvollis* agere diſpoſüiſſet, prius ad fratres in monte libenter acceſſit. Deſcendens de vehiculo ſuo Paſtor egregius & medicorum peritiſſimus, curavit animas inopum ſacri verbi pabulo: nec non neceſſarijs alimentis puſillos corde erigebat. Tulerat namque ſecum ſiliginem & carnes, deditque in commune fratribus. Quibus oblatis & acceptis omnes confortabantur in melius: gratias agentes Deo & ſuo miſericordi proviſori in tanta eis neceſſitate ſuccurrenti.

Alia quoque vice cùm plures pauperes clerici ad quoddam opus iuvandum eſſent de *Zvvollis* invitati: quidam fratrum ad piſcandum in Vechtam fluviolum prope montem circumfluentem deſcenderunt. Et laxatis in nomine *Ieſu* retibus, pręſtante omnium aquarum creatora pitt

oitec

capti ſunt piſces, quos braſmas vocant, quot hoſpites tunc habebant.

Dominus *Gerardus Bronchorſt* Canonicus in *Traiecto*, magnus devotorum amicus, eo tempore *Daventriæ* in prępoſitura morabatur. Hic duas vaccas fratribus noſtris in monte donavit. Volens autem Deus probare patientiam & augere fidē, una earum interiit, alia ſana ſupervixit. Sed hæc mira bonitas Dei tantam lactis copiam miniſtravit, ut omnibus ſufficeret quod vix ex duabus tantum ſe putaſſent extraviſſe. Tunc videbatur impletum *Eſaiæ* prophetæ verbum dicentis: *In die*
Eſai. 7. v. 21. *illa nutriet homo vaccam boum: & pro ubertate lactis commedet butyrum.*

Fuerunt enimvero in exordio ſtatus ſui à ſæcularibus ſatis deſpecti? & à pretereuntibus patenter ſæpè deriſi; & inſueto nomine obprobriosè vocati: inſuper multas detractiones atque moleſtias ab æmulis perpeſſi. Sed vicit patientia piorum malitiam pravorum: & bonæ conſcientiæ libertas maiorem de contemptu lætitiam ſumpſit. Quamvis enim malivoli pauperculis *Chriſti* inſultabant, nec detrahere innocentibus verebantur; multi tamen Deum timentes devotam eorū converſationem commendabant: & pietate moti beneficijs & auxiliis aſtiterunt.

Quidam magnæ probitatis laicus & donatus in paſtu pecorum erat occupatus. Ducens ergo gregem porcorum per agrum, obviam habuit quandam vetulam, quę duriùs ipſum cœpit increpare, ac indecentia verba iactare. Cui ille devotus manſueto ore reſpondit: Bona Domina dicatis mihi liberè defectus meos? & increpetis me duriter, quia indigeo benè. Quo audito mox in ſe ro-

ſe repercuſſa eſt: & mutata voce dicebat: Quid mihi prodeſſet ut vos iuvarem ad regnum cęlorum, & me ad infernum? Intellexit enim illi ex obiurgatione illata accreſcere meritum, & ſibi pro nequitia pœnam.

Laborantibus quibuſdam pariter in externis, caſu accidit ut alius alium improvisè parum læderet. Mox reus facti, rogat ſibi propter Deum ignoſci. Cui frater læſus corde rendit illæſo: Etiam ſi patrem meum occidiſſes, libenter tibi indulgerem. Hoc dicto omnes aſtantes qui audierunt ædificati ſunt: & glorificaverunt Deum in verbo gratiæ ex ore patientis. Hæc pauca de primordijs ſeniorum noſtrorum recitaſſe non diſpliceat.

CAPVT V.

De conſecratione primæ capellæ & altaris in monte ſanctæ Agnetis.

ANno Domini M. CCC. XCV. in vigilia ſancti *Ioannis Baptiſtæ* conſecrata eſt prima capella in *monte ſanctæ Agnetis* virginis, & primum altare in ea conſecratum in honore ſanctę *Agnetis* & beatiſſimæ *Mariæ Magdalenæ*: per Dominum *Hubertum* ſuffraganeum & generalem in pontificalibus vicarium Reverendiſſimi Patris ac Domini noſtri *Frederici* epiſcopi T*raiectenſis*.

Facta autem hac conſecratione cùm inſtaret dies dedicationis Dominica poſt nativitatem ſancti *Ioannis*, venit Dominus *Reynerus* Curatus

Zvvollenſis & primus in ea miſſam ſolemniter cantavit, offerens Deo ſacrificium laudis perpetuæ: gratam inſuper habens fratrum amicitiam & unitatem. Ab ea ergo die & in reliquum tempus ſacra redemptionis noſtræ myſteria ibidem à presbyteris & clericis agebantur; & pro devotione cordis excitanda divinæ laudis cantica feſtivis diebus ſoluebantur. His ſacris initiis humilis fratrum caterua ad ampliorem divini cultus conflagrabant amorem. Sed poſteriori tempore cum eſſet nova & maior eccleſia in monaſterio ædificata & conſecrata, licentiante Pontifice dedicatio huius capellæ ad illius dedicationem ordine congruentiori fuit tranſlata.

Poſt hæc tribus pæne annis decurſis omnium voluntas fratrum ad fundandum monaſterium exarſit: & præcipuè ſeniorum cum ſuo rectore id celeriter cauſis neceſſariis emergentibus dictavit agendum & perſequendum. Videbant enim ſine monaſtica diſciplina ſtatum domus in debito regimine perſeverare non poſſe. Vt ergo ſibi & poſteris ſuis ſollerti providentia conſulerent, & circumlatrantium ora obſtruerent, qui vitam humilem ac ſimplicium fratrum inquietare ſæculari aſtutia moliebantur, ad ſanctæ religionis habitum confugiendũ eſſe decernebant. Et licèt adhuc pauperes, forent, nec apta requiſita in ædificiis & libris cantualibus haberent; de miſericordia Dei tamen confiſi, & bonorum virorum ſubventione animati aggrediuntur incœpta. Dicente autem quodam & mirante, quòd tam pauperes vellent monaſterium conſtruere & religionem non reddituati acceptare, reſpondit Pater *Ioannes de Vmmen* paupertatis ſemper

ſemper amator. Audivi ſemper à ſanctis, quod paupertas bona ſit, & omnium bonorum cauſa & incrementum.

Caput VI.

Quo anno & loco quatuor primi fratres fuerunt inveſtiti.

ANno Domnini M. CCC. XCVIII. decima octava die menſis Ianuarii, in feſto ſanctæ *Priſcæ* Virginis & martyris, Reverendiſſimus Dominus *Fredericus de Blanckenhem*, inclytus præſul *Traiectenſis*, ad ampliandum Dei honorem, & ſanctę religionis promovendum, plena auctoritate licentiavit & dedit devotis presbyteris *Egberto de Linghen*, *VVolfordo Mathiæ*, nec non ceteris clericis ac laicis habitatoribus *montis ſanctæ Agnetis* in *Nemele* prope *Zvvollis*: ut monaſterium canonicorum regularium in aliquo apto & convenienti diœceſis ſuo loco conſtruerent. ubi omnipotenti Deo ſecundùm regulam beati *Auguſtini* in ordine regulari dignè ac devotè militarent. Hac ergo licentia favorabiliter obtenta, elegerunt locum in allodio *VVeſterhoff* nuncupato in confinio de *Ghernet* in parochia de *Dalueſſen*, honorabili viro Domino *Frederico Denter* eiuſdem parochiæ Curato ſuum ad iſta conſenſum adhibente. Nam alibi quærentes habitationis locum cum ſedulè attentaſſent, nec aptitudinem inveniſſent, complacuit eis in loco illo fundamenta ponere clauſtri. Necdum enim *Zvvollenſes* patie-

bantur ut monte *Nemelenſi* monaſterium fieret: quod tamen poſtea Deo favente venit ad effectum. Dederat autem eis hunc locum in *VVeſterhof Egbertus Mulart*, vir valdè honeſtus & potens, armiger in *Haſſelt*, integer amicus devotorum, ſpecialis patronus ipſorum. Ibi ergo pro primo ecclesiam parvam cum modicis ædificijs erexerunt? quam in honore beatiſſimę Dei genitricis *Mariæ* conſecrari fecerunt: & locum eundem ad honorem almæ matris *Chriſti*, hortum beatæ *Mariæ* venerabiliter nuncupaverunt. His ita diſpoſitis inſtabat proxima dies, quo debebant in eodem loco fratres inveſtiri. Cùm ergo dies Dominicæ annuntiationis & ſolemnis beatæ *Mariæ* ſemper virginis feſtivitas illuxiſſet, in qua exordium redemptiouis noſtræ mater Ecclesia univerſaliter celebrare conſuevit: ecce in ipſo ſacro die ſole coruſcante affuit Reverendus Dominus *Hubertus* Hyppuſenſis epiſcopus Domini noſtri *Traiectenſis* ſuffraganeus, ad hunc diem & locum conocatus: & ſtatim paratis cereis & crucibus cum ceteris ornamentis in eodem loco cœmiterium & tria altaria conſecravit: ac deinde in ſummo altari ab ipſo conſecrato Miſſam ſolemni modulatione cantavit. In cuius tunc reverenda præſentia & aliorum religioſorum multorumque clericorum ac laicorum frequentia, qui ad diem feſtum undique convenerant, inveſtiti ſunt à venerabili ac religioſo viro Domino *Iohanne VVale*, Priore regularium civitatis *Zvvollenſis* ad huiuſmodi officium ſpecialiter vocato, primi quatuor fratres noſtri ſuo myſtico numero ſanctorum quatuor Euangeliſtarum numerum deſingnantes: quorum iſta ſunt nomina

mina à ſuccedentibus fratribus dignè recolenda. Primus fuit frater *Egbertus de Linghen* presbyter ante tres annos à fratribus in monte ad ſacerdotium electus. Secundus frater *VVolfardus Matthiæ de Medenblike*, antiquus ſacerdos. Tertius frater *Ioannes Vmmen* clericus, cognatus *Iohannis de Vmmen* primi fundatoris, de Campis oriundus. Quartus frater *Dericus Clivis* Clericus ex civitate Clivenſi. Hi quatuor eodem die profeſſionem ſuam fecerunt: & perfectis divinis myſteriis, poſtquam corporaliter refecti ſunt, ſpirituali gaudio hunc diem deduxerunt cum fraternitatis amore. Fuit autem frater *Egbertus* ſenior in ordine, & rector domus ipſius, donec novus rector adveniret per Capitulũ deputatus: & tunc frater ceſſit fratri *VVulfardo* poſt ipſum humiliter ſtando. Clerici qui nondum habitum ordinis aſſumpſerunt iſti fuerunt. *VVicholdus Iohannis Daventrienſis, Henricus Huetinc Daventrienſis, Iohannes Kempis* diœceſis *Colonienſis*, *Hermannus Kempis* diœceſis *Colonienſis*.

Poſt paſcha igitur generali capitulo in *VVindeſem* à patribus celebrato ad ordinem ſunt ſuſcepti: & ſacro domorum noſtrarum collegio adſcripti & inſerti. Providerunt autem eis Patres Ordinis de idoneo rectore. Et poſt modicum intervallum directus eſt ad eos religioſus & devotus frater *Egbertus Ringhe* conventualis domus ſancti Salvatoris in *Emſten:* qui uno pene anno regimen tenuit uſque ad novi prioris adventum, ut infrà patebit.

Eodem anno toto tempore æſtivo fuit gravis peſtilentia *Daventriæ*, *Svvollis*, *Campis*, & in circumiacentibus villis & agris: ut frequenter uno die xx aut xxx homines in oppidorum paro-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

chijs ſepelirentur. Obijt tunc temporis in nativitate ſancti *Ioannis Baptiſtæ* Dominus *Reynerus*, Curatus *Zvvollenſis*, cum duobus presbyteris capellanis ſuis. Iſte fuit valdè pius & miſericors in pauperes: ſpeciali devotione ſemper coluit beatum *Ioannem Baptiſtam*. Obierunt etiam tunc quàm plures utriuſque ſexus devotæ perſonę.

CAPVT VII.

De tranſlatione monaſterij à loco VVeſterhof *ad* montem ſanctę Agnetis.

EOdem quoq; anno Dñi M. CCC. XCVIII. viceſima & ſexta die menſis Auguſti, ante duos dies natalis ſancti Patris noſtri *Auguſtini*, benigniſsimus Dominus *Fredericus* Dei gratia epiſcopus *Traiectenſis*, fideliſſimus domus noſtrę promotor ac Patronus ſpecialis, compatiens fratribus noſtris brevi tempore in *VVeſterhoff* inveſtitis, cùm propter varia obſtacula & impedimenta religioni non conſona, minùs bene de loco eſſent contenti & proviſi, iterum licentiavit eiſdem auditis impedimentorum certiſſimus cauſis: quatenus à loco prædicto cum omnibus bonis ſuis ad montem ſanctę *Agnetis* oportuniùs ſe transferrent, ſaluis etiam iuribus & privilegiis ab ipſo ſibi anteriori tempore conceſſis. Hac igitur ſecunda iam gratia pleniter impetrata, & annuente piis eorum deſideriis Domino *Conrado Hengelo* tunc *Zvvollis* vicecurato, in exaltatione ſanctæ Crucis

ad

ad montem ſanctę *Agnetis*, ad locum ab eis diu præoccupatum redierunt: ubi maior adhuc familiarium ſuorum numerus cum cæco *Ioanne de Vmmen* perſeverabat, paucis in *VVeſterhoff* laicis pro ſuarum diſpenſatione relictis. Dederat etiam Dominus *Traiectenſis* licentiam, ut in monte ſanctæ *Agnetis* pro fundatione monaſterij deberet cœmiterium conſecrari. Cùm ergo veniſſet Dominus *Hubertus* ſuffraganeus & *Zvvollis* intraſſet, non eſt permiſſus ultra ad montem procedere, donec conſules primò eſſent Domino *Traiectenſi* loquuti, volentes ipſum à ſententia deducere. Hac igitur de cauſa protelata eſt cœmiterij conſecratio, quaſi per anni circulum, uſque ad Domini *Traiectenſis* reditum. qui eodem anno ad curiam Romanam iter arripuerat: iubens utrarumque partium cauſam differri & adventus ſui præſentiam præſtolari. Cùm ergo ab urbe Romana regreſſus fuiſſet, ac fines ſuos incolumis intraſſet, adierunt eum quidam fratrum noſtrorum, poſtulantes conſecrationem coemiterii ſibi iteratò concedi. Et flexus amicorum inſtantia libens petitioni eorum conſenſit. Tuncque datis de novo mandatis iubet locum ſibi dilectum conſecrari, non attentis adverſantium querelis: ſed Dei honorem & religionis provectum dictis prætulit ſæcularium iniuſtis, qui bonorum ſtudiis ſæpe obviare noſcuntur. Ab illo ergo tempore ſpeciali affectu & patrocinio ampliori domum in monte dilexit & promovit: ita ut quadam vice equitans circa montem profecturus in *Zvvollis* à comitibus ſuis inquireret, dicens: Quis eſt ille locus, & quales ibi morantur homines? Reſpondit ei vicarius ſuus: Dilecte Domine non noſcitis adhuc il-

Digitized by Google

lum locum? Ille locus eſt monaſterium veſtrum. Ille eſt mons *Agnetis*: ibi habitant fratres de monte. Benè, inquit, bene: Deus conſervet eos.

Accidit eodem anno Domini M. CCC. XCVIII. in menſe Septembri peſtilentia adhuc durante, ut laicus quidam bonę voluntatis nomine *Ioannes Fabri*, peſte correptus de *Zvvollis* veniret in montem: & propter Deum peteret hoſpitari. Qui ex charitate ſuſceptus, morbo ingraveſcente obiit in feſto ſancti *Mauritij* martyris. Quo defuncto, aliqui de clericis & laicis morbidi effecti, paulatim ex hac vita ſunt ſubtracti. Quàm plures tamen de infirmitate ſua Deo miſerante convaluerunt.

Denique in craſtino ſancti *Franciſci* confeſſoris obiit laicus antiquus qui fuerat hortulanus *Ioannes Nicolai Campenſis*.

In tranſlatione ſancti Patris *Auguſtini* migravit à corpore *Gerardus Bou* vir fortis corpore, & ipſe colonus ex *Hollandia* natus.

In feſto ſancti *Calixti* Papæ & martyris obijt *Hermannus Reſtikey* clericus ex diœceſi *Colonienſi*: de civitate Kempenſi oriundus, bonę litteraturę, ſciens benè cantare & libros ligare. Hic morti approximans petivit cereum citius accendi, & ſibi in manus dari. Quem pectori ſuo ſuper imponens coepit devotè dicere & crebro repetere: *Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab hoſte protege, in hora mortis ſuſcipe.* Et his dictis ſpiritum exhalavit.

In craſtino ſanctarum XI. millium virginum obdormivit in Domino *Ioannes Kempen*, devotus clericus ex dioeceſi *Colonienſi* ad religionem jam receptus

by Google

receptus: ſed mortalitate præventus obijt non veſtitus. Hic erat cognatus *Hermanni* prædicti: & ipſum retraxerit de vita ſæculari, cùm eſſet ſublector in oppido *Campenſi*. Valdè ſe dilexerunt in vita & in morte: ambo de una civitate & provincia: ambo in bono propoſito concordes & firmi. Iſte *Ioannes* diuturnior in Dei ſervitio, multæ benignitatis fuit & ſobrietatis, ad ruſticalia opera valdè paratus. Nam tempore meſſis, quando communis & maior labor inſtabat, diligentiùs ad iſta iuvabat. Et interdum nocturno tempore pauperum ſegetes colligavit: ſæpiùs fatigatus propter opus pietatis. Illo tamen anno quia aura valdè diu pluvialis fuit, in tali neceſſitate ſegetes in locis aquoſis collegit & ligavit, atque proprijs humeris manipulos extra aquam ferebat.

In feſto ſanctorum *Criſpini* & *Criſpiniani* obiit *VVichboldus Ioannis* de *Daventria* parentelam habens bonam: qui converſationem diu geſſit devotam in *Zvvollis*, & poſtea in monte devotiùs conſummatus eſt. Hic avidus amator ſcripturarum multos ædificavit ſermonibus ſacris.

In feſto ſancti Martini confeſſoris requievit in Chriſto *Henricus Daventriæ* clericus ſocius *VVichboldi* & conciuis, valdè humilis & manſuetus. Hic quadam vice cum alio clerico parietes cellarum molli gleba liniebat in dormitorio fratrum. Contigit ergo ex forti iactura glebæ mollis lutũ tranſilire per rimas parietis in faciem *Henrici* ex oppoſito ſtantis, & nimium maculari. Actor operis ad ſcrutandum quis eſſet luto jactatus, & videns tam dilectum fratrem facie turpatum, dolenter veniam implorat. At ille magis hilaris quam tur-

bulentus aiebat: Nihil nocet, nihil nocet: non eſt cura, non turbemini. Tantæ lenitatis erat, ut nemo commotum cerneret aut conquerentem audivit.

In craſtino Brixii confeſſoris & epiſcopi obiit *Hermannus de Laer*, vir multæ antiquitatis de Campis exortus.

In vigilia ſancti *Thomæ* apoſtoli, obiit *Gerlacus de puteo*, clericus ex oppido *Campenſi*, devotus valdè beatæ Virgini, vernans flore iuvenili: ſed eodem anno ſæculum & parentes reliquerat; lętus monaſterium intravit: & bene vitam morte tempeſtiva conſummavit. Hi ſepulti ſunt in capella ſanctę *Agnetis*, quę poſtea fuit domus Capituli: quia non erat alius locus conſecratus ubi potuiſſent ſepeliri. Quidam tamen propter anguſtiam loci in propinquo ſunt ſepulti: quia ſperabatur citò coemiterium illic conſecrandum. Sed anno Domini M. CCCC. VII. tempore fratris *VVilhelmi Vorniken* Prioris ſecundi, poſt conſecrationem novæ eccleſiæ quorundam iſtorum oſſa extumulata ſunt, & in coemiterio alio, quod eſt in occidentali parte eccleſiæ, ubi iam plures familiares laici reconditi iacent, iterum intumulata.

Eodem quoque anno frater *Egbertus Ringhe* primus rector inveſtivit duos converſos in feſto ſancti *Martini* epiſcopi, fratrem *Ioannem Iacobi* de *Haſſelt*, & fratrem *Ioannem Emie* de *Zvvollis*.

Anno M. CCC. XCIX. fuit inveſtitus à primo rectore frater *Godefridus Kempis* in feſto ſancti *Gregorij* Papę, ex dioeceſi *Colonienſi* natus, ſciens bene ſcribere, legere, & cantare. Hic unum Miſſale pro ſummo altari, & tria Antiphonaria

ſcripſit:

ſcripſit: & plures libros illuminavit. Sed & altaria eccleſię ſanctorum imaginibus venuſtiſſimè pinxit & decoravit.

CAPVT VIII.

De electione Ioannis Kempen *primi Prioris in monte ſanctæ* Agnetis.

ANno Domini M. CCC. XCIX. poſt Paſcha, frater *Ioannes Kempis* conventualis in *VVindeſem*, electus eſt in priorem domus montis ſanctæ *Agnetis*. Hic primus Prior Deo auxiliante ſtatum domus cum multa & paupere familia annis novẽ ſtrennuè ac religioſè gubernavit: & tam in ædificiis, quàm in libris & aliis neceſſariis bona monaſterii commendabiliter melioravit. Muros eccleſiæ pro maiori parte fabricari fecit: & plura ligna pro conſummatione tecti præparavit. Hortum pomiferum in auſtrali parte clauſtri plantare coepit: & in circuitu eius arbores ſilveſtres ſtatuit. Ipſe eſt hortus, quẽ magiſter *Gerardus Magnus* olim pro oleribus plantandis eis deſignavit; in quo diu ſiligo ſeminata eſt: poſteà longo tẽpore olera ibi fuere plantata. Temporibus eius montes & colles humiliati ſunt: & valliũ concava repleta. Tunc veraciter ad litterã completum eſt quod in *Eſaia* legitur, & ſępe inter fratres laborantes tractabatur: *Quia omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt prava in directa & aſpera in vias planas.* Non eſt facile dictu quanto labore & ſudore locus ille *Eſai. 41.*
mon-

montuoſus & arenoſus in ubertatem fructuum & planitiem terræ ſit deductus. Maximus & longus labor extitit: cùm locus pro cœmiterio & eccleſia parabatur; quia mons maior ceteris ibidem ſteterat: & totum in circuitu occupaverat. Qui tamen paulatim diverſis temporibus ad nihilum redactus eſt: & extra ſepta in profundam vallem verſus ſeptentrionem invectus; ut vix iam eius veſtigium appareat, non ſine admiratione multorum. Dicebant ergo fratres ibidem tunc laborantes ad invicem. Verus eſt ſermo Domini quem dixit: *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic tolle te hinc; & fiet.* Sed quia fides ſine operibus mortua eſt: nos firmiter credimus quia in nomine Domini ſi appoſuerimus manum ad opera, citò iſtum montem tranſferemus. Quod & factum eſt, non tantum de iſto, ſed & de aliis in circuitu monaſterii montibus, cum ſepta coepiſſent dilatari, & lapideo muro circumvallari. Ædificavit inſuper hæc neceſſaria ædificia; Refectorium fratrum, refectorium laicorum: coquinam & cellarium; cellas pro hoſpitibus. Sacriſtiam pro divinis inter chorum & domum Capituli, Ipſe etiam inter laborantes primus affuit tenens trullam cæmentarii: nec non ſarculo fodiens terram, & proiiciens ſuper carrucam. Tempore vacante lectionibus ſacris inſiſtebat: & ſæpe libris ſcribendis vel illuminandis operam dedit. Plures libros pro choro & pro armaria ſcribi fecit; & nihilominùs quia pauperes adhuc erant, aliquos fratres pro pretio ſcribere ordinavit, ſicut ab antiquis temporibus conſuetũ erat. Quod multi fratrum ſtudioſè fecerunt: alii autem laboribus externis ſe viriliter expoſuerunt.

Matth. 17. verſ. 19.

Anno

Digitized by Google

Anno M. CCC. XCIX. fuerunt *Zvvollenſibus* datæ indulgentiæ Apoſtolicæ quas Dominus Papa *Bonifacius* nonus ad fabricam eccleſiæ ſancti *Michaelis*, in feſto inventionis ſanctæ Crucis, & in feſto ſancti *Michaelis* omnibus verè poenitentibus conceſſit.

Eodem anno ego *Thomas Kempis* ſcholaris *Daventrienſis*, ex dioeceſi *Colonienſi* natus veni *Zvvollis* pro indulgentiis, Deinde proceſſi lætus ad montem ſanctæ *Agnetis*, & feci inſtantiā pro māſione in eodem loco: & fui miſericorditer acceptatus. Poſteà in profeſto ſanctæ *Barbaræ* virginis, venit ibidem *VVilhelmus Henrici* de *Amſterdam* oriundus: qui etiam *Daventriæ* ſtetit ad tempus cum clericis devotis.

CAPVT IX.

De conſecratione cœmiterij in monte ſanctæ Agnetis.

EOdem anno M. CCC. XCIX, poſt feſtum ſancti *Remigij*, inſtabant Prior & fratres noſtri cum conſilio & auxilio amicorum ſuorum pro conſecratione cœmiterii, quæ fuerat diu ſatis dilata propter impedimenta ſuperius tacta. Nam percipientes Dominum *Traiectenſem* à Curia *Romana* reverſum, venerunt ad eum in *Vollenhove*, ubi tunc reſidebat: & intervenientibus fideliſſimis amicis, domicello *Svvedero de Rechteren*, & Domino *Henrico de Ligno*, petitionem ſuam facilè impetraverunt. Miſit ergo feſtinanter clementiſſimus Dñs noſter *Fredericus* epiſcopus pro ſuffra-

ſuffraganeo ſuo, ut abſque mora veniret: & cœmiterium in monte conſecraret. Qui agnitis Præſulis ſui litteris promptus invenitur ad opus pietatis. Perrexitque ſtatim cum nunciis ad ſe directis: & intra ambitum monaſterij ſanctæ *Agnetis* cœmiterium in craſtino Sanctarum undecim millium virginum circa horam veſperarum conſecravit; Priore & fratribus & clericis ac familiaribus domus noſtræ præſentibus. His ritè peractis dulcis quædam pluvia deſcendit, & locum ſanctificatum rore cæleſti irrigavit. Gauiſi ſunt autem omnes inhabitantes lætitia magna: eo quòd locus eſſet à Pontifice conſecratus, & os adverſariorum manifeſtè obſtructum, qui moliebantur monaſterii impedire fundationem & provectum. Expleto igitur conſecrationis officio per Pontificem, profectus eſt ipſe altera die in *VVindeſem*, & ibidem chorum novum nec non altaria quatuor conſecravit.

Capvt X.

De fratribus à primo Priore fratre Ioanne Kempen *inveſtitis*.

TEmporibus huius venerabilis Prioris primi & patris, fuerunt iſti fratres inveſtiti, ſeptem clerici & tres converſi, anno & die infrà ſcriptis. Ipſe etiam fratrem *Godefridum de Kempis* ad profeſſionem ſuſcepit viciſimum attingentem annum.

Anno Domini M. CCCC. I. in craſtino diviſionis

viſionis Apoſtolorum, fuit inveſtitus frater *Ioannes Drick* de civitate *Steenvvyck* dioeceſis *Traiectenſis*. Hic anteà fuit presbyter & Vicarius in *Steenvvyck*, qui infra annum probationis de licentia Prioris ſuperioris in natali ſancti *Ioannis* apoſtoli profeſſus eſt, poſteà procurator effectus.

Eodem anno in die ſancti *Brixij* epiſcopi & cõfeſſoris fuit inveſtitus frater *VVilhelmus Henrici* dictus *Coman* de *Amſtelredam* civitate *Hollandiæ* annorum XXIII. Hic primum *Daventriæ* cum devotis fratribus ſtetit, quem Dominus *Florentius* adhuc vivens in montem tranſmiſit.

Eodem anno in profeſto ſanctæ *Catharinæ* virginis, fuit inveſtitus frater *Fredericus* converſus, de *Groninghen* civitate *Friſiæ* natus. Hic cum primis fundatoribus diu in monte converſatus eſt.

Anno Domini M.CCCC.II. in vigilia Nativitatis *Chriſti*, fuit inveſtitus frater *Gerardus Tydemanni* de *VVeſep* oppido *Hollandiæ* natus. Hic plures libros pro domo & pro pretio ſcripſit.

Anno Domini M. CCCC. III. in die ſancti *Pontiani* martyris, fuit inveſtitus *Conradus* ſartor converſus, ex Comitatu de *Marcha*.

Anno Domini M. CCCC. V. in die quatuor Coronatorũ fuerunt pariter inveſtiti frater *Alardus* presbyter, & frater *Ioannes Benevolt* de *Groninghen*. Erat autem Alardus quadraginta annorum & ſex, natione *Friſo*, quondam Curatus in *Pilſum*; unde originem habuit, vir pius & devotus.

Anno Domini M. CCCC. VI. in die Sacramenti, quæ tunc fuit in profeſto *Barnabæ*, inveſtiti ſunt duo fratres clerici & unus converſus frater *Thomas Hemerken* de *Kempis* civitate, dioeceſis

ſis *Colonienſis*, germanus fratris *Ioannis Kempen* primi Prioris, quorum Pater *Ioannes*, Mater *Gertrudis* vocabatur. Item frater *Oetbertus VVilde* de *Zvvollis*, cuius Pater *Henritus*, & Mater *Margareta* dicebatur. Item frater *Arnoldus Droem* converſus de *Traiecto*, qui multa bona contulit monaſterio, & fuit refectorarius.

Capvt XI.

De obitu fratris VVolfardi *presbyteri domus montis ſanctæ* Agnetis.

ANno Domini M. CCCC. I. in feſto ſanctorum martyrum *Ioannis* & *Pauli*, obiit in monaſterio ordinis noſtri, quod dicitur in nemore beatę *Mariæ* virginis prope *Northorn*, frater *VVolfardus Matthiæ* de *Medenblic* oppido *Hollandiæ*: unus de quatuor primis fratribus domus noſtræ. Hic ſtatura magnus, inceſſuque maturus, eloquio facundus, canitie decorus, iuvenum ſectatus eſt labores; & humilia faciebat opera, lavando ſcutellas, terram fodiendo, lapides portando ac ligna colligendo. Erat feſtinus ad chorum, alacer ad vigilandum, fortis ad ieiunandum: in cebrando ſedulus, in orando devotus. Interrogatus aliquando à quodam religioſo quid in Adventu Domini comediſſet, & an etiam ova quandoque habuiſſet, reſpondit: Benedictus Deus, per totum Adventum rarò oua vel piſces habui: ſed pulmentariis noſtris bene contentus ieiunavi. Cùm ergo Deo diſponente vitæ eius terminus adveniſ-

adveniſſet, atque boni actus ſui melioribus decorari debuiſſent, ad ſaluberrimum finem tali occaſione & ordine pervenit. Fuit eo tempore anni notabilis peſtilentia in monaſterio noſtro nemoris beatę Virginis. Defuncto itaque Priore cum multis fratribus, unus tantum ſacerdos frater *Ioannes Groninghen*, debilis & infirmus, cum unico novitio fratre *Horneſto* remanſit deſolatus. Horum obitum & afflictionem deſolatorum fratrū audiens frater noſter *VVolfardus*, compaſſus eſt domui illi vehementer. Quodam igitur die præcinctus ad laborem, dicit mihi aſtanti condolendo. O qui cum illis bonis fratribus de *Northorn* partem meruiſſet habere, & exitum talem. Plures enim ex illis noverat: ſciens ipſum locum & diligens ſanctam eorum ſocietatem. Cumque multa bona de eis loqueretur, mox portam monaſterii noſtri frater *Arnoldus* converſus de *Northorn* ingreſſus eſt: ad poſtulandum aliquem de ſacerdotibus noſtris. Quem videns frater *VVolfardus* ad ſe venientem, lætus eidem occurrit, & amplexatus eſt adventantem. Audiens autem cauſas itineris eius, paratum ſe fatetur cum eo tranſire ſi placuerit Priori. & obedientia ita iuſſerit. Exhilaratur *Arnoldus* agnita eius promptitudine, & ait: O quàm bene in hoc ageretis chariſſime. Fit conventus fratrum, & tractatur quis ſit emittendus ad ſuccurrendum fratribus in neceſſitate conſtitutis. Tunc viſum eſt de fratre *VVolfardo* moribus & ætate provecto: ſuſcepitque iuſſum charitate ſuadente. Et altera die luce ſurgente cum fratre *Arnoldo* ad *Northorn* perrexit, poſiturus animam ſuam pro fratribus; ut in æternum eam ſaluaret, *Christo* ducente. Vale factiſ-

que fratribus oculis lachrymoſis montem reliquit ſanctę *Agnetis*, de cetero illuc non reverſurus. neſciens quàm citò eſſet ad montem celſiorem transferendus. Vicit naturam, locum & fratres relinquendo: charitatis implevit iura, Chriſtum in morte ſua imitando. Intrans igitur monaſterium nemoris virginis *Mariæ* matris Chriſti, intra paucos dies illic finē fecit vivendi: ſepultus apud fratres monaſterii ſupradicti. Retulit mihi frater noſter *Egbertus*, quod olim magiſter *Gerardus Magnus VVolfardo* noſtro oretenus dixiſſet: *VVolfarde*, duas converſiones habebitis. Nam tempore magiſtri *Gerardi* cœpit eſſe bonę voluntatis: ſed poſteà ad ſæculum eſt devolutus. Tandem poſt multos annos de gratia Dei iteratò compunctus, relicta cura paſtorali mutavit vitam ſæculi, & aſſumpſit cum primis fratribus religionis habitum: diemque clauſit extremum agone felici.

CAPVT XII.

De electione fratris VVilhelmi Vorniken *ſecundi Prioris in monte ſanctæ A*netis.

ANno Domini M. CCCC. VIII. ante Dominicę aſcenſionis diem, frater *VVilhelmus Vorniken*, Conventualis in *VVindeſem*, electus eſt in Priorem montis ſanctæ *Agnetis*. Hic ſecundus Prior domus noſtræ decem & ſeptem annis prę-fuit monaſterio, amator paupertatis & diſciplinæ. Qui poſteà de domo noſtra aſſumptus domui

muii ſuperiori in *VVindeſem* prælatus eſt : ac totius ordinis noſtri Pater generalis effectus. Ipſe tectũ eccleſiæ noſtræ, & ſedes novas in choro parari fecit : & pulchra ornamenta in feſtivitatibus ſacerdotibus ac miniſtris deferenda procuravit. Septa monaſterii dilatavit: & muro lapideo totum monaſterium circumcinxit. Domum pro agricolis novam, & ſtabula pecorum circa portam ſtatuit : piſtrinum cum braxatorio in anno receſſus fundare cœpit. In pluribus locis arbores diverſi generis cum pomorum fructibus plantavit: & montium ardua, quæ adhuc pro magna parte remanſerant, implanata, evectis arenis terræ adequavit. Fecit picturis altaria decorari: & libros pro choro & pro armatura in bona copia ſcribi. In omnibus tamen his paupertas & ſimplicitas amica illi fuit : & ipſe quàm plures libros illuminavit. Plures laicos ad cohabitationem charitatis intuitu ſuſcepit: ut & ipſi laboribus ſanctis fideliter inſiſtendo, & ſub obedientia in communi vivendo æternæ vitæ præmia mererentur accipere ; ex quibus aliquos in donatos recepit : quibuſdam habitum converſorum dedit.

Tempore prioratus ſui quatuordecim fratres clericos inveſtivit, quorum nomina & dies inveſtitionis iam in ſequenti loco continentur.

Anno M.CCCC.VIII. in feſto ſancti *Michaelis Archangeli*, fuit inveſtitus frater *Nicolaus Creyenſchot* de oppido *Campenſi* oriundus, iuvenis ætate, ſed moribus probus.

Anno Domini M.CCCC.X. in feſto omnium Sanctorũ, fuerunt pariter inveſtiti frater *VVermboldus* presbyter de *Campis*, cognatus *Ioannis de Vmmen*, & frater *Gerardus Ae* de *Traiecto*.

Anno Domini M. CCCC. XI. in vigilia nativitatis Chriſti, fuerunt pariter inveſtiti frater *Iohannes Gerardi*, frater *Iohannes Bouman*, & frater *Gerardus VVolteri* converſus. Omnes iſti de *Zvvollis* fuerunt.

Anno M. CCCC. XIII. in Viſitatione beatę *Mariæ* virginis, fuit inveſtitus frater *Ioannes* de villa *Lent*, uno miliari dę *Zvvollis*.

Anno M. CCCC. XVIII. in vigilia Nativitatis Chriſti, fuerunt pariter inveſtiti, frater *Rodolphus Oetmerſen* ex *Tvventhia*, frater *Otto Lyman* de *Goch* in *Geldria*, & frater *Henricus Iacobi* de *Zvvollis*.

Anno M. CCCC. XXI. in vigilia Nativitatis Chriſti fuerunt pariter inveſtiti, frater *Henricus VVilhelmi* de *Daventria*, frater *Dericus Veneman* de *Zvvollis*.

Anno M. CCCC. XXIII. in vigilia Paſchæ fuerunt inveſtiti duo converſi, frater *Gerardus Ter Mollen* de *Zvvollis*, & frater *Gerardus Hombolt* de *Traiecto*.

Anno Domini M. CCCC. XXIV. in feſtò Annuntiationis beatæ *Mariæ* virginis, fuerunt pariter inveſtiti tres fratres iſti: frater *Iohannes Lap* de *Neerden* oppido *Hollandiæ*, frater *Chriſtianus Averſteghe* de *Campis*, & frater *Helmicus Braem* de *Herdervvijck* civitate *Geldriæ*.

Ca-

CAPVT XIII.

De obitu fratris Nicolai Kreyenſchot.

ANno M.CCCC.X. in feſto ſancti *Barnabæ* apoſtoli poſt ſolis occaſum, obijt frater noſter *Nicolaus Kreyenſchot* bonæ indolis iuvenis, ex notis civibus oppidi *Campenſis*, annorum quaſi viginti trium. Hic Deo miſericorditer ſecum agente in brevi explevit tempora multa: evadens longiora luctamina vitæ præſentis. Nam octo menſibus & decem diebus poſt profeſſionem ſuam tranſactis, ex huius mundi habitatione migravit. In hoc virtus obedientiæ multum emicuit: ſicut bonum iuvenem dignè decebat. Quis dixit, frater veni; & non ſtatim venit? aut vade; & non ſtatim ivit? Ex parte eius boni redditus monaſterio provenerunt. Accidit aliquando ut improvisè quandam amphoram funderet & frangeret; de quo caſu & damno tantum doluit, quod vehementer lachrymas effunderet: Paravit etiam ſemel acutam virgam: & venit ad Suppriorem dicens: Obſecro vos Pater propter Deum, ut detis mihi acrem diſciplinam: ego ita frequenter excedo, nec quicquam proficio. Sepultus eſt autem in parte Orientali ambitus iuxta murum eccleſiæ ſub gradu dormitorij noſtri.

CAPVT XIV.

De conſecratione eccleſiæ noſtræ & quatuor altarium in monte ſanctæ Agnetis.

ANno M. CCCC. XII. die octavâ menſis Aprilis, quæ tunc feria ſexta infra octavas Paſchæ, conſecrata eſt eccleſia noſtra in honore ſanctę *Agnetis* Virginis & martyris Chriſti, per Dominum *Matthiam Buduanenſem*, ſuffraganeum reverendi in Chriſto Patris ac Domini noſtri *Frederici de Blanckenbem* epiſcopi *Traiectenſis*; pręſentibus viris religioſis multis ac presbyteris: Priore de *VVindeſem*, Priore de *Belheem*, Domino *Conrado Hengelo*, Domino *Ioanne Haerlem* presbyteris *Zvvollenſibus*, nec non aliis pluribus utriuſque ſexus honeſtis perſonis, parvulis & ſenibus, oppidanis ac villanis, ad hanc dedicationem concurrentibus. Grandis quippe lætitia tunc omnibus erat: & generalis dabatur extraneis intrandi licētia. Prout illo tantùm die noſtra ſtatuta concedunt. Conſecratione itaque eccleſię ſolemniter peracta, acceſſit Pontifex infulatus ad conſecrandum quatuor altaria. Et primò dedicavit in choro ſummum altare in honore ſanctę Trinitatis, beatæ Dei genitricis, & ſanctæ *Agnetis* Virginis, atque Apoſtolorum Chriſti. Statimque Conventus Miſſam de dedicatione templi & altaris ſolemniter decantavit. Deinde extra chorum in aquilonari parte eccleſiæ, in maiori capella, conſecravit

Digitized by Google

ſecravit altare in honore ſanctę Crucis & beatorum martyrum. Deinde in medio eccleſiæ ad lęvã partẽ chori conſecravit altare in honore beatę *Mariæ* ſemper Virginis & S. *Auguſtini* epiſcopi Patris noſtri. Vltimò in auſtrali parte chori conſecravit altare in honore beatiſſimæ *Mariæ Magdalenæ*, ſanctæ *Catharinæ*, ſanctæ *Cæciliæ*, & ſanctarum undecim millium Virginum. Moxque in ſingulis altaribus Miſſa celebrata eſt: & hoſtia ſalutaris Deo reverenter oblata. Poſt horã verò meridianam congregatis fratribus, conſecravit extra fores eccleſię in Occidentali parte & in Septemtrionali cœmiterium pro ſepultura defunctorum. Contulit etiam illo die omnibus præſentibus xl. dierum indulgentias; nec non benefactoribus eccleſiæ & viſitatoribus altarium conſimilem gratiam conceſſit: prout littera Pontificalis de conſecratione eccleſiæ ſcripta aſtruit evidenter. Sunt & in eadem eccleſia duo adhuc altaria Prioribus temporibus in *VVeſterhoff* primo fundationis loco conſecrata: quæ annuente Domino *Traiectenſi* ad iſtam eccleſiam poſt reditum fratrum tranſuecta ſunt & allata. Horum unum conſecratum eſt in honore ſancti *Ioannis Baptiſtæ*, nec non beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, ſtans in Auſtrali eccleſię parte. Alterum in honore ſanctorum *Iacobi* & *Ioannis* Apoſtolorum dedicatum eſt. Huius igitur eccleſiæ & ſingulorum altarium anniverſaria dedicationis dies in omni anno Dominica proxima poſt beati Galli abbatis in menſe Octobri ab omnibus inhabitantibus inſtitutus eſt ſolemniter celebrari: quo etiam die dedicatio domus beatæ *Mariæ* in *VVindeſem*, ac domus ſanctimonialium

in *Dipenvene* agitur in laudem & gloriam ſummæ Trinitatis.

Eodem anno tempore generalis capituli noſtri in *VVindeſem*, venerabiles Patres Canonicorum regularium de *Brabantia* ad capitulum venientes acceptati ſunt cum domibus ſuis, & fraternitati noſtræ colligati.

Hoc anno à feſto Pentecoſtes ac deinceps omnes horæ canonicæ conventualiter in eccleſia noſtra ſunt decantatæ.

CAPVT XV.

De obitu dilecti Patris Ioannis Vmmen *primi fundatoris montis ſanctæ* Agnetis.

ANno Domini M. CCCC. XX. Calendis Septembris, in nocte ſancti *AEgidij* abbatis, obiit devotus ac fidelis ſervus Chriſti *Ioannes Reghelant*, quondam magiſtri *Gerardi Magni* prędilectus diſcipulus. Hic auditor ſermonum eiuſdem, de probis parentibus natus, in *Zvvollis* pluribus annis eſt educatus. In adoleſcentia ſua Deo permittente ex quadam infirmitate oculorum caliginem incidit: & cæcus uſque ad finem vitæ permanſit. Quem tamen gratia divina tanto clariùs intus illuſtravit, quanto minùs exteriora videre poterat. Huius mater *Reghelandis* nomine Deo devota fuit: & ſæpe cum filio cæco ad loca ſanctorum viſitanda longiùs migravit; ipſum ad manum per viam ducens: atque ad audiendos ſermones

mones in eccleſia ſecum trahens,& ad omne bonum inducens. Prædicante ergo in *Zvvollis* venerabili magiſtro *Gerardo Magno*, & inſpirante Deo cum multi homines compungerentur, huius etiã ſervi ſui Dominus cor aperuit & accendit: cœpitque magiſtrum *Gerardum* multum diligere, ac tanti viri inſtrui doctrinis frequenter optavit. Vnde relicta peregrinatione ſæculari Deo ſtuduit in tranquillitate ſervire: hortans omnes ad ſe venientes,ut contempta cupiditate terrena,novam apprehenderent vitam in Chriſto, quam magiſter *Gerardus* docuit ſanctè vivendo.

Itaque aſſociatis ſibi quibuſdam bonæ voluntatis viris,cœpit *Zvvollis* cum eiſdem communem ducere vitam. Poſteà verò optantes extra tumultum ſæcularium habitare, montem *Nemelenſen* qui nunc eſt mons ſanctæ *Agnetis*, cœperunt incolere; & congregationem facere ampliorem: quam uſque ad fundationem monaſterij cum ſuis adiutoribus fideli devotione rexit per tempora longa, non veritus obſtacula multa. Tandem fundato monaſterio, & Priore canonicè inſtituto, vir charitate faterna plenus, & ampliori animarum zelo ductus, aſſumptis quibuſdam ſenioribus laicis, novam congregationem in campo ſancti *Ioannis* prope *Vollenhoe* ad laudem ſanctæ Trinitatis incepit, & Deo propitiante ad augmentum produxit. Vbi etiam ſucceſſu temporis multiplicatis fratribus, ipſe cum multis habitum tertii ordinis ſuſcepit: & uſque ad vitæ exitum hùmilis fratrum miniſter ac primus eorũ rector permanſit. Fuit autem unus de primis & antiquis magiſtri *Gerardi* diſcipulis: & multa ſæpe ſpiritualia colloquia cum ipſo habuit; à

à quo etiam ſanctæ converſationis viam didicit: & eius conſilio atque diſcretioni ſe plenariè cùm ſuis nouellis ſubmiſit. Hic eſt devotus ac dignè memorandus Pater *Ioannes*, divina gratia maturè præventus, qui quotidianis profectibus in anteriora ſemper tendebat, ſanctæ paupertatis prę-cipuus amator, humilitatis cuſtos, ſobrietatis amicus, pudicitię decus, ſimplicitatis norma, diſciplinę vigor, vitiorum hoſtis, virtutum iubar, devotionis exemplar, fortis in fide, longanimis in ſpe, in charitate diffuſus, & multos convertens à ſæculi vanitate. De quo in exordio huius libelli pauca de pluribus conſcripta ſunt. Igitur longo jam ſenio feſſus, cùm dies reſolutionis eius inſtaret: & eſſet apud ſorores in *Almelo*, cœpit ægrotare: & completis lxx. vitæ ſuę annis obdormivit in Domino, ibidem in capella ſororum ſepultus. Poſt cuius felicem obitum Dominus *Ioannes de Reſa* presbyter devotus, ſecundus miniſter domus ſancti *Ioannis* eſt conſtitutus; qui nonnulla privilegia domui illi neceſſaria cum conſecratione cœmiterij à Domino *Traiectenſi* venerabili *Frederico* petiit & impetravit. Poſt quem Dominus *Chriſtianus* ex *Zelandia* oriundus eiuſdem domus ſacerdos profeſſus, miniſterium regiminis tertio loco eſt adeptus.

Digitized by Google

CAPVT XVI.

De peſtilentia hominum & obitu fratrum noſtrorum in peſtilentia defunctorum.

ANno Domini M. CCCC. XXI. fuit notabilis peſtilentia, *Daventriæ, Zvvollis, Campis,* & in vicinis oppidis: quæ tempore æſtivali tribus menſibus non parvum populum terræ extinxit.

Eodem anno poſt nativitatem *Ioannis Baptiſtæ* prædicata fuit crux contra *Pragenſes* hæreticos, qui contra ſanctam eccleſiam, & clerum, & populum Chriſtianum gravem perſequutionem excitantes, multos fideles minis ac fallaciis ſeduxerunt, monaſteria & eccleſias everterunt, quàm plures crudeli morte necaverunt.

Eodem anno in menſe Septembri peſtilentia adhuc graviter invaleſcente, quoſdam de noſtris familiaribus hic morbus invaſit. In octava nativitatis *Mariæ* virginis obijt infra ſummam Miſſam quidam laicus *Nicolaus* nomine, molendinarius noſter ex *Drenthia* natus: bonæ famæ & vitæ, ab omnibus in domo dilectus.

In feſto ſancti *Lamberti* epiſcopi & martyris circa horam veſperarum obijt frater noſter *Oetbertus VVilde*, fervidus ac devotus ſacerdos, præſentibus fratribus & orantibus more conſueto: ætatis ſuæ anno triceſimo octavo, profeſſionis ſuæ in religione decimoquinto. Hic de civitate

Zvvol-

Zvvollenſi ex probis valde parentibus natus ſanctam *Agnetem* virginem, Patronam noſtram ſpeciali devotione dilexit; multas ſæpe infirmitates ac tentationes paſſus eſt in principio: ſed poſteà Deo iuvante mutatus eſt in virum alterum; magnificè à puſillanimitate relevatus: & frequenti devotionis gratia potitus. bono agone eſt feliciter conſummatus. Huius corpus altera die, dictis Miſſis & precibus, iuxta fratrem *Nicolaum Kreyenſchot*, in parte Orientali clauſtri reconditum eſt.

In feſto ſancti *Michaelis*, dictis veſpertinis horis, obiit *Nicolaus Petri* carpentarius donatus noſter, vir magnus & fortis viribus, plus quàm viginti annis habitator montis ſanctę *Agnetis*. Hic de *Monekedam* ex *Hollandia* ortus, à principio monaſterii converſatus nobiſcum, bonum memoriale artis ſuæ ac operis induſtriam in ſtructura eccleſiæ & in ſedilibus novis pro fratribus in choro reliquit. Huius corpus in cœmiterio laicorum verſus Septemtrionem iuxta viam ſepultum eſt.

In die ſancti *Hieronymi* presbyteri circa finem prandij, obiit *Riquinus de Vrdinghen*, donatus noſter infirmorum miniſtrator: qui inter Litanias breviter agonizans expiravit. Hic ex diœceſi *Colonienſi* natus cùm viginti quinque annis in monte deguiſſet, nunquam amicos interim viſitavit, nec terram nativitatis ſuæ, poſtquam egreſſus eſt, vidit. Beatam virginem ſingulari devotione dilexit: & in ſabbatis ab uno pulmentario propter eius amorem abſtinuit. In tribus exauditus eſt à Domino ante mortem. Cupiebat namque claro die obire; omnes fratres quos maximè diligebat ſimul ſibi aſſiſtere, & breviter agonizare. Quæ ſicut

ſicut pia ſimplititate optavit. ita pio Domino diſponente pariter contigerunt. In feſto ſancti *Lucæ* Euangeliſtę, obijt mane hora quinta *Adam de Herdervvÿck* donatus noſter, qui annis viginti in loco iſto moratus eſt. Hic devotus & fidelis in negotijs domus variis laboribus & incommodis ſe expoſuit; miſericors in pauperes, & benignus erga tribulatos: ſed & fratribus infirmantibus in hoc tempore diligenti cura aſſiſtebat. Cuius corpus in cœmiterio laicorum iuxta ceteros donatos ſepultum eſt. Quo ſepulto peſtilentia Deo miſerante ceſſavit. Quidam namque hac plaga infecti convaluerunt de infirmitatibus ſuis.

Hoc anno poſt omnium Sanctorum obiit in partibus *Friſiæ* apud ſanctimoniales in *Berghen* frater *Gerardus A*, quondam conventualis in monte.

Eodem anno obijt in feſto *Luciæ* virginis devotus presbyter Dominus *Petrus Valkenburrigh*, qui diu cum fratribus in campo ſancti *Iohannis* prope *Vollenhoe* humiliter converſatus eſt. Hic elegit ſepeliri in monte ſanctæ *Agnetis*, ubi prius aliquando ſteterat cum fratribus primis. Nondum enim habebant cœmiterium conſecratum fratres campi ſancti *Ioannis*. Poſitus eſt autem in parte Orientali ad latus Domini *VVinaldi* quondam Cappellani Domini *Frederici* epiſcopi *Traiectenſis*, & amici fratrum in monte.

CA-

CAPVT XVII.

De obitu Domini VVilhelmi Segeri *presbyteri in* Haſſelt.

ANno Domini M. CCCC. XXII. in vigilia Aſcenſionis, quæ fuit in craſtino Potentianæ, obiit devotus presbyter Dominus *VVilhelmus Segeri*, confeſſor ſororum tertij ordinis in *Haſſelt*. Hic de *Zvvollis* natus in monte ſanctę *Agnetis*, ſicut diu deſideravit, in parte orientali ambitus ante cellam Prioris ſepultus eſt. In eius ſepultura affuerunt venerabiles viri iſti, Dominus *VVeſſelus* primus Præpoſitus in *Clara aqua* prope *Hattem*, Dominus *Ioannes Haerlem* confeſſor ſororum in *Zvvollis*, Dominus *Gerardus Trecht*, & Dominus *Stephanus Mulart* presbyteri de *Haßelt*. Et alii quàm plures honeſti viri ac amici eius ex prædictis oppidis ad exequias eius convenerunt: Priore domus cum conventu fratrum officium fideli devotione peragente. Poſt cuius obitum Dominus *Gerardus Trecht* à Patribus noſtris in locum defuncti ſubrogatur pro regimine ſororum prædictarum.

Eodem quoque tempore anni in diebus Pentecoſtes firmata eſt pax inter *Traiectenſes* & *Hollandinos* atque *Geldrenſes*, qui ultra anni circulum graves exercuerunt inter ſe inimicitias: multis prędis ac cædibus & incendiis hinc inde malè patratis.

In menſe Septembri in profeſto ſanctorum *Coſmæ*

Digitized by Google

Coſmæ & *Damiani* obiit in *Thabor Friſiæ* frater *Iohannes Pric*, ſacerdos & conventualis domus montis ſanctæ *Agnetis*. Hic de civitate *Steenvvyck* natus, olim fuit ibidem Vicarius in eccleſia ſancti *Clementis*. Poſt plures annos ad petitionem Prioris in *Thabor*, cum fratribus domus illius ad tempus ſtetit; & multis fratribus in peſtilentia eiuſdem anni morientibus, ipſe quoque inter eos obdormivit in Domino; in parte orientali ambitus cum cæteris fratribus ibidem ſepultus. Huius ſententia ad novitios fuit: *Qui in principio converſionis ſuæ humilibus exercitijs non aſſueſcit, nec proprios motus frangit, rarò bonus religioſus erit.*

In menſe Octobri in tranſlatione ſancti *Auguſtini* epiſcopi, obiit *Zvvollis* honorabilis domicella *Maria* relicta *Henrici* de *Haerſt* vicini noſtri. Hæc valdè pia & miſericors erga egenos fuit: & ad audienda divina ſępe in montem ſanctæ *Agnetis* humiliter perrexit; inſuper & ab ornatu ſæcularium veſtium abſtinuit. Quæ bonum teſtamentum fratribus noſtris in monte fecit: ubi & recondita iacet in eccleſia, in ſepulchro *Bartoldi* filij ſui.

Anno M. CCCC. XXIII. fuit in hieme tam validum frigus & gelu tam diuturnum ab Epiphania uſque ad cathedram *Petri*, ut maxima pondera glacialis durities per æquora ferret. Exinde menſe Martio inſtante, nix & glacies calore ſolis repentè liquefactæ ſunt, & ſequuta eſt magna aquarum inundatio, quarum impetu rupti ſunt aggeres: & multa ubique ſemina aquis ſubmerſa perierunt.

Eadem quoque æſtate murus per circuitum monaſterii noſtri eſt conſummatus, ab auſtrali parte

parte uſque ad Occidentalem plagam cum nova porta

Eodem anno inveſtiti ſunt duo fratres converſi in Sabbato vigiliæ Paſchę, frater *Gerardus ter Mollen*, & frater *Gerardus Hombolt*, ut ſuprà ſcriptum eſt.

Capvt XVIII.

De obitu Reverendiſſimi Domini Frederici *epiſcopi* Traiectenſis.

Anno Domini M. CCCC. XXIII. in die ſancti *Dionyſii* epiſcopi & martyris, nono die menſis Octobris, migravit ex hac luce Reverendiſſimus & incyltus Dominus *Fredericus de Blankenhem* glorioſus epiſcopus *Traiectenſis*, annorum circiter octoginta. Hic opitulante omnipotentis Dei gratia dioeceſem *Traiectenſem* xxx. annis ſtrennuè & honorificè gubernavit; atque multa auctus victoria, pacem eccleſiæ, tutelam Patriæ, civibus quietem reliquit antè mortem. Hic eſt eximius Præſul *Fredericus*, columna ſacerdotum, ſtella clericorum, Pater religioſorum, amicus omnium devotorum, defenſor pupillorum, vindex iniuſtorum. Hic eſt prælatorum gloria, ſubiectorum lætitia, ſeniorum dignitas, juvenum probitas, doctorum celſitudo, magiſtrorum pulchritudo, ſcholarium diſciplina, militum armatura, ſcutum pugnantium, terror hoſtium, fortitudo civium, decus nobilium, honorificentia principum, laus magnatorum. Quis dignè

Digitized by Google

dignè laudes eius enarrabit? In diebus eius fuit optima diſpoſitio terræ *Traiectenſis*, honeſtas in Pręlatis, pietas divini cultus in presbyteris, devotio in religioſis, caſtitas in virginibus, fidei fervor in populis, ſtrenuitas in iudicibus, in urbibus opulentia magna. Floruerunt & tunc ſtudia litterarum, præcipuè *Daventriæ* & *Zvvollis*: & de diverſis civitatibus & partibus propè aut longè, ingens caterua ſtudentium confluebat. Et quoniam Deum timebat, & eccleſiam ſanctam honorabat, cunctosque Deo ſervientes amabat ac defenſabat, idcirco ſuperna maieſtas ab inimicis circumvenientibus eum tutavit: ſubiiciens ei nationes rebelles, & præcipuè *Friſones* terminos eius invadentes; nec non mirificis actibus tempora ſua illuſtravit: ita ut Patriæ *Traiectenſi* viderentur aurea ſęcula data. Quod tamen evidentius poſt eius tranſitum patuit, cùm nimis enorme & longum ſchiſma tam in clero quàm in populo contigit & excrevit. Hoc ſiquidem reverendus hic Pontifex utpote vir prudens & litteratus ſatis pertimuit, ſciens & mores civitatum & partialitates quorundam optimatum, & quanta virtute inſolentias horum vix compeſcuit & ſubegit. Poſt mortem meam, inquit, ſcient quia bonum Dominum habuerunt. Omnes enim volunt dominari, nec dominum ſuſuprà ſe ſuſtinere, ideo malè eis ſuccedet. Et verum prædixit: quia tota patria *Traiectenſis* damna ſuæ partialitatis graviter luit, & diu lugebit, prout inferius ſuo loco breviter patebit. Defunctus itaque Præſul clariſſimus in caſtro ſuo *Horſt* dicto, non longe à *Traiecto*. Corpus ſuum perlatum eſt cum decenti

comitatu ad eccleſiam *Traiectenſem*, in qua Maiores ſui conditi ſunt, ibique cum Pontificibus ad dextram chori in honorifico ſepulchro requieſcit in pace.

CAPVT XIX.

De obitu fratris Iohannis Vos *de* Hueſden *ſecundi Prioris* in VVindeſem.

ANno Domini M.CCCC.XXIV. Sabbato poſt *Andreæ*, quarto nonas Decembris, obiit venerabilis Pater frater *Iohannes Hueſden*, ſecundus Prior in *VVindeſem*, ætatis ſuæ anno ſexageſimo primo. Hic magiſtri *Gerardi Magni*, & Domini *Florentij* Vicarij *Daventrienſis* diſcipulus extitit: & poſt primam inveſtitionem fratrum in *VVindeſem* ipſe anno ſequenti in feſto beatæ *Mariæ Magdalenæ* cum fratre *Henrico Balveren* ibidem fuit inveſtitus, atque in brevi poſt abſolutionem fratris *VVerneri* primi Prioris, factus eſt eiuſdem domus Prior ſecundus anno ætatis ſuę viceſimo octavo. Hic Deo præſtantę triginta tribus annis in prioratu vixit, & domum illam laudabiliter rexit, ac toti ordini multùm profuit, cunctiſque devotis fratribus & ſororibus ubicumque in dioeceſi erant benigniſſimus ac ſolatioſus Pater extitit, communem charitatem gerens ad omnes. Ipſe quàm plures libros per monaſterio ſcribi fecit: erat enim ardens amator ſanctarum ſcripturarum; pręcipuè tamen erga ſanctum Patrem noſtrum *Auguſtinum* afficiebatur; copiam librorum

Digitized by Google

ſum eius magna inſtantia colligendo, Hic erat etiam tempore generalis concilij in Conſtantia cum fratre *Ioanne VVale* venerabili Priore *Zvvollenſi,* qui ſimul benignè ac reverenter à Cardinalibus & aliis Prælatis fuere ſuſcepti.

Contigit ante paucos obitus ſui dies infra octavam ſancti *Martini* epiſcopi, ut duo fratres de monte ſanctę *Agnetis* ad colloquendum Priori in *VVindeſem* venirent. Tunc unus illorum eadem nocte tale ſomnium habuit, præſagium futurorum. Vidit namque in cæleſtibus concurſum ſpirituum fieri, & quaſi ad obitum alicuius feſtinare. Statimque tabulam quaſi pro exitu morientis in ſomnis audivit pulſare, ut inde expergefactus evigilaret. Surgens ergo de lecto & volens ire viſum quid eſſet, neminem percepit. Erat enim manè ante quintam horam, & fratres adhuc quieſcebant. In ſe reverſus tacitus cogitare cœpit, quia fortè in brevi Pater noſter Prior de ſęculo migrabit. Nulli tamen in domo illa quidquam de viſione retulit: ſed uni clerico de *Brabantia* venienti, & in via ſecum pergenti ſecretè ait: Dicatis Domino *Hermanno Scutken,* qui moratur in *Thenis,* ſi velit Patri noſtro in *VVindeſem* loqui, quòd citò veniat: quia æſtimo quòd non diu erit, ſi vera eſt viſio quam quidam hac nocte vidit. Poſt hæc quindena peracta, Pater reverendus obiit infra ſummam Miſſam die præfata. Pro quo adhuc ante prandium Miſſa defunctorum in conventu eſt decantata, & corpus eius in choro ante ſanctuarii gradum eſt ſepultum.

Eſt ipſe Thomas à Kempis, ut patet ex Buſſchio lib. 2. Chron. VVindeſ. cap. 21.

Poſt mortem venerabilis Patris electus eſt in Priorem eiuſdem domus frater *Gerardus Naeldvvijc* Procurator conventus illius in vigilia Epi-

phaniæ Domini. Qui nimium dolens tandem invitè conſenſit. Sed humilis ac manſuetus, inpatiens honoris & oneris, multa inſtantia & importunis præcibus à tanti regiminis cura ſupportari atque à Prioratu abſolui, in ſequenti generali capitulo humiliter petiit & impetravit. Quo abſoluto & Patribus adhuc interim congregatis, electus eſt eodem tempore generalis Capituli frater *VVilhelmus Vorniken* Prior in monte ſanctę *Agnetis*. Qui electione ſua percepta conſternatus eſt animo, expaveſcens onus non immeritò formidandum. Flevit itaque uberrimè indignum ſe vociferans, ac fortiter omni modo renitens, & rationibus multis ſe excuſans. Sed obedientia & auctoritate maiorũ compellente cogitur obedire, ac tanti oneris iugum pro Chriſto ſuſcipere. Tandem conſentiens, poſt gravem fletum confirmatur & introducitur: omneſque in illa domo Deo gratias referunt & lætantur: ſed mons *Agnetis* ablato ſibi fideli Paſtore non modicè triſtabatur & flebat, quia ſimilem ſibi neſciebat.

Ca-

Digitized by Google

CAPVT XX.

De electione fratris Theodorici Clivis *tertij Prioris in monte.*

ANno Domini M. CCCC. XXV. domus montis ſanctæ *Agnetis* deſtituta Paſtore, per electionem ſibi ablato, & in domo ſuperiore tranſlato, de altero idoneo ſecundùm canones ſibi ſtuduit providere. Congregatis igitur fratribus & Miſſa de Spiritu ſancto in ſabbato poſt Pentecoſten conventualiter celebrata, ad domum Capituli cuncti capitulares convenerunt. Auditis itaque vocibus ſingulorum, electus eſt frater *Theodoricus Clivis* ſupprior noſter. Huic electioni interfuerunt venerabiles Patres, Prior in *VVindeſem* & Prior domus beatæ *Mariæ* prope *Northorn*, qui eandem electionem ritè factam auctoritate ſibi commiſſa confirmaverunt.

Hic frater *Theodoricus* unus fuit de ſenioribus ac primis inveſtitis fratribus eiuſdem domus, diu in bona converſatione educatus; qui homeliare æſtivale & hiemale cum quibuſdam aliis libris ſcripſit. Sub hoc electo iam Patre ac tertio domus noſtræ Priore, multa adverſa in dioeceſi *Traiectenſi* contigerunt, quæ domum noſtram & omnes in terra religioſos non modicè afflixerunt, propter ſchiſma Domini *Guederi de Culenborgh*, confirmati Epiſcopi, & nobilis *Rodolphi de Diepholt*: Quorum diſcordia

longa multos cleros turbavit & cives.

Eodem anno obiit in Viſitatione beatæ *Mariæ* virginis frater noſter *Conradus* ſartor converſus, completorio iam finito. Hic de *Scyrebeke* ex comitatu de *Marca* natus, *Daventriæ* ſub Domino *Florentio* ſtetit, quem idem devotiſſimus Pater cùm artem ſarciendi dediciſſet, ad montem ſanctæ *Agnetis* miſit: qui devotè ac humiliter multis annis nobiſcum converſatus eſt: fratrum veſtimenta ſuendo, lavando, & reparando. Specialiter tamen in fine de hoc gaudebat, quia veſtes fratrum ſæpe laviſſet; ſperans ſe etiam tali opere ſordes peccatorum ſuorum abluiſſe. Erat homo valdè pudicus & purus, paupertatis ac ſimplicitatis amator. Ardenter deſſolui cupiebat, & eſſe cum *Chriſto Ieſu* & *Maria*, quam in fine ſæpe nominavit: & datum eſt illi ut eius feſto quietè ac devotè obiret. Eius corpus ſepultum eſt in cœmiterio intra ambitum monaſterii circa oſtium Septemtrionale. verſus murùm domus Orientalis.

Eodem anno Dominus *Buederus de Culenborgh* epiſcopus *Traiectenſis*, Apoſtolica auctoritate confirmatus, à *Traiectenſibus* & nonnullis aliis oppidis ſuſceptus eſt: ſed à civitatibus *Trans-Yſlanus* non eſt admiſſus. Quapropter hæ civitates ſuppoſitę ſunt interdicto: & facta eſt magna controverſia in clero & populo, quidam enim interdictũ ſervaverunt, Maiores autem civitatũ cum ſibi adhærentibus econtrario appellaverunt. Ach! pie Deus, in profeſto ſancti *Lamberti* ſuſpendimus cantica noſtra propter interdictum nobis tunc inſinuatum. Idcirco indignati ſunt adverſum nos & alios religioſos Optimates terræ & populares multi,

multi, perpeſſique ſumus opprobria multa. ac tandem de Patria & monaſteriis noſtris exire compulſi propter cuſtodiam interdicti.

Eodem anno inveſtiti ſunt in die ſancto Nativitatis Chriſti duo fratres clerici diu probati, & unus converſus frater *Iacobus Cluit de Campis*, qui *Daventriæ* aliquo tempore ſtuduit ſub magiſtro *Ioanne de Iuliaco* rectore famoſo & devoto. Item frater *Gerardus Smullinc* de terra Clivenſi, qui *Zvvollis* ſub magiſtro *Iohanne Cele* optimo rectore frequentavit, & eius commenſalis aliquando fuit. Item frater *Iacobus A.* converſus de *Traiecto*, cognatus fratris *VVilhelmi Vorniken* quondam Prioris noſtri.

CAPVT XXI.

De obitu fratris Egberti *quondam ſupprioris in monte.*

ANno Domini M. CCCC. XXVII, in craſtino ſancti *AEgidij* abbatis, obiit poſt tertiam horam noctis in *Diepenvene*, monaſterio ſanctimonialium ordinis noſtri, frater *Egbertus de Linghen* rector & Confeſſor eiuſdem monaſterii, qui ibidem in eccleſia extra chorum inter duos cancellos à Priore de *VVindeſem* tunc præſente ſepultus. Hic de oppido *Vmmen* natus, in eccleſia ſanctæ *Brigidæ* baptiſatus: Sed parentibus verſus *Zvvollis* ſe transferentibus, coepit bonæ indolis iuvenis ſub magiſtro *Ioanne Cele* ſcholas frequentare, ac ſtudioſè proficere. Cumque lau-

 dabilem

iem famam in monte audiviſſet, quibus tunc ſenior *Ioannes Vmmen* præerat, ſedulè illuc acceſſit: & ſalutaribus monitis piè attactus, cùm iam competenter eſſet litteratus, parentes reliquit, ac pauperculis Chriſti fratribus humiliter & devotè ſociavit. Qui poſtmodum ad ſacerdotium in eadem domo promotus eſt.: & proficiente devotionis gratia in brevi cum tribus primis fratribus religionis habitum primus ipſe ſuſcepit. Erat etiam aliquoties ſupprior domus noſtræ in monte, homo boni cordis, eloquens verbis, diligens in ſcripturis, mœrentium conſolator, citò iniurias remittens, & profectui aliorum intimè congaudens. Ipſe multos libros cantuales in choro pulchrè illuminavit, nec non varios codices pro armatura noſtra, & quandoque pro prętio ſcriptos illuminavit. Valdè domum noſtram montem ſanctę *Agnetis* prę cunctis terrarum locis dilexit: & multum fideliter pro eius fundatione laboravit. Siquidem parentibus eius defunctis cùm eſſet unicus filius, cuncta eorum bona tamquam legitimus hæres percepit: quæ ad communem uſum fratrum in magna adhuc paupertate degentium provenerunt. Quamobrem annuam memoriam ipſe cum parentibus ſuis meritò in conventu pro benefactis accepit.

Google

CAPVT XXII.

De expulſione fratrum noſtrorum & aliorum religioſorum de terra propter interdictum.

ANno Domini M. CCCC.XX. nono Domini *Guederi* contra adhærentes Domino *Rodolpho* poſtulato, facta eſt gravis comminatio contra regulares obedientes Apoſtolicis litteris & mandatis Domini *Svvederi* Epiſcopi *Traiectenſis.* Cumque nollent adhęrere appellationi & partibus *Rodolphi,* compulſi ſunt aut reſumere cantica Eccleſiaſtica, aut de patria pariter exire. Tunc Priores cũ conventibus ſuis loquuti, elegerunt potius iratis contra ſe populis terrę cedere, & exulare pro iuſtitia, quàm conſentire præceptis eorum in ſcandalum omnium devotorum, qui iam ex magna parte diſceſſerunt à terra, propriis domibus & civitatibus derelictis. Igitur tam dura annuntiatione propoſita coram patribus & fratribus noſtris, una ſententia omniũ fratrum fuit; ſervata obedientia Apoſtolica ad peregrinandum ſe parare: aliquibus familiaribus laicis & converſis & donatis pro cuſtodia domus in conventu relictis. Facta eſt autem hęc expulſio & receſſus publicus ipſo die *Barnabæ* apoſtoli, ante ſolis occaſum. Et quidẽ fratres de *VVindeſem* cum ſuis verſus *Northorn* perrexerunt: Fratres autẽ *Bethlehem* in *Zvvollis trans Yſelam* ad partes *Geldrenſes* migraverunt. Fratres autẽ in *monte ſanctæ Agnetis* prima

 nocte

nocte in *Haſſelt* manſerunt, & altera die verſus *Friſiam* ad fratres ſuos in *Lunenkerc* navigaverunt, in ſubſidium & ſolatium domus illius quam reformare inceperant. Et Deo iuvante pluribus fratribus noſtris ibidem moram trahentibus, ad bonum ſtatum, domus in brevi tempore pervenit. Erant autem ſimul in navicula conducta fratres & clerici & laici circiter viginti quatuor. Manſerunt autē ibidem annis tribus pro Chriſti nomine, & Eccleſia Dei, non ſine notabili fructu patienter à Patria ſua relegati.

Hæc ſunt nomina fratrum noſtrorum & aliorum familiarium clericorum & laicorum domus noſtræ, qui compulſi fuerunt de Patria *Traiectenſi* & de monaſterio, propter obedientiam & interdictum, quod ultra annum ſervaverunt ex mandato ſedis Apoſtolicæ: In primis venerabilis Pater noſter Prior dictus frater *Theodoricus Clivis*, ſecundus frater *Thomas Kempis* ſupprior, tertius frater *Iohannes Vmmen* ſenior & infirmus, quartus frater *Gerardus VVeſep*, quintus frater *Ioannes Benevolt*, ſextus frater *VVermboldus Stalvvic*, ſeptimus frater *Ioannes Bouman*, octavus frater *Henricus Cremer*, nonus frater *Henricus Daventria*, decimus frater *Dericus Veneman*, undecimus frater *Helmicus*, duodecimus frater *Chriſtianus*, tertius-decimus frater *Iacobus Cluyt*, quartus-decimus frater *Gerardus Smullinc*, quintus-decimus frater *Cæſarius Nouitius*, ſextus-decimus frater *Goſuinus Piſtoris* novitius. Item duo converſi, frater *Arnoldus Droem* & frater *Iacobus de A*. Item tres clerici nondum habitu religionis inveſtiti, *Hermannus Craen*, *Goſſuinus ten Velde*, *Arnoldus ten Brincke*. Item duo donati *Gerardus Hombolt* & *Laurentius*.

Item

Digitized by Google

Item *Ioannes Koyte* hoſpes & familiaris amicus domus noſtræ. Omnes iſti prima nocte apud ſorores in *Haſſelt* hoſpitaverunt, quæ magnam charitatem humanitatis nobis exhibuerunt. Et quia violenter expulſi fuimus vehementer doluerunt & fleverunt. Et quia omnes fratres non potuerunt habere apta loca ad quieſcendum in lectulis, ſorores compatiendo nobis attulerunt lectiſternia ſua, & paraverunt loca ad dormiendum in ſtabulo ſuo ſuper fœnum & ſtramina, ita quòd ibi competenter pariter quievimus. Multi de civibus in *Haſſelt* compatientes nobis fleverunt, & quidam etiam invidentes & malè ſentientes de nobis deriſerunt fratres noſtros & detraxerunt: ſed plures inde poſteà pœnituerunt. Altera die facto manè, & conducta parva navicula, ſumptis etiam cibariis in via, remigando & velificando per viam maris perreximus non ſine magno periculo, vento nobis contrariante, ad deſideratam *Friſiam* pro nomine Chriſti & obedientia ſanctæ *Romanæ* Eccleſię, cui obedire omnes unanimiter deſideravimus & Deo nos commiſimus, qui fecit nobiſcum miſericordiam ſuam; & à periculo maris nos eripuit, & ad fratres noſtros in *Lunenkerca* ſalvos perduxit.

Anno M.CCCC.XXX. decimo quarto Calendas Decembris, ante vigiliam ſancti *Thomæ* Apoſtoli obijt dilectus frater noſter *Ioannes* presbyter de *Campis* natus, tertius de quatuor primis inveſtitis, qui poſt meridiem defunctus ad dexteram fratris *Oetberti* eſt ſepultus. Hic multos libros cantuales per choro optimè notavit. Erat enim cantor bonus, moribus verecundus, & labores varios tempore meſſis & in ædificiis præ-

parandis

Digitized by Google

parandis ſatis bonus & aptus. Ipſe etiam tempore expulſionis noſtræ perrexit cum fratribus in *Friſiam*, licèt eſſet debilis, optans cum conventu exulare, quàm ſolus cum paucis laicis ad cuſtodiam domus permanere. Qui tamen poſtea ante alios remiſſus eſt infirmitate cogente: & expletis in religione xxx. annis & uno obdormivit in Domino.

Anno M. CCCC. XXXI. Obijt in die ſancti *Stephani* Papę & martyris in *Lunenkerc* frater *Goſuinus Becker* tertio anno profeſſionis ſuę incepto, nondum in ſacris, ibidem in ambitu ſepultus. Hic fuit de *Zvvollis*, filius *Ioannis Limborgh* ſive *Becker*.

CAPVT XXIII.

De reditu fratrum noſtrorum ex Friſia *ad montem ſanctæ* Agnetis.

ANno Domini M. CCCC. XXII. data eſt licentia religioſis fratribus & devotis presbyteris & canonicis redeundi ad loca ſua & monaſteria, quæ reliquerant propter interdictũ Domini Papæ ſervandum: exceptis paucis qui ſuſpecti habebantur partialitatis cauſa. Miſſus enim erat epiſcopus *Matiſconenſis*, Apoſtolicæ ſedis legatus ad componendum pacem & relaxandum interdictum ex parte Domini *Svvederi* contra illuſtrem Dominum *Rodolphum* tunc poſtulatum *Traiectenſem*. Tunc congregati ſunt multi Pręlati & religioſi ad ſuprà dictum legatum in oppido *Vianen*, & poſt amicabilem concordiam cum eodem

dem legato religioſi & devoti Patres noſtri Prior de *VVindeſem*, & Prior montis ſanctæ *Agnetis*, cum multis aliis devotis presbyteris obedientarijs intraverunt *Traiectum* cum lætitia. Deinde ſinguli reverſi ſunt ad fratres ſuos, reportantes manipulos pacis pro longo exilio, quo extra dioeceſim exulati ſteterant, ac paulatim ad propria monaſteria ſua alacres & devotè redierunt; quidā ante feſtum Aſſumptionis beatæ *Mariæ*, quidam circa feſtum ſancti *Michaelis* de fratribus noſtris redierunt, paucis in *Friſia* propter neceſſitatem & diſciplinam in *Lunekerc* derelictis. Per omnia benedictus Deus qui facit mirabilia magna ſolus.

CAPVT XXIV.

De obitu fratris Ioannis Kempis *primi Prioris in monte*.

EOdem anno quarto die menſis Novembris hora XII poſt meridiem, obijt frater *Ioannes Kempis*, primus rector & confeſſor ſanctimonialium in *Bethania* prope *Arnhem*, anno ætatis ſuæ ſexageſimo ſeptimo. Hic in diverſis locis & novis domibus Rector aut Prior fuit. Apud fontem beatæ *Mariæ* prope *Arnhem*, in principio domus illius primus rector fuit & quoſdam ibi inveſtivit. Poſteà electus eſt in Priorem domus montis ſanctæ *Agnetis*, & novem annis præfuit. Deinde Miſſus eſt prope *Bommel*, & domum illam cum paucis incepit. Rurſus autem

autem electus eſt in Priorem domus beatæ *Mariæ* prope *Haerlem* in *Hollandia*, ubi ſeptem annis præfuit. Etiam aliquo tempore apud moniales in *Bronopia* prope *Campis* primus rector deputatus fuit. Tandem in *Bethania*, quæ interpretatur domus obedientię, vitam in obedientia & bona ſenectute feliciter finivit, ſepultus intra clauſuram poſt horam veſperarum, ubi tunc præſens fui, & oculos eius clauſi. Nam per Viſitatores pro ſocio ſibi deputatus fui, & uno anno & duobus menſibus ſecum ſteti. Eodem anno domus illa poſt Paſcha generali Capitulo fuit incorporata.

Anno Domini M. CCCC. XXXIII. Dominica 3. in quadrageſima inveſtiti ſunt tres fratres clerici, frater *Hermannus Craen* de *Campis*, frater *Iohannes Zuermont* de *Traiecto*, frater *Petrus Herbort* de *Traiecto*.

Eodem anno obijt Dominus *Svvederus Culentborgh* epiſcopus *Traiectenſis*, poſt cuius obitum Dominus Papa Eugenius confirmavit Dominum *Rodolphum Dieſpholt*, quondam poſtulatum in epiſcopum *Traiectenſem*.

Anno Domini M.CCCC.XXXIV. In Conceptione glorioſæ virginis *Mariæ* fuit inveſtitus frater *Bero* clericus de *Amſterdam*.

Eodem anno quarto Calendo Auguſti obiit *Margareta VVilden*, antiqua matrona, mater fratris noſtri *Oetberti*, ſepulta in tranſitu latiori ad caput filii ſui, in parte Septemtrionali ambitus monaſterii.

Anno Domini M. CCCC.XXXVI. in octava ſancti *Stephani* protomartyris, obiit in *Bevervvijc* prope *Haerlem* frater *Ioannes* . . . primus converſus domus noſtræ, vir fidelis & prudens in ne-

gotiis

Digitized by Google

gotiis externis, miſſus foras ex obedientia cum fratre *Hugone* domus illius.

Eodem anno in nocte ſanctæ *Julianæ* virginis obiit infra laudes frater *Ioannes Benevolt* presbyter domus noſtræ de *Groningen* natus, vir magnę ſimplicitatis & innocentiæ, ſepultus in parte Orientáli ambitus ad dextram fratris *Ioannis Vmmen.*

Eodem anno obiit in Inventione ſanctæ Crucis, prima hora poſt meridiē frater *Alardus* presbyter de *Pilſum,* natione *Friſo*, vir grandævus & multæ manſuetudinis, annorum pluſquam lxxvi, in religione verò xxx. Hic in celebratione Miſſarum ſedulus & devotus extitit; ad chorum & ad commune refectorium fratrum uſque ad ultimam ægritudinem cum primis ſemper affuit. Qui in feſto ſanctæ Crucis mori deſideravit, & ſicut petiit impetravit; quia frequentur in altari ſanctę Crucis celebrare conſuevit. Dicebat etiam ſæpius mihi. *Optimum ferculum quod habeo in refectorio eſt ſacra lectio, quam libenter audio. Ideo invitè me abſento, ne caream ſacræ lectionis fructu in edendo. Gaudeo etiam multùm in præſentia fratrum quia totum conventum adeſſe video, & cum magna diſciplina commedentem.* Hic tandem ſenio gravatus cùm ſolus ire non poſſet, cum baculo ad ianuam chori acceſſit ſæpe ut fratres cantantes audiret: & tunc aquam benedictam ſumpſit, & genua verſus ſummum altare flexit. Sæpe etiam habuit ſpecialem conſolationem à Deo ipſo die quando celebravit.

Anno Domini M.CCCC. XXXVIII. in craſtino ſancti *Gregorij* Papæ obiit frater *Rodolphus* presbyter de *Oetmerſem,* quondam Prior domus ſancti *Martini* epiſcopi in *Lunenkerc* in partibus

Friſiæ

Friſiæ prope *Herlinghen.* Hic longa ægritudine hydropis infirmatus, inter nonam & decimam horam ante Meridiem die ſupradicto expiravit, ſepultus ad dextram fratris *Alardi.*

Eodem anno in feſto Annuntiationis beatæ *Mariæ* ſemper virginis, inveſtiti ſunt ſex fratres clerici; frater *Henricus Becker* de *Zvvollis*, frater *Iohannis Zandvvyc* de *Rhenen*, frater *Iohannes Evvic* etiam de *Rhenen*, frater *Telmannus Gravenſande* de *Hollandia*, frater *Georgius de Antvverpia*, frater *Arnoldus Conradi* de *Nuſsia.*

Eodem anno fuit in multis partibus magna chariſtia, & ſecuta eſt in brevi peſtilentia magna.

Eodem anno obiit in vigilia Nativitatis Chriſti infra ſummam Miſſam frater *Iohannes Eme* converſus cellerarius domus noſtræ.

Anno Domini M. CCCC. XXXIX. in feſto ſancti *Petri* ad vincula, ſummo mane ante quartá horam, obijt frater *VVermboldus Stolvvic* de *Campis* presbyter ante religionem. Hic ſæpè febre infirmatus & debilitatus, in bona confeſſione obdormivit in Domino, ſepultus poſt veſperas. Ipſe quoſdam libros cantuales pro choro notavit.

Eodem anno fuit in aliquibus locis terræmotus in feſto Annuntiationis virginis *Mariæ*, & in æſtate ſequenti in pluribus partibus peſtilentia ſatis magna ſequebatur, & multi devoti fratres & ſorores ex hoc ſæculo migraverunt.

Anno M. CCCC. XL. ædificata eſt domus magna in Occidentali parte monaſterii pro hoſpitibus recipiendis & familiaribus laicis, cuius tectura de petris perfecta eſt in profeſto ſancti Patris noſtri *Auguſtini.* In quo opere multi fratrum

Digitized by Google

trum noſtrorum diu & fortiter laboraverunt, alij verò chorum tenuerunt.

Anno M. CCCC. XL. obierunt in peſtilentia frater *Arnoldus Droem* converſus, *Goſſuinus VVitte* clericus oblatus, *Dericus Maſtebroick* donatus, *Hermannus Sutor* novellus, Plures autem de vicinis noſtris in *Haerſt* & in *Bercmede* ex peſtilentia obierunt, & ſepulturam apud nos elegerunt.

Anno Domini M. CCCC. XLI. Ipſo die ſanctę Petronillæ virginis, obiit dilectus frater noſter *Chriſtianus de Campis* infirmarius, peſtilentia tactus. Hic infirmis & peſtilentioſis multum obſequioſus fuit, & fideliter eis vſque ad mortem aſſiſtebat.

Eodem die media vix hora tranſacta, obiit *Iohannes Clotinc* laicus & oblatus, vir valde deuotus & exemplaris diu in braxatorio & piſtrino ſeruiendo, & frequenter orando. Iſti vna die & hora poſt ſummam miſſam finitis Sextis ſimul obierunt, & poſt horam Veſperarum cantatis vigiliis in pace ſepulti ſunt. Quibus defunctis Deo propitio peſtilentia ceſſavit in clauſtro.

Item eodem anno & menſe obiit ante iſtos in profeſto ſancti Pancratii *VVermboldus* ſenior donatus, natus de *Haſſelt*.

Anno Domini M. CCCC. XLII. quarto die Martij, quæ fuit Dominica tertia in quadrageſima, venerabilis Dominus *Iohannes Corcagenſis* Epiſcopus, ſuffraganeus Domini *Traiectenſis*, conſecrauit cœmiterium in parte occidentali Eccleſiæ cum ambitu ſuo. Item tranſitum ante refectorium fratrum, & tranſitum in parte occidentali ante cellas conuerſorum uſque ad introitum eccleſiæ. Item in parte ſeptentrionali cœmiterium

ſem famam in monte audiviſſet, quibus tunc ſenior *Ioannes Vmmen* præerat, ſedulè illuc acceſſit: & ſalutaribus monitis piè attactus, cùm iam competenter eſſet litteratus, parentes reliquit, ac pauperculis Chriſti fratribus humiliter & devotè ſociavit. Qui poſtmodum ad ſacerdotium in eadem domo promotus eſt: & proficiente devotionis gratia in brevi cum tribus primis fratribus religionis habitum primus ipſe ſuſcepit. Erat etiam aliquoties ſupprior domus noſtræ in monte, homo boni cordis, eloquens verbis, diligens in ſcripturis, mœrentium conſolator, citò iniurias remittens, & profectui aliorum intimè congaudens. Ipſe multos libros cantuales in choro pulchrè illuminavit, nec non varios codices pro armatura noſtra, & quandoque pro prętio ſcriptos illuminavit. Valdè domum noſtram montem ſanctę *Agnetis* prę cunctis terrarum locis dilexit: & multum fideliter pro eius fundatione laboravit. Siquidem parentibus eius defunctis cùm eſſet unicus filius, cuncta eorum bona tamquam legitimus hæres percepit: quæ ad communem uſum fratrum in magna adhuc paupertate degentium provenerunt. Quamobrem annuam memoriam ipſe cum parentibus ſuis meritò in conventu pro benefactis accepit.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXII.

De expulſione fratrum noſtrorum & aliorum religioſorum de terra propter interdictum.

ANno Domini M. CCCC.XX. nono Domini *Guederi* contra adhærentes Domino *Rodolpho* poſtulato, facta eſt gravis comminatio contra regulares obedientes Apoſtolicis litteris & mandatis Domini *Svvederi* Epiſcopi *Traiectenſis*. Cumque nollent adhęrere appellationi & partibus *Rodolphi*, compulſi ſunt aut reſumere cantica Eccleſiaſtica, aut de patria pariter exire. Tunc Priores cũ conventibus ſuis loquuti, elegerunt potius iratis contra ſe populis terrę cedere, & exulare pro iuſtitia, quàm conſentire præceptis eorum in ſcandalum omnium devotorum, qui iam ex magna parte diſceſſerunt à terra, propriis domibus & civitatibus derelictis. Igitur tam dura annuntiatione propoſita coram patribus & fratribus noſtris, una ſententia omniũ fratrum fuit; ſervata obedientia Apoſtolica ad peregrinandum ſe parare: aliquibus familiaribus laicis & converſis & donatis pro cuſtodia domus in conventu relictis. Facta eſt autem hęc expulſio & receſſus publicus ipſo die *Barnabæ* apoſtoli, ante ſolis occaſum. Et quidẽ fratres de *VVindeſem* cum ſuis verſus *Northorn* perrexerunt: Fratres autẽ *Bethlehem* in *Zvvollis trans Yſelam* ad partes *Geldrenſes* migraverunt. Fratres autẽ in *monte ſanctæ Agnetis* prima

nocte in *Haſſelt* manſerunt, & altera die verſus *Friſiam* ad fratres ſuos in *Lunenkerc* navigaverunt, in ſubſidium & ſolatium domus illius quam reformare inceperant. Et Deo iuvante pluribus fratribus noſtris ibidem moram trahentibus, ad bonum ſtatum, domus in brevi tempore pervenit. Erant autem ſimul in navicula conducta fratres & clerici & laici circiter viginti quatuor. Manſerunt autē ibidem annis tribus pro Chriſti nomine, & Eccleſia Dei, non ſine notabili fructu patienter à Patria ſua relegati.

Hæc ſunt nomina fratrum noſtrorum & aliorum familiarium clericorum & laicorum domus noſtræ, qui compulſi fuerunt de Patria *Traiectenſi* & de monaſterio, propter obedientiam & interdictum, quod ultra annum ſervaverunt ex mandato ſedis Apoſtolicæ: In primis venerabilis Pater noſter Prior dictus frater *Theodoricus Clivis*, ſecundus frater *Thomas Kempis* ſupprior, tertius frater *Iohannes Vmmen* ſenior & infirmus, quartus frater *Gerardus VVeſep*, quintus frater *Ioannes Benevolt*, ſextus frater *VVermboldus Stalvvic*, ſeptimus frater *Ioannes Bouman*, octavus frater *Henricus Cremer*, nonus frater *Henricus Daventria*, decimus frater *Dericus Veneman*, undecimus frater *Helmicus*, duodecimus frater *Chriſtianus*, tertius-decimus frater *Iacobus Cluyt*, quartus-decimus frater *Gerardus Smullinc*, quintus-decimus frater *Cæſarius Novitius*, ſextus-decimus frater *Goſuinus Piſtoris* novitius. Item duo converſi, frater *Arnoldus Droem* & frater *Iacobus de A*. Item tres clerici nondum habitu religionis inveſtiti, *Hermannus Craen*, *Goſſuinus ten Velde*, *Arnoldus ten Brincke*. Item duo donati *Gerardus Hombolt* & *Laurentius*.

Item

Digitized by Google

Item *Ioannes Koyte* hoſpes & familiaris amicus domus noſtræ. Omnes iſti prima nocte apud ſorores in *Haſſelt* hoſpitaverunt, quæ magnam charitatem humanitatis nobis exhibuerunt. Et quia violenter expulſi fuimus vehementer doluerunt & fleverunt. Et quia omnes fratres non potuerunt habere apta loca ad quieſcendum in lectulis, ſorores compatiendo nobis attulerunt lectiſternia ſua, & paraverunt loca ad dormiendum in ſtabulo ſuo ſuper fœnum & ſtramina, ita quòd ibi competenter pariter quievimus. Multi de civibus in *Haſſelt* compatientes nobis fleverunt, & quidam etiam invidentes & malè ſentientes de nobis deriſerunt fratres noſtros & detraxerunt: ſed plures inde poſteà pœnituerunt. Altera die facto manè, & conducta parva navicula, ſumptis etiam cibariis in via, remigando & velificando per viam maris perreximus non ſine magno periculo, vento nobis contrariante, ad deſideratam *Friſiam* pro nomine Chriſti & obedientia ſanctæ *Romanæ* Eccleſię, cui obedire omnes unanimiter deſideravimus & Deo nos commiſimus, qui fecit nobiſcum miſericordiam ſuam; & à periculo maris nos eripuit, & ad fratres noſtros in *Lunenkerca* ſalvos perduxit.

Anno M. CCCC. XXX. decimo quarto Calendas Decembris, ante vigiliam ſancti *Thomæ* Apoſtoli obijt dilectus frater noſter *Ioannes* presbyter de *Campis* natus, tertius de quatuor primis inveſtitis, qui poſt meridiem defunctus ad dexteram fratris *Oetberti* eſt ſepultus. Hic multos libros cantuales per choro optimè notavit. Erat enim cantor bonus, moribus verecundus, & labores varios tempore meſſis & in ædificiis præparandis

parandis ſatis bonus & aptus. Ipſe etiam tempore expulſionis noſtræ perrexit cum fratribus in *Friſiam*, licèt eſſet debilis, optans cum conventu exulare, quàm ſolus cum paucis laicis ad cuſtodiam domus permanere. Qui tamen poſtea ante alios remiſſus eſt infirmitate cogente: & expletis in religione xxx. annis & uno obdormivit in Domino.

Anno M. CCCC. XXXI. Obijt in die ſancti *Stephani* Papę & martyris in *Lunenkerc* frater *Goſuinus Becker* tertio anno profeſſionis ſuę incepto, nondum in ſacris, ibidem in ambitu ſepultus. Hic fuit de *Zvvollis*, filius *Ioannis Limborgh* ſive *Becker*.

Capvt XXIII.

De reditu fratrum noſtrorum ex Friſia *ad montem ſanctæ* Agnetis.

ANno Domini M. CCCC. XXII. data eſt licentia religioſis fratribus & devotis presbyteris & canonicis redeundi ad loca ſua & monaſteria, quæ reliquerant propter interdictũ Domini Papæ ſervandum: exceptis paucis qui ſuſpecti habebantur partialitatis cauſa. Miſſus enim erat epiſcopus *Matiſconenſis*, Apoſtolicæ ſedis legatus ad componendum pacem & relaxandum interdictum ex parte Domini *Svvederi* contra illuſtrem Dominum *Rodolphum* tunc poſtulatum *Traiectenſem*. Tunc congregati ſunt multi Pręlati & religioſi ad ſuprà dictum legatum in oppido *Vianen*, & poſt amicabilem concordiam cum eodem

Digitized by Google

dem legato religioſi & devoti Patres noſtri Prior de *VVindeſem*, & Prior montis ſanctæ *Agnetis*, cum multis aliis devotis presbyteris obedientarijs intraverunt *Traiectum* cum lætitia. Deinde ſinguli reverſi ſunt ad fratres ſuos, reportantes manipulos pacis pro longo exilio, quo extra dioeceſim exulati ſteterant, ac paulatim ad propria monaſteria ſua alacres & devotè redierunt; quidā ante feſtum Aſſumptionis beatæ *Mariæ*, quidam circa feſtum ſancti *Michaelis* de fratribus noſtris redierunt, paucis in *Friſia* propter neceſſitatem & diſciplinam in *Lunekerc* derelictis. Per omnia benedictus Deus qui facit mirabilia magna ſolus.

CAPVT XXIV.

De obitu fratris Ioannis Kempis *primi Prioris in monte*.

EOdem anno quarto die menſis Novembris hora XII poſt meridiem, obijt frater *Ioannes Kempis*, primus rector & confeſſor ſanctimonialium in *Bethania* prope *Arnhem*, anno ætatis ſuæ ſexageſimo ſeptimo. Hic in diverſis locis & novis domibus Rector aut Prior fuit. Apud fontem beatæ *Mariæ* prope *Arnhem*, in principio domus illius primus rector fuit & quoſdam ibi inveſtivit. Poſteà electus eſt in Priorem domus montis ſanctæ *Agnetis*, & novem annis præfuit. Deinde Miſſus eſt prope *Bommel*, & domum illam cum paucis incepit. Rurſus autem

autem electus eſt in Priorem domus beatæ *Mariæ* prope *Haerlem* in *Hollandia*, ubi ſeptem annis præfuit. Etiam aliquo tempore apud moniales in *Bronopia* prope *Campis* primus rector deputatus fuit. Tandem in *Bethania*, quæ interpretatur domus obedientię, vitam in obedientia & bona ſenectute feliciter finivit, ſepultus intra clauſuram poſt horam veſperarum, ubi tunc præſens fui, & oculos eius clauſi. Nam per Viſitatores pro ſocio ſibi deputatus fui, & uno anno & duobus menſibus ſecum ſteti. Eodem anno domus illa poſt Paſcha generali Capitulo fuit incorporata.

Anno Domini M. CCCC. XXXIII. Dominica 3. in quadrageſima inveſtiti ſunt tres fratres clerici, frater *Hermannus Craen* de *Campis*, frater *Iohannes Zuermont* de *Traiecto*, frater *Petrus Herbort* de *Traiecto*.

Eodem anno obijt Dominus *Svvederus Culenborgh* epiſcopus *Traiectenſis*, poſt cuius obitum Dominus Papa Eugenius confirmavit Dominum *Rodolphum Diefpholt*, quondam poſtulatum in epiſcopum *Traiectenſem*.

Anno Domini M. CCCC. XXXIV. In Conceptione glorioſæ virginis *Mariæ* fuit inveſtitus frater *Bero* clericus de *Amſterdam*.

Eodem anno quarto Calendo Augſti obiit *Margareta VVilden*, antiqua matrona, mater fratris noſtri *Oetberti*, ſepulta in tranſitu latiori ad caput filii ſui, in parte Septemtrionali ambitus monaſterii.

Anno Domini M. CCCC. XXXVI. in octava ſancti *Stephani* protomartyris, obiit in *Bevervvijc* prope *Haerlem* frater *Ioannes* . . . primus converſus domus noſtræ, vir fidelis & prudens in ne-

gotiis

Digitized by Google

gotiis externis, miſſus foras ex obedientia cum fratre *Hugone* domus illius.

Eodem anno in nocte ſanctæ *Iulianæ* virginis obiit infra laudes frater *Ioannes Benevolt* presbyter domus noſtræ de *Groningen* natus, vir magnę ſimplicitatis & innocentiæ, ſepultus in parte Orientali ambitus ad dextram fratris *Ioannis Vmmen.*

Eodem anno obiit in Inventione ſanctæ Crucis, prima hora poſt meridiē frater *Alardus* presbyter de *Pilſum*, natione *Friſo*, vir grandævus & multæ manſuetudinis, annorum pluſquam lxxvi, in religione verò xxx. Hic in celebratione Miſſarum ſedulus & devotus extitit; ad chorum & ad commune refectorium fratrum uſque ad ultimam ægritudinem cum primis ſemper affuit. Qui in feſto ſanctæ Crucis mori deſideravit, & ſicut petiit impetravit; quia frequentur in altari ſanctę Crucis celebrare conſuevit. Dicebat etiam ſæpius mihi. *Optimum ferculum quod habeo in refectorio eſt ſacra lectio, quam libenter audio. Ideo invitè me abſento, ne caream ſacræ lectionis fructu in edendo. Gaudeo etiam multùm in præſentia fratrum quia totum conventum adeſſe video, & cum magna diſciplina commedentem.* Hic tandem ſenio gravatus cùm ſolus ire non poſſet, cum baculo ad ianuam chori acceſſit ſæpe ut fratres cantantes audiret: & tunc aquam benedictam ſumpſit, & genua verſus ſummum altare flexit. Sæpe etiam habuit ſpecialem conſolationem à Deo ipſo die quando celebravit.

Anno Domini M.CCCC. XXXVIII. in craſtino ſancti *Gregorij* Papæ obiit frater *Rodolphus* presbyter de *Oetmerſem*, quondam Prior domus ſancti *Martini* epiſcopi in *Lunenkerc* in partibus

Friſiæ

Friſiæ prope *Herlinghen*. Hic longa ægritudine hydropis infirmatus, inter nonam & decimam horam ante Meridiem die ſupradicto expiravit, ſepultus ad dextram fratris *Alardi*.

Eodem anno in feſto Annuntiationis beatæ *Mariæ* ſemper virginis, inveſtiti ſunt ſex fratres clerici; frater *Henricus Becker* de *Zvvollis*, frater *Iohannis Zandvvyc* de *Rhenen*, frater *Iohannes Evvic* etiam de *Rhenen*, frater *Telmannus Gravenſande* de *Hollandia*, frater *Georgius de Antvverpia*, frater *Arnoldus Conradi* de *Nuſsia*.

Eodem anno fuit in multis partibus magna chariſtia, & ſecuta eſt in brevi peſtilentia magna.

Eodem anno obiit in vigilia Nativitatis Chriſti infra ſummam Miſſam frater *Iohannes Eme* converſus cellerarius domus noſtræ.

Anno Domini M. CCCC. XXXIX. in feſto ſancti *Petri* ad vincula, ſummo mane ante quartã horam, obijt frater *VVermboldus Stolvvic* de *Campis* presbyter ante religionem. Hic ſæpè febre infirmatus & debilitatus, in bona confeſſione obdormivit in Domino, ſepultus poſt veſperas. Ipſe quoſdam libros cantuales pro choro notavit.

Eodem anno fuit in aliquibus locis terræmotus in feſto Annuntiationis virginis *Mariæ*, & in æſtate ſequenti in pluribus partibus peſtilentia ſatis magna ſequebatur, & multi devoti fratres & ſorores ex hoc ſæculo migraverunt.

Anno M. CCCC. XL. ædificata eſt domus magna in Occidentali parte monaſterii pro hoſpitibus recipiendis & familiaribus laicis, cuius tectura de petris perfecta eſt in profeſto ſancti Patris noſtri *Auguſtini*. In quo opere multi fratrum

Digitized by Google

trum noſtrorum diu & fortiter laboraverunt, alij verò chorum tenuerunt.

Anno M. CCCC. XL. obierunt in peſtilentia frater *Arnoldus Droem* converſus, *Goſſuinus VVitte* clericus oblatus, *Dericus Maſtebroick* donatus, *Hermannus Sutor* novellus, Plures autem de viciniis noſtris in *Haerſt* & in *Bercmede* ex peſtilentia obierunt, & ſepulturam apud nos elegerunt.

Anno Domini M. CCCC. XLI. Ipſo die ſanctę Petronillæ virginis, obiit dilectus frater noſter *Chriſtianus de Campis* infirmarius, peſtilentia tactus. Hic infirmis & peſtilentioſis multum obſequioſus fuit, & fideliter eis vſque ad mortem aſſiſtebat.

Eodem die media vix hora tranſacta, obiit *Iohannes Clotinc* laicus & oblatus, vir valde deuotus & exemplaris diu in braxatorio & piſtrino ſeruiendo, & frequenter orando. Iſti vna die & hora poſt ſummam miſſam finitis Sextis ſimul obierunt, & poſt horam Veſperarum cantatis vigiliis in pace ſepulti ſunt. Quibus defunctis Deo propitio peſtilentia ceſſavit in clauſtro.

Item eodem anno & menſe obiit ante iſtos in profeſto ſancti Pancratii *VVermboldus* ſenior donatus, natus de *Haſſelt*.

Anno Domini M. CCCC. XLII. quarto die Martij, quæ fuit Dominica tertia in quadrageſima, venerabilis Dominus *Iohannes Corcagenſis* Epiſcopus, ſuffraganeus Domini *Traiectenſis*, conſecrauit cœmiterium in parte occidentali Eccleſiæ cum ambitu ſuo. Item tranſitum ante refectorium fratrum, & tranſitum in parte occidentali ante cellas conuerſorum uſque ad introitum eccleſiæ. Item in parte ſeptentrionali cœmiterium

iem famam in monte audiviſſet, quibus tunc ſenior *Ioannes Vmmen* præerat, ſedule illuc acceſſit: & ſalutaribus monitis piè attactus, cùm iam competenter eſſet litteratus, parentes reliquit, ac pauperculis Chriſti fratribus humiliter & devotè ſociavit. Qui poſtmodum ad ſacerdotium in eadem domo promotus eſt: & proficiente devotionis gratia in brevi cum tribus primis fratribus religionis habitum primus ipſe ſuſcepit. Erat etiam aliquoties ſupprior domus noſtræ in monte, homo boni cordis, eloquens verbis, diligens in ſcripturis, mœrentium conſolator, citò iniurias remittens, & profectui aliorum intimè congaudens. Ipſe multos libros cantuales in choro pulchrè illuminavit, nec non varios codices pro armatura noſtra, & quandoque pro prętio ſcriptos illuminavit. Valdè domum noſtram montem ſanctę *Agnetis* prę cunctis terrarum locis dilexit: & multum fideliter pro eius fundatione laboravit. Siquidem parentibus eius defunctis cùm eſſet unicus filius, cuncta eorum bona tamquam legitimus hæres percepit: quæ ad communem uſum fratrum in magna adhuc paupertate degentium provenerunt. Quamobrem annuam memoriam ipſe cum parentibus ſuis meritò in conventu pro benefactis accepit.

CA-

CAPUT XXII.

De expulſione fratrum noſtrorum & aliorum religioſorum de terra propter interdictum.

ANno Domini M. CCCC.XX. nono Domini *Guederi* contra adhærentes Domino *Rodolpho* poſtulato, facta eſt gravis comminatio contra regulares obedientes Apoſtolicis litteris & mandatis Domini *Svvederi* Epiſcopi *Traiectenſis*. Cumque nollent adhęrere appellationi & partibus *Rodolphi*, compulſi ſunt aut reſumere cantica Eccleſiaſtica, aut de patria pariter exire. Tunc Priores cũ conventibus ſuis loquuti, elegerunt potius iratis contra ſe populis terrę cedere, & exulare pro iuſtitia, quàm conſentire præceptis eorum in ſcandalum omnium devotorum, qui iam ex magna parte diſceſſerunt à terra, propriis domibus & civitatibus derelictis. Igitur tam dura annuntiatione propoſita coram patribus & fratribus noſtris, una ſententia omniũ fratrum fuit; ſervata obedientia Apoſtolica ad peregrinandum ſe parare: aliquibus familiaribus laicis & converſis & donatis pro cuſtodia domus in conventu relictis. Facta eſt autem hęc expulſio & receſſus publicus ipſo die *Barnabæ* apoſtoli, ante ſolis occaſum. Et quidẽ fratres de *VVindeſem* cum ſuis verſus *Northorn* perrexerunt: Fratres autẽ *Bethlehem* in *Zvvollis trans Yſelam* ad partes *Geldrenſes* migraverunt. Fratres autẽ in *monte ſanctæ Agnetis* prima

nocte in *Haſſelt* manſerunt, & altera die verſus *Friſiam* ad fratres ſuos in *Lunenkerc* navigaverunt, in ſubſidium & ſolatium domus illius quam reformare inceperant. Et Deo iuvante pluribus fratribus noſtris ibidem moram trahentibus, ad bonum ſtatum, domus in brevi tempore pervenit. Erant autem ſimul in navicula conducta fratres & clerici & laici circiter viginti quatuor. Manſerunt autẽ ibidem annis tribus pro Chriſti nomine, & Eccleſia Dei, non ſine notabili fructu patienter à Patria ſua relegati.

Hæc ſunt nomina fratrum noſtrorum & aliorum familiarium clericorum & laicorum domus noſtræ, qui compulſi fuerunt de Patria *Traiectenſi* & de monaſterio, propter obedientiam & interdictum, quod ultra annum ſervaverunt ex mandato ſedis Apoſtolicæ: In primis venerabilis Pater noſter Prior dictus frater *Theodoricus Clivis*, ſecundus frater *Thomas Kempis* ſupprior, tertius frater *Iohannes Vmmen* ſenior & infirmus, quartus frater *Gerardus VVeſep*, quintus frater *Ioannes Benevolt*, ſextus frater *VVermboldus Stalvvic*, ſeptimus frater *Ioannes Bouman*, octavus frater *Henricus Cremer*, nonus frater *Henricus Daventria*, decimus frater *Dericus Veneman*, undecimus frater *Helmicus*, duodecimus frater *Chriſtianus*, tertius-decimus frater *Iacobus Cluyt*, quartus-decimus frater *Gerardus Smullinc*, quintus-decimus frater *Cæſarius Novitius*, ſextus-decimus frater *Goſuinus Piſtoris* novitius. Item duo converſi, frater *Arnoldus Droem* & frater *Iacobus de A.* Item tres clerici nondum habitu religionis inveſtiti, *Hermannus Craen*, *Goſſuinus ten Velde*, *Arnoldus ten Bricke*. Item duo donati *Gerardus Hombolt* & *Laurentius*.

Item

Digitized by Google

Item *Ioannes Koyte* hoſpes & familiaris amicus domus noſtræ. Omnes iſti prima nocte apud ſorores in *Haſſelt* hoſpitaverunt, quæ magnam charitatem humanitatis nobis exhibuerunt. Et quia violenter expulſi fuimus vehementer doluerunt & fleverunt. Et quia omnes fratres non potuerunt habere apta loca ad quieſcendum in lectulis, ſorores compatiendo nobis attulerunt lectiſternia ſua, & paraverunt loca ad dormiendum in ſtabulo ſuo ſuper fœnum & ſtramina, ita quòd ibi competenter pariter quievimus. Multi de civibus in *Haſſelt* compatientes nobis fleverunt, & quidam etiam invidentes & malè ſentientes de nobis deriſerunt fratres noſtros & detraxerunt: ſed plures inde poſteà pœnituerunt. Altera die facto manè, & conducta parva navicula, ſumptis etiam cibariis in via, remigando & velificando per viam maris perreximus non ſine magno periculo, vento nobis contrariante, ad deſideratam *Friſiam* pro nomine Chriſti & obedientia ſanctæ *Romanæ* Eccleſię, cui obedire omnes unanimiter deſideravimus & Deo nos commiſimus, qui fecit nobiſcum miſericordiam ſuam; & à periculo maris nos eripuit, & ad fratres noſtros in *Lunenkerca* ſalvos perduxit.

Anno M.CCCC.XXX. decimo quarto Calendas Decembris, ante vigiliam ſancti *Thomæ* Apoſtoli obijt dilectus frater noſter *Ioannes* presbyter de *Campis* natus, tertius de quatuor primis inveſtitis, qui poſt meridiem defunctus ad dexteram fratris *Oetberti* eſt ſepultus. Hic multos libros cantuales per choro optimè notavit. Erat enim cantor bonus, moribus verecundus, & labores varios tempore meſſis & in ædificiis præ-

parandis

paradis ſatis bonus & aptus. Ipſe etiam tempore expulſionis noſtræ perrexit cum fratribus in *Friſiam*, licèt eſſet debilis, optans cum conventu exulare, quàm ſolus cum paucis laicis ad cuſtodiam domus permanere. Qui tamen poſtea ante alios remiſſus eſt infirmitate cogente: & expletis in religione xxx. annis & uno obdormivit in Domino.

Anno M. CCCC. XXXI. Obijt in die ſancti *Stephani* Papę & martyris in *Lunenkerc* frater *Goſuinus Becker* tertio anno profeſſionis ſuę incepto, nondum in ſacris, ibidem in ambitu ſepultus. Hic fuit de *Zvvollis*, filius *Ioannis Limborgh* ſive *Becker*.

Capvt XXIII.

De reditu fratrum noſtrorum ex Friſia *ad montem ſanctæ* Agnetis.

ANno Domini M. CCCC. XXII. data eſt licentia religioſis fratribus & devotis presbyteris & canonicis redeundi ad loca ſua & monaſteria, quæ reliquerant propter interdictũ Domini Papæ ſervandum: exceptis paucis qui ſuſpecti habebantur partialitatis cauſa. Miſſus enim erat epiſcopus *Matiſconenſis*, Apoſtolicæ ſedis legatus ad componendum pacem & relaxandum interdictum ex parte Domini *Svvederi* contra illuſtrem Dominum *Rodolphum* tunc poſtulatum *Traiectenſem*. Tunc congregati ſunt multi Pręlati & religioſi ad ſuprà dictum legatum in oppido *Vianen*, & poſt amicabilem concordiam cum eodem

dem legato religioſi & devoti Patres noſtri Prior de *VVindeſem*, & Prior montis ſanctæ *Agnetis*, cum multis aliis devotis presbyteris obedientarijs intraverunt *Traiectum* cum lætitia. Deinde ſinguli reverſi ſunt ad fratres ſuos, reportantes manipulos pacis pro longo exilio, quo extra diœceſim exulati ſteterant, ac paulatim ad propria monaſteria ſua alacres & devotè redierunt; quidã ante feſtum Aſſumptionis beatæ *Mariæ*, quidam circa feſtum ſancti *Michaelis* de fratribus noſtris redierunt, paucis in *Friſia* propter neceſſitatem & diſciplinam in *Lunekerc* derelictis. Per omnia benedictus Deus qui facit mirabilia magna ſolus.

CAPVT XXIV.

De obitu fratris Ioannis Kempis *primi Prioris in monte.*

EOdem anno quarto die menſis Novembris hora XII poſt meridiem, obijt frater *Ioannes Kempis*, primus rector & confeſſor ſanctimonialium in *Bethania* prope *Arnhem*, anno ætatis ſuæ ſexageſimo ſeptimo. Hic in diverſis locis & novis domibus Rector aut Prior fuit. Apud fontem beatæ *Mariæ* prope *Arnhem*, in principio domus illius primus rector fuit & quoſdam ibi inveſtivit. Poſteà electus eſt in Priorem domus montis ſanctæ *Agnetis*, & novem annis præfuit. Deinde Miſſus eſt prope *Bommel*, & domum illam cum paucis incepit. Rurſus autem

autem electus eſt in Priorem domus beatæ *Mariæ* prope *Haerlem* in *Hollandia*, ubi ſeptem annis præfuit. Etiam aliquo tempore apud moniales in *Bronopia* prope *Campis* primus rector deputatus fuit. Tandem in *Bethania*, quæ interpretatur domus obedientię, vitam in obedientia & bona ſenectute feliciter finivit, ſepultus intra clauſuram poſt horam veſperarum, ubi tunc præſens fui, & oculos eius clauſi. Nam per Viſitatores pro ſocio ſibi deputatus fui, & uno anno & duobus menſibus ſecum ſteti. Eodem anno domus illa poſt Paſcha generali Capitulo fuit incorporata.

Anno Domini M. CCCC. XXXIII. Dominica 3. in quadrageſima inveſtiti ſunt tres fratres clerici, frater *Hermannus Craen* de *Campis*, frater *Iohannes Zuermont* de *Traiecto*, frater *Petrus Herbort* de *Traiecto*.

Eodem anno obijt Dominus *Svvederus Culenborgh* epiſcopus *Traiectenſis*, poſt cuius obitum Dominus Papa Eugenius confirmavit Dominum *Rodolphum Dieſpholt*, quondam poſtulatum in epiſcopum *Traiectenſem*.

Anno Domini M. CCCC. XXXIV. In Conceptione glorioſæ virginis *Mariæ* fuit inveſtitus frater *Bero* clericus de *Amſterdam*.

Eodem anno quarto Calendo Auguſti obiit *Margareta VVilden*, antiqua matrona, mater fratris noſtri *Oetberti*, ſepulta in tranſitu latiori ad caput filii ſui, in parte Septemtrionali ambitus monaſterii.

Anno Domini M. CCCC. XXXVI. in octava ſancti *Stephani* protomartyris, obiit in *Bevervvijc* prope *Haerlem* frater *Ioannes* . . . primus converſus domus noſtræ, vir fidelis & prudens in negotiis

gotiis externis, miſſus foras ex obedientia cum fratre *Hugone* domus illius.

Eodem anno in nocte ſanctæ *Iulianæ* virginis obiit infra laudes frater *Ioannes Benevolt* presbyter domus noſtræ de *Groningen* natus, vir magnę ſimplicitatis & innocentiæ, ſepultus in parte Orientáli ambitus ad dextram fratris *Ioannis Vmmen.*

Eodem anno obiit in Inventione ſanctæ Crucis, prima hora poſt meridiē frater *Alardus* presbyter de *Pilſum*, natione *Friſo*, vir grandævus & multæ manſuetudinis, annorum pluſquam lxxvi, in religione verò xxx. Hic in celebratione Miſſarum ſedulus & devotus extitit; ad chorum & ad commune refectorium fratrum uſque ad ultimam ægritudinem cum primis ſemper affuit. Qui in feſto ſanctæ Crucis mori deſideravit, & ſicut petiit impetravit; quia frequentur in altari ſanctę Crucis celebrare conſuevit. Dicebat etiam ſæpius mihi. *Optimum ferculum quod habeo in refectorio eſt ſacra lectio, quam libenter audio. Ideo invitè me abſento, ne caream ſacræ lectionis fructu in edendo. Gaudeo etiam multùm in præſentia fratrum quia totum conventum adeſſe video, & cum magna diſciplina commedentem.* Hic tandem ſenio gravatus cùm ſolus ire non poſſet, cum baculo ad ianuam chori acceſſit ſæpe ut fratres cantantes audiret: & tunc aquam benedictam ſumpſit, & genua verſus ſummum altare flexit. Sæpe etiam habuit ſpecialem conſolationem à Deo ipſo die quando celebravit.

Anno Domini M.CCCC. XXXVIII. in craſtino ſancti *Gregorÿ* Papæ obiit frater *Rodolphus* presbyter de *Oetmerſem*, quondam Prior domus ſancti *Martini* epiſcopi in *Lunenkerc* in partibus

Friſiæ

trum noſtrorum diu & fortiter laboraverunt, alij verò chorum tenuerunt.

Anno M. CCCC. XL. obierunt in peſtilentia frater *Arnoldus Droem* converſus, *Goſſuinus VVitte* clericus oblatus, *Dericus Maſtebroick* donatus, *Hermannus Sutor* novellus, Plures autem de viciniis noſtris in *Haerſt* & in *Bercmede* ex peſtilentia obierunt, & ſepulturam apud nos elegerunt.

Anno Domini M. CCCC. XLI. Ipſo die ſanctę Petronillæ virginis, obiit dilectus frater noſter *Chriſtianus de Campis* infirmarius, peſtilentia tactus. Hic infirmis & peſtilentioſis multum obſequioſus fuit, & fideliter eis vſque ad mortem aſſiſtebat.

Eodem die media vix hora tranſacta, obiit *Iohannes Clotinc* laicus & oblatus, vir valde deuotus & exemplaris diu in braxatorio & piſtrino ſeruiendo, & frequenter orando. Iſti vna die & hora poſt ſummam miſſam finitis Sextis ſimul obierunt, & poſt horam Veſperarum cantatis vigiliis in pace ſepulti ſunt. Quibus defunctis Deo propitio peſtilentia ceſſavit in clauſtro.

Item eodem anno & menſe obiit ante iſtos in profeſto ſancti Pancratii *VVermboldus* ſenior donatus, natus de *Haſſelt*.

Anno Domini M. CCCC. XLII. quarto die Martij, quæ fuit Dominica tertia in quadrageſima, venerabilis Dominus *Iohannes Corcagenſis* Epiſcopus, ſuffraganeus Domini *Traiectenſis*, conſecrauit cœmiterium in parte occidentali Eccleſiæ cum ambitu ſuo. Item tranſitum ante refectorium fratrum, & tranſitum in parte occidentali ante cellas conuerſorum uſque ad introitum eccleſiæ. Item in parte ſeptentrionali cœmiterium

Digitized by Google

pro extraneis ſepeliendis cum toto circuitu ſuo quod antea pro media parte erat conſecratum tempore conſecrationis eccleſiæ noſtræ. Et dedit indulgentias xl. dierum circũeuntibus deuotè cœmiterium.

Item conſecrauit precioſam & formoſam imaginem beatæ Mariæ virginis cum puero Ieſu ſtantem ſuper Altare in eius honorẽ & ſancti Auguſtini conſecratum, in medio eccleſię ante chorum, & conceſſit legenti deuotè flexis genibus quinque *Ave Maria* ante iſtam imaginem xl. dies indulgentiarum. Item conſecrauit aliam paruam imaginem beatæ Virginis poſitam ante portam monaſterii noſtri. & conceſſit ibidem devotè legentibus flexis genibus ter *Ave Maria* xl. dies indulgentiarum.

Anno Domini M.CCCC.XLIII. obiit in die ſanctę Priſcæ virginis & martyris poſt meridiem, dilectus frater noſter *Iohannes Bouman* Presbyter, quondam Procuraror noſter, qui diu febre quartana infirmatus, & corpore extenuatus, vitam felici agone conſummauit. Hic de *Svvollis* natus extitit, multiſque annis in laboribus & variis infirmitatibus vixit: Et ſæpè hunc ſermonẽ Chriſti in ore habuit: *In patientia noſtra poßidebitis animas veſtras.* Et in fine cum ipſum viſitaſſem mihi dixit: O quàm libenter cum fratribus chorum quotidie viſitaſſem, ſi valuiſſem, Deus ſcit. Multum fidelis fuit & compaſſivus, & libenter legit & audiuit de vita & paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti: & ſpecialem devotionem ad beatam Mariam Magdalenam habuit, quia in feſto eius natus fuit. Ideò ſæpè de ea miſſam legit: aut alium pro ſe legere humiliter rogavit.

Luc.21.

Ante

Ante unum ferè menſem obitus ſui frater quidam poſt Matutinas talem viſionem habuit. Videbatur ſibi quod præſente quodam funere in choro fratres vigilias cantarent. Et infra vigilias aperta eſt ianua chori: Et quidam de familiaribus laicis noſtris intrauerunt chorum ſtantes circa funus. Inter quos apparuerunt etiam duo fratres laici defuncti ad exequias venientes: ſcilicet frater *Iohannes Eme*, & *Hermannus VVolteri*, qui ante quatuor annos fuerant defuncti. Iſti cum aliis familiaribus quaſi funus ſequentes exierunt per ianuam chori in auſtrali parte, & proceſſerunt uſque ad illum ambitum clauſtri, ubi fratres noſtri presbyteri ſolent ſepeliri. Et ſtatim viſio diſparuit. Tunc cæpit frater ille tacitus intra ſe cogitare: quia forte in brevi alquis de fratribus noſtris ex hoc ſæculo migrabit, & cantabimus pro eo ſolennes vigilias defunctorum. Et factum eſt ita. Nam menſe completo frater *Iohannes Bouman* obiit: & ex ordine viſio iſta in eo completur, & apud fratrem *Chriſtianum* ſepelitur. Vixit autem in ordine regulari annis triginta & vno, & diebus XXVI. Fuit equidem de bonis & magnis amicis in *Svvollis*, & ex parte eius & parentum ſuorum redditus notabiles monaſterio noſtro provenerunt.

Anno Domini M.CCCC.xl IIII. fuit inueſtus in feſto omnũ Sanctorum frater *Henricus Ruborſt* clericus, de *Campis* natus.

Eodem Anno in octaua Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis fratres regulares prope *Haerlem* aſſumpſerunt vnanimiter clauſuram.

Item poſt feſtum Bartholomæi miſſi ſunt tres fratres noſtri presbyteri pro nova domo in *Roermunda*.

Anno Domini M. CCCC. xlv. obiit in profeſto S. Bernardi Abbatis, dilectus frater noſter *Cæſarius Coninc* natus de *Traiecto*, prior in *Lunnekerc*, ſed profeſſus in monte ſanctæ *Agnetis*. Hic pro negotio domus ſuæ perrexit Antvverpiam: vbi infirmatus, & per octo ferè dies febricitans obdormivit in Domino, & ſepelitur ibidem apud ſanctimoniales canoniſſas ordinis noſtri in ambitu. Octo annis fuit in Prioratu. xlvi. anno ætatis ſuæ migravit ab hoc ſæculo. Multa etiam bona provenerunt ad uſum monaſterii noſtri ex parte parentum ſuorum.

Eodem anno in aduentu Domini & poſteà, aquarum inundatio multas terras occupauit, & ſegetes ſubmerſit in Betua Geldriæ & Buſcoducis.

Anno M. CCCC. xlvi. fuerunt inueſtiti in Annunciatione beatæ Mariæ virginis, duo fratres clerici, frater *Iacobus Spaen*, de partibus Geldriæ, & frater *Henricus Pauli* de Mechlinia in Brabantia, quorum primus frequentauit Dauentriæ, & habuit fratrem religioſum in *Northorn*; ſecundus *Svvollis* frequentauit.

Eodem anno in menſe Aprili fuit magna tempeſtas in feſto Palmarum. nix grando, & ſpiritus procellarum, & tonitrua audita ſunt: & ruptus eſt agger inter *VVilſem* & *Campis* in nocte Palmarum, & ſubmerſa ſunt animalia & iumenta in *Maſtebroic*. In Zutphania fuit turris eccleſiæ ex fulmine accenſa, & fracto tecto deſuper aliqui homines læſi ſunt, aliqui mortui ſunt ex caſu repentino. In partibus etiam aliis plures domus incenſæ perierunt. In *Svvollis* poſt miſſam terror magnus inuaſit homines in eccleſia, & ictu ful-

fulminis excuſſi ſunt aſſeres de feneſtris eccleſiæ.

Eodem anno obiit in craſtino S. Odulphi poſt Completorium hora ſeptima, frater *Fredericus Iohannis* converſus de *Groninghen*, ſenex quaſi annorum lxxx. unus de antiquioribus primis habitatoribus huius loci. Qui in multis fuit vtilis fratribus, capita radendo, minuendo, vulneribus medendo, & alia obſequia infirmis & peſtilentioſis fideliter exhibendo. Tandem ſenio feſſus, & in opere bono fundatus obdormivit in Domino. Hic anno ſexto poſt obitum venerabilis Magiſtri *Gerardi Groet* venit in montem S. *Agnetis* ad ſeruiendum Domino cum primis habitatoribus, & valde pauperibus fratribus laicis, diſcipulis *Magiſtri Gerardi* ſupra iam deſcriptis. Vixit ergo in hoc loco computando ſimul annos converſionis eius lxvi. uſque ad annum obitus ſui incluſivè, quem frater *Iohannes Kempen*, primus Prior huius domus inveſtivit in cõverſũ tertio loco in ordine converſorum, in feſto ſanctę Katharinæ virginis, anno Domini M. C C C C. primo.

Eodem anno obiit frater *Arnoldus Conradi* de *Nuſſia* in octaua ſanctę Trinitatis in nocte ſanctorum Gervaſii & Protaſii, annorum xxvi, qui vno anno fuit in ſacerdotio. Hic ferè per quindenam tertiana febre infirmatus, Deo miſerante explevit in brevi tempora multa, celeri curſu evadens periculoſa mundi inquinamenta, octo in religione conſummatis annis.

Anno Domini CCCC. xlvii. in profeſſo ſanctę Agnetis virginis inveſtiti ſunt duo fratres clerici, *Euerhardus ter Huet* de *Svvollis*, & *Iacobus Spenghe* de *Traiecto*.

Eodem anno clerici in *Alberghen* prope *Oldenzale* acceperunt habitũ ſanctę religionis canonicorum regularium ſancti Auguſtini & fuerunt inveſtiti in craſtino Inventionis ſanctę Crucis.

CAPVT XXV.

De abrenuntiatione & abſolutione Theoderici Clivis tertij Prioris in monte.

ANno Domini M. CCCC. xlvii. venerabilis Pater *Theodericus Clivis*, tertius Prior domus noſtrę in monte ſanctę *Agnetis* virginis, cum viginti tribus annis domum hanc paterna ſollicitudine & multis laboribus fatigatus rexiſſet, veniens à generali Capitulo ad domum, convocatis fratribus petiit humiliter ab eis ut pariter loquerentur, quatenus ab officio Prioratus præſentibus viſitatoribus iam poſſet abſolui: quia hoc ipſum ab anno præterito petiiſſet, niſi cauſæ quorundam negotiorum obſtitiſſent: allegans inbecillitatem ſenectutis & occultas corporis paſſiones. His auditis ſeniores fratres cum capitularibus fratribus locuti, ad faciendam miſericordiam dilecto patri ſuo, qui diu eis pro poſſe ſeruierat, pium præbuerunt auditum & conſenſum. Vnde tres ſeniores fratres ex parte & rogatu aliorum fratrum, adierunt viſitatores vbi in camera ſedebant ad ſcrutandas voces ſingulorum, & flexis genibus & iunctis manibus cordialiter & inſtanter rogauerunt pro abſolutione infirmi & ſenilis patris ſui: quia iam tempus miſerendi

rendi eſſet, & ipſe hoc optaſſet, & quibuſdam in privato dixiſſet. Viſitatores auditis vocibus ſingulorum cum maior pars conventus hoc ipſũ firmiter poſtulaſſet, admonuerunt piè Priorem, ut fratrum petitioni annueret, ac ſuæ laſſitudini conſulendo officium Prioratus reſignaret. Quod bonus pater audiens humiliter ſe in Capitulo proſtravit: & gratias agens fratribus paratum ſe obtulit ad reſignandum coram Priore ſuperiore onus iam diu portatum. Sed quia viſitationes aliquarum domorum à Capitulo ſibi erant aſſignatæ, venerabiles priores de *VVyndeſen* & de *Svvollis* à conventu noſtro petierunt, ut viſitationes ſecundum ordinationem Capituli per antiquos notos Priores fierent: & his expletis deſiderium fratrum de abſolutione Prioris ſui fieret tempore congruenti. Igitur peracto viſitationis negotio reverſus eſt Prior de *Amſterdam* cum Priore de *Horn*: & intrantes conventum clauſtri noſtri examinaverunt iterum fratrum voces in privato: & invenerũt eos concordes & conſtantes ad abſolutionem Prioris pro maiori parte: paucis iunioribus diſſentientibus à cæteris. His auditis viſitatores auctoritate ſibi commiſſa providentes paci & utilitati domus, abſoluerunt Priorem in craſtino diviſionis Apoſtolorum. Deinde ſecundum ſtatuta Capituli iniunxerunt fratribus ſervare ieiunium per triduum pro electione novi Prioris. Et ipſi propter neceſſitates ſuas ad monaſteria propria verſus Hollandiam remeantes committebant venerabili Priori de *VVyndeſem*, ut electioni fratrum in eligendo Priorem dignaretur perſonaliter adeſſe. Quod & factum eſt divina gratia providente. Nam ad bo-

num finem citò pervenit olim deſiderata petitio fratrum in electione novi Prioris per invocationem ſancti ſpiritus, precibus ad Deum inſtanter publicè & privatim effuſis.

Capvt XXVI.

De electione fratris Henrici Daventriæ *quarti Prioris in monte ſanctæ Agnetis.*

ANno Domini M. CCCC. XLVIII. viceſima die menſis Iunij, poſt triduanum ieiunium, convenerunt fratres omnes ad cantandum miſſam de ſancto ſpiritu in profeſto Praxedis virginis. Lecta tamen miſſa in privato propter ſabbatum de beata virgine. Moxque poſt finem Miſſæ finitis am Sextis intraverunt fratres de choro ad domum Capituli pro electione novi Prioris. Affuit & tunc venerabilis Prior de *VVyndeſem* cũ Priore de *Svvollis* ad electionis auditionem petitus & requiſitus. Qui brevi collatione habita & lecta forma electionis, pręmonuit ſingulos capitulares, vt ſecundum Deum & iura Canonum eligerent idoneum ad officium Prioratus. Erant autem fratres electores præſentes numero xx. & unus, duo verò longè abſentes per litteras ſcripſerunt voluntates ſuas, Abeuntibus ergo parum ſeorſum extra oſtium Capituli fratribus electoribus, & aperta ianua, convenerunt & ſteterunt iuxta altare, quod eſt in domo Capituli, duo Priores prædicti cum tribus ſenioribus

Digitized by Google

tribus ad audiendas voces ſingulorum, vbi poterant ab omnibus videri & à nemine palam audiri. Scrutatis ergo & auditis vocibus ſingulorum, electus eſt & nominatus Supprior noſter frater *Henricus VVilhelmi de Dauentria*, habens ſedecim voces maioris partis chartæ inſcriptas. Aliqui remanſerunt ipſum non eligentes: ex quibus tres fratres voces ſuas illa tamen vice reſignaverunt. Duo procuratorem *Iacobum Cluyt* elegerunt. Deinde per unum fratrem de ſenioribus, ex parte ſua & maioris partis, petita fuit confirmatio à Priore ſuperiore, qui mox poſuit terminum oppoſitionis in craſtino finiendum. Cumque nullus ſe opponeret, nec contra formam electionis, neque contra perſonam electam aliquid diceret, vocatus eſt Prior electus ad conſentiendum electioni de ſe canonicè factę, ut ritè confirmaretur. Qui ſtatim in medio fratrum ſe proſternens & inſufficientem proteſtans, humiliter petijt ab onere ſupportari. Sed cùm nil poſſet impetrare, nec auderet pertinaciter reſiſtere, tandem victus fratrum inſtantia & cogente ſuperioris obedientia, conſenſum humili voce præbuit, committens ſe ordinationi divinæ ad obſequendum charitati fraternæ & neceſſitati monaſticæ diſciplinæ. Quo per Priorem de *VVyndeſem* confirmato, & ad chorum conventu ſpectante perducto, dictis orationibus ſedi ſuę inponitur: & ſtatim ad domum Capituli omnes conveniunt: & ſecundum ordinẽ omnes fratres profeſſi obedientiam novo Priori patri ſuo voverunt; deinde converſi, poſteà donati. His ita peractis diem cum gratiarum actione in lætitia expenderunt, & poſt exitũ de horto valedicentibus patribus Prioribus ſuis, qui

omnibus interfuerunt, introrſus ad cellas redierunt, & pulſatis veſperis convenientes ad chorum primas veſperas de ſancta Maria Magdalena alacri voce cantaverunt.

Poſt tres autem dies vocatis ad domum Capituli fratribus propoſitũ eſt à Priore, ut ſecundum ſtatuta alium eligerent Suppriorem. Igitur in feſto ſancti Iacobi Apoſtoli ante horam veſperarum, facto brevi ſcrutinio, electus eſt & nominatus frater *Thomas Kempis* unus de ſenioribus lxvii. annorum: qui præteritis temporibus huic officio deputatus fuit. Et quamvis ſe ineptum ſciret & excuſaret, tamen obedientia iubente humiliter ſe ſubiecit concilio fratrum, non recuſans laborẽ propter eos ſubire amore Ieſu Chriſti, petens intimè ſociorum ac fratrum ſuorum orationes, plus gratiæ Dei quàm ſibi confidens.

Eodem anno tempore æſtiuo in multis locis fuit magna devaſtatio ſegetum, propter mures corrodentes ſemina, vbi adhuc creſcebant & ſtabant in ſtipula. Quapropter fratres noſtri laici foſſas fecerunt, ponentes in terra ollas repletas aqua, & tali arte quàm plures ſubmerſos in ollis ultra multa milia in diuerſis locis necabant. Fecerant enim nobis & alijs vicinis noſtris damnũ in frumento, hordeo, in avena & piſis ac graminibus virentibus in agris pro paſcuis animalium deputatis.

Circa initium menſis Septembris fuit notabilis tempeſtas & magna inundatio aquarum ab introitu maris irrumpens, quæ loca paſcuæ noſtrę perfluendo multa gramina paſcualia corrupit. Et ex eadem tempeſtate multę naves in mari periclitatæ cum hominibus ſubmerſæ fuerunt.

Ve-

Digitized by Google

Verum tamen pius & miſericors Deus rurſum providit nobis: quia piſcatores noſtri ex inundatione aquarum magnam copiam piſcium ceperunt, qui fratribus & hoſpitibus multis diebus ad refectionem ſuffecerunt.

Anno Domini M. CCCC. XLIX. recepimus in die feſto ſancti Bernardi Abbatis precioſas reliquias Sanctorum Martyrum de Sociis *Gereonis*, Ducis & Martyris, & de ſodalibus ſanctarum undecim millium Virginum in Colonia; quas venerabilis Dominus Abbas ſancti Panthalionis de multis reliquijs monaſterij ſui tranſmiſit nobis. Item alia quædam reliquiarum parua fragmenta à Carthuſienſibus & fratribus noſtris regularibus ad Corpus Domini pro veris reliquiis reportavit nobis de Colonia *Egbertus Tyueren* donatus noſter. Has reliquias Prior & conventus noſter ante ſummam miſſam congregati in choro cum vexillo Crucis & cereis accenſis ad Eccleſiam retulerunt: quas poſtea prior in diverſis altaribus decenter incluſit ad honorem ſanctorum.

Eodem anno obijt frater noſter *Godefridus Kempis* in *Brabantia* apud ſorores regularis ordinis in *Incluſagio beatæ Virginis* apud *Septem Fontes*, XVII. kalendas Ianuarij. Hoc monaſterium poſtea fuit totaliter combuſtum Anno Domini M. CCCC. ..... & tranſlatæ ſunt moniales in *Bruxellam* per Duciſſam *Burgundiæ* cum magno honore.

Anno Domini M. CCCC. quinquageſimo multi Chriſti fideles pro indulgentiis Romam tranſierunt, ſicut Dominus Papa Nicolaus quintus de conſilio Cardinaliũ miſeratione pia motus per bullã anno pręcedẽti promulgavit. Tunc multi Chriſtiani viã devotę peregrinationis arripientes

tes, ſani revertebantur, plures verò in via defuncti ſunt, plures in urbe Roma.

Anno M. CCCC. quinquageſimo in *Hollandia*, in *Traiecto, in Amiſſordia, in Zvvollis, in Campis, Dauentria, & Zutphania*, & multis aliis oppidis & villis, peſtis inguinaria deſævit, & de præſenti ſæculo plures devoti & religioſi cum ſecularibus migrarunt.

Eodem anno fuit tempus hiemale multum debile, nix rara, glacies fragilis, ventus frigidus. In quadrageſima & in principio Martij piſcatores noſtri ceperunt in magna copia multos ſpiringos, unde diu in ieiunio paſti ſunt fratres noſtri & multi pauperes mendicantes ante portam.

Eodem anno civitas *Svvollenſis* pro utilitate civium ſuorum & adventantium commoditate ædificavit pontem altum, & magnum de fortibus linguis trans riuum *Vecht* nominatum, non longè à monaſterio noſtro ſitum. Eius pretium ſexcentis florenis Renenſibus taxabatur.

Eodem anno in feſto ſancti Iohannis ante portam Latinam inveſtitus eſt frater *Gerardus Daventria* cognomento *Bredenort*.

Eodem anno obiit quarto kalendas Auguſti frater *Iacobus Oem* Rector monialium in *Bronopia* prope *Campis*, qui IX. annis ibidem benignè præfuit. Poſt cuius obitum Prior de *VVyndeſem* poſuit ibidem fratrem *Dericum Clivis* in rectorem & confeſſorem domus illius: qui anteà fuerat Prior montis ſanctæ Agnetis, & ſenior frater conventus illius.

Anno M. CCCC. LI. obijt in octava Paſchę, quæ fuit in profeſto inventionis ſanctę Crucis *De-*

Dericus Poderen, familiaris domus noſtræ, pauper & ſenex, qui per xx. circiter annos nobiſcum habitauit, annorum multorum circiter lxxx.

Eodem anno obijt in vigilia ſancti Andreæ Apoſtoli poſt Completorium hora nona in præſentia Prioris & fratrum frater *Gerardus VVolteri* converſus, annorum lxviii, duobus menſibus minus: qui xl. ferè annis in habitu religionis vixit. Fidelis & ſtrenuus opere & ſermone bono. Sepultus eſt autem in tranſitu occidentali cum ceteris fratribus converſis.

Eodem anno ædificatum eſt novum molendinum & conſummatum multis laboribus & expenſis maiori vtilitate monaſterii noſtri.

Eodem anno aſſumpta eſt domus Regularum in Colonia, quæ vocatur *ad Corpus Chriſti*, ſita in parochia ſancti Chriſtophori martyris. Miſſus eſt etiam tunc temporis poſt conceptionem beatæ virginis frater noſter *Henricus Kremer* cum fratrem *Gerardo Clivis* Rectore eiuſdem domus ad ſtandum ibidem pro ſuppriore.

Eodem anno fuit gravis peſtilentia in Colonia, & computata ſunt, ut à pluribus refertur, xxv. milia defunctorum.

Anno Domini M. CCCC. LI. Reverendiſſimus Dominus *Nicolaus* dictus de *Chuſa* Presbyter Cardinalis tituli ſancti Petri ad vincula, legat9 in partibus Almaniæ peragratis ſuperioribus Saxoniæ & VVeſtphaliæ civitatibus & villis, venit ad diocœſem *Traiectenſem*. Venit etiam in *VVyndeſem*, & honorificè à conventn ſuſceptus ibidem collationem fratribus fecit. Inſuper dedit auctoritate ſedis Apoſtolicę omnibus generali Capitulo ſubiectis indulgentias iubilæi. Quęſitū eſt

Digitized by Google

eſt ab eo an liceat ſine licentia Romam pro indulgentiis pergere, reſpondit: Dominus Papa oretenus dixit: *Melior eſt obedientia quàm indulgentia.*

Anno Domini M.CCCC.LII. Accidit magnũ & lamentabile damnum & incendium in civitate *Amſterdam*, famoſa & populoſa civitate *Hollandiæ* ipſo die Vrbani Papæ & Martyris: & præcipuè exijt ira Dei contra devotos & devotas congregationes fratrum & ſororum; ita vt maior pars civitatis igne conſumpta videretur: & vix tertia pars remaneret ſalua. Nam pænè quatuordecim monaſteria ex integro combuſta cernuntur. Vnde verè magna miſeria ibidem apertiſſimè fuit: & ex multis retrò temporibus anteà non audita. Multæ enim virgines velatę, pudore virgineo poſt poſito, circuibāt civitatem plangendo & hoſpitia quærendo, & multorum corda ad fletum movendo. Ab eccleſia enim maiori ſancti Nicolai omnia ſunt cōbuſta vſq; ad moniales regulares antiquas ordinis noſtri incluſivè, & ab alia parte civitatis ab eccleſia *B. Mariæ Virginis*, omnia igne cōbuſta ſunt uſque ad regulares fratres noſtros excluſivè, quos Deus ſua miſericordia conſervavit illæſos.

Eodem anno Domini Obijt in *VVyndeſem* dilectus frater noſter *Henricus Cremer*, in commemoratione beati Pauli Apoſtoli poſt horam veſperarum. Et craſtino die in octava ſancti Iohannis Baptiſtæ tranſuectus eſt ad domum noſtram, in qua fere uſque XXXIII. annos vixit in habitu religionis, miſerante Deo, ne alibi longè à noſtro conventu finem vitæ ſortiretur: ſed optatam inter fratres noſtros ſepulturam haberet. Hic fidelis fuit opere in ſcribendo libros & frequentando chorum, amator diſciplinæ, cuſtos oris & cellæ.

Hic

Digitized by Google

Hic fuerat ante Prior in partibus Saxoniæ in *Rickenberrich* XI. annis ferè. & poſtea ſtetit in *Diepēuene* pro tertio ſocio paucis annis: ſed inſtanter ad ſuos fratres redire petiit & impetravit: & poſt hæc ad *Coloniam* miſſus, iterum reverſus in *VVindeſem* defunctus eſt, ſed apud nos ſepultus.

Anno Domini M. CCCC. LIII. fuit quædam nova plaga peſtifera in hominibus in quibuſdam oppidis & villis circumiacentibus. Et fuit iſta notabilis plaga poſt feſtum Iohannis Baptiſtę ex infrigidatione gutturis & dolore pectoris ac lateris. Eodem tempore multi de fratribus noſtris & familiaribus laiçis in agro tempore meſſis fortiter laborantibus læſione gutturis ſic infrigidati fuerunt, quòd vix loqui poterant & comedere. Erat enim ventus aquilonaris valde frigidus in nocte, & per diem turbidus & ſiccus: cuius infrigidatione plures infirmabantur. Vnde pro remedio aliqui veſtimenta ampliora induebant, & à cibo & potu frigido abſtinentes, per abſtinentiam & cuſtodiam à frigoribus nimiis Deo miſerantē convaluerunt. Aliqui negligenter ſe habentes per infrigidationem ad extrema poſt triduum aut biduum laſſati venerunt.

Ea infirmitate incepta infirmatus fuit frater noſter *Gerardus ter Mollen* converſus, & in tranſlatione ſancti Martini Epiſcopi poſt Completoriū inunctus eſt: & ſequenti nocte ante Matutinas dolore ingraveſçente defunctus eſt. Fidelis laborator & ſemper pro communi utilitate domus noſtræ paratus, anno ætatis ſuæ ſexageſimo, in religione triginta annis & tribus menſibus completis. Sepultus in tranſitu occidentali cum aliis converſis ad caput *Gerardi VVolteri*.

Eo-

Eodem anno in menſe Iulio obiit *Dericus Arnoldi* iuvenis laicus noſter & commenſalis de *Berricmede* in tranſlatione Benedicti Abbatis, infra ſacræ unctionis ſacramentum ſumma miſſa incepta.

Eodem menſe obiit in craſtino Margaretæ virginis *Henricus Dieſt* donatus noſter, Completorio finito ſub *Ave Maria*, annorum fere xlviii, completis nobiſcum in hac domo xxx. annis.

Eodem menſe obiit in profeſto Alexii confeſſoris *Dericus Struve*, laicus & commenſalis noſter, ſub Completorio infra ſacram extremam unctionem; diu in hac domo converſatus, & in craſtino prima miſſa lecta in cœmiterio laicorum ſepultus.

Poſt hunc obiit in nocte Mariæ Magdalenæ ante Matutinas inceptas *Everardus Ens de Campis*, bonus & fidelis laicus commenſalis noſter, quinque annis nobiſcum converſatus.

Eodem anno in menſe Auguſto obiit in nocte ſancti Dominici confeſſoris ante Matutinas chariſſimus frater noſter *Theodericus Clivis*, tertius Prior domus noſtræ, ſenex & plenus dierum annorum lxxvi. ſed completis in religione quinquaginta quinque. Ipſe in numero fratrum quartus frater de primis hic inveſtitus fuit, & à principio domus ante ſuſceptionem habitus religionis in multa paupertate & labore incepit cum clericis & laicis in loco Domino ſervire; & ſemper optavit Domino favente in eodem loco cum fratribus vitam finire, & inter eos ſepeliri: quod & factum eſt. Nam ſepultus eſt in tranſitu oriẽtali ad latus fratris noſtri *Henrici Cremer*, quem ad religionem traxit & intimè dilexit. Et ſicut in vita

vita ſe dilexerunt, ita & in morte ac ſepultura non ſunt ſeparati.

Eodē anno & menſe obiit in craſtino Sixti Papæ & Martyris poſt meridiem *Dericus VVychmanni de Aernem*, duobus annis hîc converſatus.

Eodem anno in menſe Auguſto obiit in Feſto *Sancti Laurentij Martyris*, mane poſt primas, *Matthias VVilhelmi Ouercamp*, donatus domus noſtræ, qui diu Magiſter agriculturæ fuit. Hic dolores calculi ſępè habuit: & tandem infirmitate gutturis infectus ac ſenio curvatus poſt multos labores in bona pace quievit, anno ætatis ſuę lxxii. qui à principio monaſterii cum eſſet decem annorum cum Patre ſuo *VVilhelmo Sutore* antiquo bene incepit & felicius terminauit. Sepultus eſt in cœmiterio laicorum ante ianuam latioris ambitus.

Accidit eodem tempore peſtilentiæ domus noſtræ, quod quidam frater in cella ſedens audivit ſonum ante ianuam cellę ſuæ bina vice pulſantem; & ſurgens ad aperiendum neminem vidit nec invenit. De quo miratus cogitauit quia fortè aliquis eſſet moriturus. Altera ergo die pulſata eſt tabula, & obiit *Dericus Struue*, laicus, familiaris noſter. Hoc idem contigit ante obitum fratris *Theodorici Clivis* quondam Prioris domus noſtræ, duobus diebus ante quam infirmaretur.

Anno Domini M.CCCC.liiii. obiit frater *Gerardus Hombolt* converſus quarta decima die menſis Martij mane infra primas, anno ętatis ſuæ quinquageſimo quinto, xxx. annis in religione completis. Hic diu Cellerarius domus fuit: & ſatis fidelis & ſollicitus pro communi utilitate temporalium ſecundum paupertatem redditunm

 & mul-

& multitudinem perſonarum. Sepultus eſt in trânſitu occidentali ante ianuam Eccleſiæ cum alijs converſis.

Eodem anno obiit *in valle Elizabet* prope *Rorumundam* xvi. die menſis Maij, venerabilis pater frater *Iohannes Lap*, Prior domus illius: ſed profeſſus frater domus noſtræ in monte *S. Agnetis*, anno ætatis ſuæ lv. amator religionis & diſciplinæ: completis in religione xxx. annis, & duobus fere menſibus.

Eodem anno obiit in profeſto exaltationis S. Crucis, circa ſecundã horam poſt meridiẽ, *Dionyſius Valkenborch*, donatus domus noſtræ, annorum lxxiiii. qui diu nobiſcum ferè per annos quinquaginta quinq; humiliter & devotè converſat9 eſt: primò porcos paſcens & vaccas mulgẽs; & tandẽ iam ſenex portam monaſterij cum ſocio cuſtodiens, in bona ſenectute vitam temporalem finiens, omnibus exemplum bonum reliquit.

Eodem anno in menſe Auguſto poſt feſtũ Aſſumptionis beatæ Mariȩ Virginis, fuit in partibus ſuperioribus & inferioribus pluvia grandis & multa blada & ſemina perierunt & damnum magnũ habuim9 in hovia noſtra ex inundatione aquarum multarum.

Eodẽ anno obiit in feſto Galli confeſſoris, poſt Cõpletoriũ circa nonã horã, fr. *Iohannes Zandvvic* de *Renen*, Prȩsbyter domus huius, diu calculoſus patiẽs & mãſuetus, ãnorũ xxxviii. In religione xvi. annis & menſibus ferè ſeptẽ cõpletis, qui ad latus *Theodorici Clivis* in Oriẽtali trãſitu clauſtri in profeſto S. Lucȩ poſt miſsã ſepult9 requieſcit in pace; de multis laboribus & periculis huius vitȩ liberatus, cuius deſiderium fuit *diſſolui & eſſe cũ Chriſto*. *Phil. 1.*

Anno

Anno Domini M. CCCC. LV. Inveſtiti ſunt clerici in converſione ſancti Pauli, frater *Henricus Brunonis* & *Theodericus Arnoldi VVaninck*, ambo de *Daventria* nati de bonis parentibus & amicis. Et anno ſequenti eodem die ſimul profeſſi.

Eodem anno obijt venerabilis Pater & quartus Prior in *VVindeſem* frater *VVilhelmus Voerniken* in octava ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli finitis Matutinis, & ſepultus eſt in choro iuxta latus venerabilis Prioris fratris *Iohannis Hueſden*, qui ſe mutuo valde dilexerunt, & ideò poſt mortẽ ſunt combinati in eccleſiaſtica ſepultura. Erat autem annorum lxxxii. Idem etiam fuerat ſecundus Prior in monte *S. Agnetis*.

Eodem anno obijt xi. kalendas Maij finitis primis *Iohannes Maſtebroick*, familiaris laicus domus noſtræ, fidelis laborator & devotus Orator, annorum fere lxx. qui annis xlv. nobiſcum converſatus æternam mercedem pro multo labore concupiſcens, migravit in bona pace ad Dominũ. Sepultus cum familiaribus in cœmiterio laicorum noſtrorum & donatorum.

Eodẽ anno obiit in mẽſe Oct. in profeſto Marci Papę & Cõf. poſt Cõpletoriũ. *Gerardus Hermanni*, familiaris laic9 noſter. Hic fuit latomus & fidelis operari9 pro poſſe: ſępè tamẽ infirm9 dolore calculi, cuius cruciatu obijt in patiẽtia multa & pro teſtamẽto reliquit omnia ſua monaſterio quæ habuit.

Anno Domini M. CCCC. lv. menſis Novembris decima ſeptima die infra octavam Sancti Martini Epiſcopi conſecrata ſunt quatuor Altaria in eccleſia noſtra per *D. Iudocum* ſuffraganeũ Epiſcopũ, & S. Theol. Doct. Ordin. Prædicat. ex ſpeciali Commiſſione Capituli generalis *Traiectenſis*.

Primum altare in aquilonari parte, ſuperius ſituatũ in honore S. *Michaelis Archangeli* & omnium ſanctorum Angelorum. Secundum in aquilonari parte inferius ſituatum in honore ſanctorũ Confeſſorum Gregorij, Ambroſij, Hieronymi, Bernardi, Franciſci, Lebuini. Tertium altare in medio Eccleſiæ in honore ſanctorum Confeſſorum ſancti Martini Epiſcopi, VVillibrordi Epiſcopi, ſancti Nicolai Epiſcopi, & ſancti Antonij Confeſſoris. Quartum altare in auſtrali parte in ultimo loco ſituatum in honore ſanctarum Annæ, Elizabet, Monicæ matris ſancti Patris noſtri Auguſtini, & omnium ſanctarum Viduarum.

Conſecravit etiam quaſdam imagines ſanctorum, imaginem ſanctæ crucis ſuper ianuam chori, imaginem ſancti Auguſtini Epiſcopi, imaginem ſanctæ Agnetis Virginis, & duas paruas imagines ſanctę Mariæ Magdalenæ & ſanctæ Agnetis in capſula. Item imaginem beatæ Mariæ ſuper altare ſanctæ Crucis, tenentis Ieſum crucifixum in ſinu ſuo iacentem, imaginem ſancti Iacobi Apoſtoli, imaginem ſanctę Katarinæ Virginis, & ſanctæ Barbaræ Virginis ac Martyris.

Anno Domini M. CCCC. lvi. fuit inveſtitus in die ſancti Antonij confeſſoris frater *Gerardus Derici* de prope *Zvvollis* in converſum. Vir provectæ ætatis & bonus colonus per xxx. annos nobiſcum honeſte converſatus: & ante inveſtitionem ſuam inter multos donatos noſtros humilis donatus.

Eodem anno obiit & ſubmerſus eſt in craſtino ſancti Iacobi Apoſtoli quidam familiaris laicus noſter *Iohannes Smyt*, cum quatuor equis valde bonis trahentibus currum pro feno afferendo, in quo-

quodam lacu profundo ex aquis pluvialibus repleto. Erat enim tunc aura ſatis pluvialis & multa ſemina perierunt ex longa pluvia. Hunc Dei ſervum ad domum revehentes poſt Completorium in cœmiterio laicorum ſepelierunt. Et pro eo officium Miſſæ fratres celebrantes Orationum ſuffragia pro labore mercedis ſibi impenderunt. Ipſe Deo providente cum aliis laicis noſtris in die ſancti Iacobi Apoſtoli more ſolito communicaverat, & uno anno nobiſcum vixerat, & in arte fabrili ſatis habilis & diligens fuit. Super omnia benedictus Deus qui flagellat & medetur. Nam damnum paſſi ſumus ultra centum florenos de equis ſubmerſis: Sed pius Dominus cuſtodivit nos & totam patriam iſtam ab exercitu Ducis Burgundiæ, qui obſederat *Daventriam*, & poſt feſtum Mathęi receſſit dux pacatus & concordatus cum civitatibus & civibus huius noſtrę patriæ.

Eodem anno Domini M. CCCC. LVI. obiit in die ſanctæ Luciæ Virginis & Martyris, mane ſumma miſſa incepta de ſancta Lucia, devotus & ſtrenuus zelator diſciplinæ frater noſter *VVilhelmus Coman* de *Amſterdam* ex *Hollandia* natus, diu nobiſcum inter fratres humiliter converſatus, anno lxxviii. & quatuor menſium. Hic in ſancta religione vixit Deo auxiliante annis quinquaginta quinque in feſto ſancti Brixii Epiſcopi & confeſſoris completis, qui fuit dies inveſtitionis eius & terminus vltimæ celebrationis eius. A quo ulterius infirmari cœpit uſque ad diem ſanctæ Luciæ, in qua felici agone vitam terminavit. Sepultus in tranſitu Orientali ad latus fratris *Iohannis Zantvvijc* fratris noſtri. Ipſe multa bona exempla patientiæ, paupertatis & abſtinentiæ poſteris imitanda

tanda reliquit. Ipſe tempore venerabilis Prioris Patris *VVilhelmi Vorniken*, ſecundi Prioris huius domus, fuit Procurator, poſteà Supprior, deinde Prior tribus annis prope *Amiſſordiam*. Demũ Rector monialium in *Bronopia* prope *Campis* xiiii. annis fuit; & tandem ſenio adveniente & auditu paulatim deficiente, ad domum propriam & fratres noſtros rediit, defunctus in bona pace & ſepultus inter fratres more conſueto.

Eodem anno obiit frater *Gerardus Smullinck*, primus Rector & Prior domus in *Ruremunda*, qui poſt abſolutionem ſuam perrexit pro indulgentiis ad ſanctum *Iacobum in Compoſtellam*, ibique ſepultus eſt: cuius anniverſarium agitur in craſtino *S. Elizabet* cum parentibus ſuis, quia certum obitus ſui diem neſcimus.

Anno Domini M.CCCC.LVII. obiit *Zvvollis*, in die S. Benedicti Abbatis hora XI. noctis ſequẽtis, recolendæ memorię venerabilis Pater & decorus Presbyter Dominus *Theodericus Herxen* annorum lxxvi. Hic fuit ſecundus Rector domus Clericorum in *Zvvollis* per annos xlvii, & confeſſor multorum devotorum Fratrum ac Sororum, cuius vita ab ineunte ætate fuit in diſciplina morum & virtute.

Caput XXVII.

De reſignatione Patris Henrici, *quarti Prioris, & electione Patris* Georgij *quinti.*

Anno M. CCCC. LVIII. in craſtino Matthiæ Apoſtoli quartus Prior domus noſtræ

Fr.

Fr. Henricus VVilhelmi longa ęgritudine in lecto decumbens, & febribus debilitatus, corã convẽtu ſedens in lectulo renuntiavit officio prioratus ſui, & multis præcibus petiit ac piè hortatus eſt fratres, ut ad eligendum alium Priorem loco ſui ſecundũ ſtatuta iuris & ordinis ſe diſponerent. His auditis contriſtati omnes, & more conſueto tribus dieb9 ieiunium cũ orationibus pro futura electione impleverunt. Poſt hęc electio facta eſt feria quinta poſt Dominicam tertiam in quadrageſima, *Oculi mei ad Dominum*. Et lecta miſſa de ſancto ſpiritu & finitis horis facta eſt electio præſentibus fratribus in choro, aſtante ibidem ad audiendam vocẽ ſingulorũ venerabili Patre Priore de *VVyndeſem*, fratre *Iohanne Naelvvic* cũ fratre *Iacobo Coloniæ*, Priore in *Zvvollis* domus *B. Mariæ de Belheem*. Et auditis ſingulorum vocibus electus eſt fr. *Georgius* fr. domus noſtræ pro tunc Prior in *Brilis*, ſecundũ maiores voces; & quidã elegerunt fratrẽ *Beronẽ* Priorẽ in *Beuervvijc*, omnes tamen humiliter & pacificè maiori parti conſenſerunt: Et ſic facta eſt unanimis electio in fratrem *Georgium*, chariſſimum Patrem & regularis diſciplinæ amatorem.

Eodem anno inveſtiti ſunt quatuor fratres, ſed tres in craſtino ſancti Georgii Martyris, frater *Henricus Hierde* de *Herdervvika* partis *Geldriæ*, frater *Hermannus Borken* de partibus *VVeſtualiæ* diœceſis Monaſterienſis, frater *Theodericus* de *Zvvollis*. Et paulò poſt in feſto Natalis S. Auguſtini Patris noſtri inveſtitus eſt Frater *Iohannes Orſoy* de terra *Clivenſi*.

Eodem anno fuit notabilis peſtilentia *Dauentriæ*, *Zvvollis*, *Campis*, quæ anno præterito fue-

fuerat in *Traiecto* & aliis locis propinquis. Hæc eſt revera pia & miſericors virga Dei ſuper populum Chriſtianum, ne mundum hunc diu inhabitando pro regno ſuperno diligant. Tunc multæ devotæ ſorores *Daventriæ* & *Zvvollis* ad Chriſtum migraverunt.

Eodem tempore obiit in craſtino Nativitatis beatæ & glorioſæ Virginis *Mariæ*, dilectus frater noſter & Supprior domus noſtrę, frater ***Henricus Ruhorſt*** annorum xl. ſepultus in ambitu orientali ad latus fratris noſtri ***VVilhelmi Coman.***

Eodem anno & menſe obiit in die ſancti Hieronymi poſt meridiem ***Hermannus Iohannis***, laicus ſubinfirmarius annorum xxvi. Hic de terra ***Clivenſi*** oriundus fuit de prope *VVeſaliam*, pauper receptus eſt, & ad quæque ſibi iniuncta paratus erat.

Eodem anno & menſe Octobri ipſo die ſancti Dionyſii Epiſcopi, obiit meridie in ***Zvvollis*** frater noſter ***Gerardus VVeſep***, in monaſterio ***Belheem*** miſſus, ibidem ex obedientia & charitate fraterna poſt obitum multorum fratrum ibidem numero decem & aliquorum laicorum familiarium domus illius. Qui circa horam veſperarum allatus eſt & tranſuectus in curru ad domum noſtram, ſicut deſideravit, & in ambitu orientali cum fratribus ſuis ad latus Supprioris ſepultus. Hic lvi. annis in ordine ferè completis obiit, anno ætatis ſuæ lxxvii. Multos libros ſcripſit pro choro, pro libraria, pro præcio in latina & in teutonico, multoſque labores pro communi vtilitate ſtrenuè fecit. Et præcipue multum fidelis & obſequioſus fuit infirmis & agoniſantibus uſque ad mortem; Non veritus obſequi & aſſiſtere ægro-

ægrotis & peſtilentioſis propter Deum & fraternum amorem. Quem Dominus remunerare volens cum fratribus in *Belheem* defunctis, poſt quindenam in *Zvvollis* factam infirmatum peſtilentia ſuſcepit de præſenti labore & ærumna, & æternam pacem & quietem provt diu deſideravit & mihi dicere coniunctis manibus conſuevit.

Eodem anno obiit in craſtino ſancti Martini Epiſcopi hora veſperarum, dilectus frater noſter & devotus ſacerdos & primus Rector in *Vdem*, frater *Iacobus Cluit*, ſepultus ibidem ante ſummum altare, annorum liii. cuius memoria in benedictione & laude permanebit, quia Deo dilectus & nobis exemplaris & ſibi ſtrictus fuit.

Anno Domini M. CCCC. LIX. obiit in feſto Epiphaniæ mane circa quintam horam ante primas, *Everardus Cocus* de *VVetteren*, devotus donatus annorum lxxx. & amplius. Hic primò habitavit *Daventriæ* cum *Lamberto Gale* Sartore, & cœpit eſſe devotus Sartor tempore Domini *Florentij*, à quo miſſus fuit in *VVyndeſem*, qui ulterius eum tranſmiſerunt in montē ſanctæ *Agnetis*, antequam fratres eſſent habitu religionis inveſtiti: qui tunc temporis iuvit ſarcire & parare veſtimenta primorum quatuor fratrum noſtrorum pro inveſtitione ſacræ religionis ut ſupra habetur, anno Domini M. C C C. nonageſimo octavo. Fuit autem poſteà de illo officio poſitus ad coquinam pro ſocio, & poſteà ſuperior cocus factus vltra xxx. annos fideliter omnibus ſeruiuit. Et tandem ſenio fatigatus per reliquum tempus à labore ſupportatus quievit in pace ſenex & plenus dierum multorum.

Eodem anno obiit infra Octavas Nativitatis

Mariæ Virginis ipſo die ſanctorum Martyrum Prothi & Hyacinthi poſt meridiem circa duodecimã horam, *Gerardus Hombolt* de *Traiecto*, donatus noſter, annorum quinquaginta novem. Hic multum fidelis, ſtrenuus ac devotus in ſervitio Dei & prçcipuè, quæ ad laudẽ & honorem *B. Virginis Mariæ* pertinebant. Procuravit pulcherrimã imaginẽ *B. Virginis Mariæ* auro ornatã & coronam cũ multis luminaribus ex ære candente fabricatam, & alia quædã ornamenta circa Altare *B. Virginis* cũ multa devotione & pia intentione pro ornatu Eccleſiæ noſtrç ad honorem *B. Mariæ Virginis & S. Agnetis*. Hic etiam primo hoſpitarius fuit & poſteà refectorarius fratrũ: ſatis mundè & honeſtè omnia ſibi cõmiſſa conſervans, & neceſſaria vaſcula mappas & manutergia procurans. Quodam tempore cum multj hoſpites adveniſſent dixit coco ut ſibi provideret de neceſſariis. Qui anxius de inſueta multitudine hoſpitum cœpit triſtari, timẽs non poſſe omnibus ſatisfacere, ſicut libenter faceret. Cui *Gerardus Hombolt* in Domino confidens ait: Faciatis S. Crucem ſuper ollas & cibos coctos, & Deus dabit benedictionem & ſufficientiã. Fecit cocus, ut dixit, et cum fiducia iterum ac iterũ benedixit. Et ecce pius Dominus videns fidẽ illorum incrementum dedit, ita ut omnes ſufficientiã haberẽt: Et prandio facto multũ ſuperabũdavit, ut ad cænã quæ remanſerant plenũ ad eſum ſufficerẽt. In iuventute ſua antequã intraret monaſteriũ, viſitavit ex magna devotione terram ſanctã, Hieruſalem, Bethleẽ, & alia ſancta loca Salvatoris noſtri, & adhuc afficiebatur ante obitũ ſuũ ſi licuiſſet iterum ex devotione viſitare. Sed pius Dominus mutavit affectũ terreſtris Hieruſalẽ in cæleſtẽ Hieruſa-

ruſalem, quam ſpero intravit intercedēte *B. & glorioſa Virgine Maria*, cuius omnia profeſta in pane & cereuiſia ieiunare conſuevit, infra cuius octavas Nativitatis benè cōfeſſus, contritus, & inunctus de pręſenti ſæculo in bona pace ad cæli regna migrauit. De quo etiam multa bona monaſterio noſtro provenerunt. Vixit nobiſcum annis triginta quinque, obiit anno ætatis quinquageſimo nono.

Anno Domini M.CCCC.LX. fuit validiſſimū frigus poſt feſtum Purificationis *B. Mariæ Virginis*, & incepit gelare duriſſimè à die Scolaſticę Virginis, quæ fuit Dominica in lxx. & duravit quaſi ad medium ieiunium, ita vt ubique ſuper glacies aquarum poterant cum equis & oneribus magnis ſecurè homines ambulare & neceſſaria tranſuectare. Fuit etiam in multis locis defectus fœni & palearum ad nutrimenta pecorum propter ſiccitatem & frigus terræ, quia non inveniebant paſcua recētia ad paſtum animalium. Quidam enim pauperes fregerunt tectum de domibus ſuis, & dabant ſtramina edere animalibus ſuis, & uſque ad Kalendas Maii iſta egeſtas graminum duravit.

Eodem anno in menſe Aprili Dominica ſecunda poſt Paſcha quæ fuit in profeſto Vitalis Martyris, inveſtitus eſt frater *Gerardus Cortbeen* Præsbyter, natus de *Herdervvica*, pius, honeſtus & fidelis, annorum triginta duorum.

Eodem tempore fuit Eccleſia noſtra in teſtitudine, pulchris coloribus cum omnibus tabulis parietū decenter ornata, ad honorem Dei & decorem ſanctæ *Agnetis*, patronæ eccleſiæ noſtræ, atque inter albos colores hæc tria nomina, *IESVS, MARIA, AGNES*, ex devotione nigris & ma-

& magnis literis conſcripta quæ ad legendum omnibus eccleſiam intrantibus ſunt oculis manifeſta.

Eodem anno obiit in feſto Diviſionis Apoſtolorum infra tertias ante ſummam miſſam *Dericus VVilhelmi* Carpentarius & familiaris & commenſalis noſter, de *Zvvollis* natus, annorum xxx. qui in hac domo xi. fere annis piè, humiliter, & pacificè converſatus eſt.

Anno Domini M. CCCC. LXI. obiit *Herderus Stael*, vir valde honeſtus concivis *Zvvollenſis*, ipſo die ſanctę Emerentianæ Virginis, mane ante horam primarum, annorum lxxiiii. Hic fuit ſpetialis & fidelis amicus domus noſtræ cum uxore ſua multis annis & præcipuè tempore tribulationis ſub Rodolpho Epiſcopo, quando fratres noſtri fuerunt compulſi exire monaſterium, & pergere in Friſiam ad monaſterium ordinis noſtri in *Ludinckerc*. Tunc iſte bonus homo emit blada noſtra ubi ſtabant adhuc in *campo* iuxta monaſterium noſtrum, & iuſſit ſub fide ſua metere & colligere, & poſtea tranſmiſit paulatim fructus & proventus collectos fratribus noſtris in *Ludinckerc*, vbi erant quodam modo exilio relegati. Hic itaque ſummo deſiderio excitatus ante mortem ſuam habitavit nobiſcum in monaſterio noſtro uno ferè anno, & cum bono & firmo propoſito ſerviendi Deo. obiit, ut prædictum eſt, in bona pace & laudabili ſenectute. Qui preſentibus amicis ſuis de *Zvvollis* ſepultus eſt in latiori tranſitu.

CAPVT

Capvt XXVIII.

De antiqua arca ſanctæ Agnetis & impetratione eiuſdem.

EOdem Anno M. CCCC. LXI. impetravit venerabilis Prior noſter *Georgius* domus noſtrę à Canonicis maioris eccleſię *Traiectenſis* antiquam arcam ligneam ſanctiſſimæ *Agnetis* Virginis & Martyris, chariſſimæ Patronę domus noſtræ ſine reliquiis tamen eius. In cuius honore conſecrata fuit Eccleſia noſtra Anno Domini M. CCCC. XII. feria ſexta infra octavas Paſchæ, vt ſupra habetur clariùs in titulo de conſecratione Eccleſiæ noſtræ. Hanc ſanctam arcam reportaverunt ſecum duo fratres noſtri in ſacerdotes conſecrati, frater *Henricus Brunonis* & frater *Theodericus VVanninck* pergentes de *Traiecto* navigio per *Hollandiam*, non ſine periculo & timore turbidi maris, ſed auxilio Dei & meritis ſanctæ *Agnetis* Virginis protecti & à periculis ſalui pervenerunt ad portum ſalutis. Et intra paucos dies apportaverunt Arcam in monte ſanctæ *Agnetis* Virginis in profeſto *Scolaſticæ* Virginis. Quod audientes fratres noſtri & omnes familiares laici gaviſi ſunt valde. Atque cum magna devotione & reverentia portata eſt Arca ad Eccleſiam, & repoſita in ſanctuario chori iuxta ſummum Altare, ſub arcu muri aquilonaris. In hac humili ac lignea arca ereis laminis & auro circumtecta quieverunt ſacra

eius

eius oſſa CCC. annis & fere quinquaginta, donec ei fabricaretur nova pulcherrima arca argentea auro adornata à Canonicis in *Traiecto* maioris eccleſiæ ſancti Martini.

Itē notandum quod anno Domini M. CCCC. XIIII. tempore Domini *Frederici de Blanckenhem* reverendi Epiſcopi *Traiectenſis*, fuerunt ſanctæ reliquiæ beatiſſimę *Agnetis Virginis* de antiqua & lignea arca ſua, in novam argenteam arcam foris pulchrè deauratam, cum magna reverentia tranſlatæ in craſtino ſancti Ægidii Abbatis, ſecunda die menſis Septembris, per honorabilem Dominum *Hermannum Lochorſt* Decanum maioris Eccleſiæ ſancti Martini Epiſcopi, qui fuit principalis actor huius novæ tranſlationis ſanctarum reliquiarum *Sanctæ Agnetis* in novam argenteam arcam auro decoratam. Poſt longum igitur tempus cum magno deſiderio & amicorum inſtantia venerabilis Prior & Pater noſter *Georgius* petiit & impetravit à Capitulo & Canonicis maioris Eccleſiæ antiquam arcam *S. Agnetis Virginis*, diu à Conventu noſtro deſideratam, Anno Domini M. CCCC. LXI. ut ſupra præſcriptum eſt.

Anno Domini M. CCCC. LXII. obiit dilectus frater noſter, fr. *Iohannes Heſſeli Zuermont de Traiecto* in nocte *Sanctæ Iulianæ Virginis & Martyris*, homo timoratus & ad humilia opera paratus, & bonæ ſemper voluntatis ad ſequendum conventum pro poſſe: ſed ex debilitate naturæ & capitis dolore frequenter remanſit ex choro: recuperans hoc in externo labore quod non potuit in devotione chori implere. Vnde ſe in brevi moriturum ante paucos dies obitus ſui dixit aliquibus fratribus, & ita contigit ſubitò ſatis. Nam in profeſto

feſto *Iulianæ Virginis* erat ſanus & lętus, & nocte ſequenti adveniente infirmitate ignota nobis inventus eſt ante lectum ſuum in cella iacere mortuus, tunica inferiori indutus & ſuper aſſeres proſtratus extenſis pedibus & iunctis ad latus ſuum brachiis, quaſi Deo ſe commendans & ſanctis Angelis, cui nullus hominum affuit in extremis, qui ſolatium ei impendere potuit: quia nullus agonem ſuum ſcivit, niſi poſt refectionem fratrum cum eum non perciperent adeſſe. Quęrentes ergo eum quidam in cella dormitorii, invenerunt eum migraſſe à ſæculo, & ad Chriſtum, vt piè credimus & ſperamus, evolaſſe. Fuit autem de valde bonis & honeſtis parentibus in *Traiecto*, plures habens amicos & cognatos religioſos; & tandem poſt multos labores & dolores cordis & corporis ereptus eſt de ærumnis vitæ præſētis anno ætatis ſuæ quinquageſimo quarto, in religione XXIX. atque poſt debitum officiū Miſſæ, Pſalterii, & Vigiliarum ſepultus eſt in orientali parte ambitus ad dexteram fratris *Gerardi VVeſep.*

Eodem anno fuit poſt Epiphaniam duriſſimum frigus, & duravit per totum ieiunium & ultra, & magna ſiccitas terræ nociva paſcuis animalium.

CA-

Digitized by Google

Capvt XXIX.

De obitu fratris Henrici VVilhelmi, *quarti Prioris domus noſtræ.*

EOdem anno ſexto idus Martij duobus diebus ante feſtum Gregorii Papæ obiit chariſſimus frater noſter piæ memoriæ frater *Henricus VVilhelmi Daventrenſis* nationis, hora quinta poſt meridiem, finitis Vigiliis Defunctorum in choro, præſente Priore dilecto Patre noſtro *Gregorio* & omnibus fratribus noſtris & multis laicis noſtris in felici eius agone orantibus.

Hic quondam fuit quartus Prior domus noſtrę, & poſt multam inſtantiam pro abſolutione officii prioratus ſui propter frequentes infirmitates ſuas, vixit inter fratres annis quatuor humiliter, manſuétè, exemplariter, devotè, & reverenter ad omnes: nulli oneroſus, omnibus benignus, conſolatiuus, compaſſivus, informativus, hilaris, verecundus, quietus, taciturnus; inter Seniores & Prælatos humilis & affabilis; dulcis & amabilis erga iuniores & infirmos. Nam propter bonos & verecundos mores & magnam probitatē ſuam & fidelitatem ac honeſtatem in eundo, ſtando, loquendo, tacendo, ſicut religioſum decet, fuit ſatis diu Procurator domus effectus, & poſteà Supprior electus: & tandem Deo ordinante in Priorem quartum domus noſtræ provectus & cum pace & charitate confirmatus. Fuit autem x. annis in Prioratu, magis pietate & modeſtia mo-

Digitized by Google

morum regens ſubditos quàm increpationibus verborum: ſtudio lectionis, & orationi, ac meditationibus devotis quotieſcumque potuit inſiſtens. Et multa quidem de eo ſcribi poſſunt & dici, quæ beatus *Bernardus* ſcribit de Humberto famulo Dei & devoto ſuppriore ſuo: quem iſte devotus & Deo dilectus & hominibus, Chriſti ſervus, moribus imitari ſtuduit. Defunctus eſt autē anno ætatis ſuæ lx I. in religione xl I I incepto, & ſepultus ad dexteram fratris *Ioannis Zuermont*.

Eodem anno obiit in hac domo noſtra in profeſto ſancti *Ambroſij* Epiſcopi manè hora quinta ante Primas, ſcilicet ſabbato ante Dominicam paſſionis, *Dericus ten VVater*, honeſtus civis & ſcabinus *Zvvollenſis* commenſalis acceptatus, multùm favorabilis deuotis. Hic per ſex hebdomadas in domo noſtra hoſpitatus & infirmatus ex intentione ſerviendi Deo, & permanendi nobiſcum, notabiliter benefecit monaſterio noſtro in vita & in extremis. Et eccleſiaſticis munitus Sacramentis quievit in pace, anno lxv I I I. ætatis ſuæ. In eccleſia ſepultus in ſepulchro matris ſuæ *Svvane ten VVater*, ſub ſarcoſago lapideo ante altare ſanctę Crucis.

Eodem anno pridie Calendas Septembris infra octavas ſancti *Auguſtini* ante Matutinas obijt humilis & devotus laicus, *Ioannes Bobert* ex diœceſi Treverenſi annorum xl. Hic primò fuit cuſtos ovium noſtrarum, poſteà portarius monaſterii, multum fidelis & miſericors in pauperes. Et expletis x I I. annis in hac domo obdormivit in pace, ſepultus in cœmiterio laicorum.

Eodem anno obiit in Adventu Domini in octava ſancti *Andreæ* Apoſtoli antiquus *Gerardus Poelman*,

man, donatus noſter ante Primas. Hic natus de Zvvollis habitauit nobiſcũ in hac domo ſexaginta duobus annis, cùm eſſemus adhuc valde pauperes in prędiis & ædificiis & libris, & ſacris veſtibus. Parentes verò eius cùm eſſent amici noſtri, & competenter diuites, ſępe ſubuenerunt domui noſtræ beneficiis multis, dando & concedendo pecunias pro prædiis emẽdis, quia dilexerunt filios ſuos nobiſcum habitantes, ſcilicet *Henricum Poelman* & hunc *Gerardum* iuniorem, quorum vnica ſoror *Aleydis* nomine virgo deuota, multis annis pręfuit rectrix in domo Beginarum in noua platæa, vbi tãdem inter illas defuncta eſt, & in *Bethlehẽ* apud regulares fratres noſtros ſepulta. Hic itaque primitus cum fratre ſuo Henrico diu ſutor monaſterii fuit; poſtea etiã longo tempore piſcator fidelis: dehinc debilitate cogente hortulanus bonus pro oleribus & diuerſis ſpeciebus herbarum nutriendis. Tandem ſenio fatigatus & à laboribus ſupportatu cùm eſſet annorum lxxxi. obijt in bona ſenectute, accipiens coronam vitæ pro laboribus ſuis apud regem gloriæ: ſepultus in cœmiterio laicorum & familiæ noſtrę in occidentali parte Ecclesiæ noſtræ, pręſidente venerabili, deuoto, ac religioſo patre noſtro *Georgio*.

Anno M.CCCC.LXIII. obijt in profeſto Quirini martyris quarto Kalendas Aprilis, poſt completorium circa octauam horam, *Ioannes Iacobi*, laicus fidelis & bonus colonus domus noſtræ, oblatus & reſignatus, de *Dalſſen* natus. Hic ſatis vtilis & aptus ac dilectus in opere ſuo inter colonos noſtros, vixit in monaſterio iſto annis xxviii. Et expletis annis vitæ ſuæ xlvi. migrauit in bona

pace,

pace, ſepultus apud *Gerardum Poelman* in cœmiterio laicorum feria iiij. ante feſtum Palmarum.

Eodem anno inueſtiti ſunt tres fratres iuuenes clerici, in dominica quinta poſt Paſcha, Idibus Maij, tertia die poſt feſtum Seruatij, ſcilicet frater *Petrus Simonis* de Leodio, frater *VVilhelmus Peregrini* de Campis, & frater *Arnoldus VVanninc* de Dauentria, germanus fratris *Theodorici VVanninc* conuentus noſtri. Horum primus frater *Petrus* erat annorum xxiij. ſecundus *VVilhelmus* xxi. tertius *Arnoldus* iunior annorum xx. præſidente & celebrante ſummam Miſſam de reſurrectione patre noſtro *Georgio*.

Anno domini M.CCCC.lxiiij Idibus Maij, feria tertia poſt Aſcenſionem Domini, inueſtitus eſt in conuerſum domus noſtræ *Hubertus Nicolai* de Amersfordia annorum xxxv. Hic fuit per aliquot annos præco ciuitatis, & ſatis dilectus & fidelis amicus deuotorum fratrum & ſororum in negotijs eorum. Et mortua vxore ſua & filijs legitimis dotatis, elegit ſæculum relinquere, & Deo in monaſterio humiliter ſeruire, & tribus ferè annis probatus, in conuerſum eſt piè inueſtitus.

Eodem anno obiit in craſtino ſcilicet Iacobi Apoſtoli *Andreas Hermanni* de Sichele, fidelis & deuotus laicus domus noſtræ, & Deo oblatus; nil proprium habens nec vnum denarium poſt ſe in ſecreto relinquens: Hic cùm eſſet annorum xxi. venit ad monaſterium noſtrum in feſto ſanctæ Agnetis, anno domini M.cccc.xix. & completis nobiſcum in ſeruitio Dei fere xliiij annis, cùm eſſet annorum lxv. migrauit ex hoc ſeculo, caſu repentino lapſus de equo & grauiter læſus, & Deo ſe recommendans quieuit in bona fide &

pace, ſepultus in cœmiterio laicorum.

Eodem anno in feſto ſancti *Matthæi* Apoſtoli & Euangeliſtæ fuit magna tempeſtas ventorum, & multæ arbores confractæ ſunt & evulſę de terra, & magnæ naves ſubmerſę in mari, & in multis partibus & Romæ peſtilentia ſæviebat. defuncti ſunt plures qui diu vivere æſtimabant.

Anno Domini M. CCCC. LXV. fuit inveſtitus in Annuntiatione beatæ *Mariæ* virginis, iuvenis clericus *Reynerus Koetken*, annorum decem & novem, de bona parentela & bonis parentibus & amicis in *Zvvollis.* Hic habuit tres devotas ſorores beguttas in domo *VVytonis* extra portam aquilonarem, prope civitatem.

Item eodem anno in menſe Martio tempore quadrageſimali Deus ſubvenit domui noſtræ in captura multorum piſcium in flumine *Vechta,* prope monaſterium, ad ſufficientiam omnium inhabitantium, & pauperum, & extraneorum, ita ut plures negotiatores venirēt de partibus *VVeſtvaliæ* & *Saxoniæ* ad emendum piſces ſpiringos.

Eodem anno inceptum eſt novum monaſterium ordinis Prędicatorum ex Obſervantibus in *Zvvollis.*

Eodem anno in menſe Iulio obijt dilectus frater noſter *Henricus Lymborgh* presbyter, in profeſto ſanctæ *Praxedis* virginis, de *Zvvollis* natus, annorum quinquaginta: ſepultus in tranſitu orientali ad latus fratris *Henrici VVilhelmi*, quarti Prioris noſtri. Hic frequenter infirmitates calculi ſuſtinuit, & in religione xxvii. annis expletis in fine paralyſi oris aliquantulum tactus, inter fratres in pace quievit.

Eodem

Eodem anno in menſe Octobri obiit poſt feſtum ſancti *Michaëlis Archangeli*, in nocte ſancti *Leodegarij* epiſcopi & martyris, *Ioannes Tyman* de *Hollandia* natus, fidelis laicus & oblatus, complēs curſum vitę ſuæ cùm eſſet annorum lxx. Hic humiliter in obedientia eſt converſatus nobiſcum annis xlv. inter colonos, & ſatis diu pedibus claudicauit, & poſt longam probationem infirmitatis, in multa patientia ſpiritum reddidit, ſepultus in cœmiterio occidentali cum alijs laicis.

Eodem anno obijt *Zvvollis* in profeſto ſanctorum martyrum *Criſpini* & *Criſpiani*, *Bernardus Irte*, civis *Zvvollenſis*, filius *Lamberti de Irten* ſcabini civitatis. Hic fuit amicus monaſterii noſtri, & in vita ſua ſępe viſitauit eccleſiam noſtram, & ex devotione ſanctæ *Agnetis* virginis elegit hîc ſepeliri, & ſepultus eſt in tranſitu occidentali ante ianuam eccleſiæ cum converſis.

Anno Domini M.CCCC.LXVI. obiit in nocte ſancti *Mauri* abbatis ante Matutinas *VVolterus Eskens* pater *Gerlaci* cellerarii noſtri; valde ſenex, nonagenarius, quondam colonus cuiuſdam prædii monaſterii in *VVindeſem*. Hic natus de villa *Raelten* reliquit in ſenectute amicos & notos, & ſecutus eſt filium ſuum *Gerlacum* fidelem oblatum. Habitavitque in monaſterio noſtro xi. fere annis ante mortem ſuam. Et diu curuus cum baculo incedens omni manè ad eccleſiam feſtinavit audiendo Miſſam. Multum pius & patiens in infirmitate corporis, & gratias agens obdormivit in Domino: & poſt Miſſarum celebrationem pro eo, ſepultus eſt cum laicis & familiaribus domus noſtræ in cœmiterio Donatorum.

Eodem anno obiit in octava ſanctæ *Agnetis*

Virginis D. *Chriſtianus* presbyter annorum lxxx. curatus *Ter Heyne*, ſpecialis amicus monaſterij noſtri, qui ex deuotione elegit ſepulturam apud nos cum fratribus noſtris. Et ſepultus eſt in tranſitu orientali in ſepulchro Domini *Hermanni Gruter*.

Anno Domini M.CCCC.LXVII. obijt tertia die mẽſis Martij ante Completorium *Hysbrandus* ſartor reſignatus & oblatus de *Amſterdam* oppido *Hollandiæ* natus. Hic xxx. annis nobiſcum conuerſatus eſt, & cùm eſſet annorũ lxxij. defunctus eſt, & in cœmiterio laicorum ſepultus.

Eodem anno obiit in die ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli *Tidemannus Mulart*, natus de *Haſſelt*; reſignatus & oblatus familiaris domus noſtræ, diu nobiſcum multis laboribus exercitatus annis fere xliiij. Tandem cùm eſſet annorum lxxij. obijt in pace ſepultus in cœmiterio laicorum.

Eodem anno fratres & conuentus in *VVindeſem* conſtruxerunt & ampliauerunt antiquam Eccleſiam ſuam ad honorem Dei.

Eodem anno poſt Pentecoſten ædificauit pater noſter *Georgius* nouam coquinam maiorem & fortiorem priore, pro veteri quæ erat cum arundinibus & ſtraminibus tecta, propter pericula incendij, & quædam incommoda remouenda ad vtilitatem conuentus.

Eodem anno obijt in nocte Aſſumptionis beatæ & glorioſę Virginis Marię infra *Te Deum laudamus*, deuotus laicus & oblatus *Nicolaus Bodiken*, fidelis ſeruus Chriſti & beatiſſimæ Virginis Mariæ ſpecialis laudator. Hic paucis diebus ante obitũ ſuum graui dolore capitis & aliorum membrorum

brorum pœnis afflictus, poſt duram corporis afflictionem purgatus, felicē exitum & deſideratum finem cum bona volūtate & plena reſignatione ſuſcepit in tam ſolemni feſto beatæ Mariæ Virginis. Poſt prandium cantatis Nonis de beata Virgine, & lectis vigiliis pro eo, ſepultus eſt in cœmiterio laicorum noſtrorum cum oblatis & donatis domus noſtræ anno ætatis ſuæ lxxix. Hic valdè diu conuerſatus eſt nobiſcum, ſed neceſſitate matris & auiæ ſuę oportebat cū habere curam earum conſilio Prioris domus noſtræ. Poſt quarum obitum Zvvollis, ipſe rediit ad monaſterium noſtrum in monte ſanctæ *Agnetis*. Et poſt plenam reſignationem ſui, expletis xxx. annis, obdormiuit in Domino in feſto iam prædicto, habens teſtimonium bonum, ab omnibus in hac domo.

Eodem die Aſſumptionis beatę Mariæ chariſſimus pater noſter *Georgius* tulit de altari cum omni reuerentia ciboriū venerabilis Sacramenti ſequendo conuentum canentem Reſponſorium: *Felix namque* in proceſſione per ambitum. Et poſt reditum ad chorum flexis genibus coram venerabili Sacramento in altari locato cantata eſt Antiphona: *Media vita* cū verſu & collecta pro plaga peſtilētię quę tūc hìc & in multis locis inceperat.

Eodem anno pomarium noſtrum Deo benedicente multos fructus produxit, & campi bladis fœcundi tempore meſſis frequenti pluuia lædebantur. Idcirco fiebant ſæpè orationes in Miſſa ad Deum. & ſeptem Pſalmi in choro legebantur pro ſerenitate aëris.

Eodem anno obiit in feſto *Simonis* & *Iudæ Arnoldus Nemele* antiquus colonus, vicinus noſter.

& bonus amicus domus noſtræ, qui ſepultus eſt in tranſitu occidentali ante oſtium eccleſiæ in ſepulchro filij ſui.

Eodem anno poſt omnium Sanctorũ obiit in profeſto *Leonardi* cõfeſſoris poſt Completoriũ, *Arnoldus Gerardi* de *VVerendorp* molendinarius noſter, fidelis laicus & commenſalis domus noſtræ, multũ dilectus & obſequioſus inter familiares laicos & fratres omnes. Hic XIV. annis nobiſcum vixit, & completis XXXIII. annis vitę ſuæ defunctus eſt, & in cœmiterio laicorum noſtrorum ad latus *Nicolai Bodiken* ſepultus.

Eodẽ anno M. CCCC. LXVII. fuit inveſtitus *Albertus Huberti* de *Amersfordia*, in Conceptione glorioſæ Virginis *Mariæ* annorum XXIII. qui *Zvvollis* frequentauit quatuor annis.

Anno Domini M. CCCC. LXVIII. In menſe Aprili obijt in craſtino ſancti *Ambroſij* epiſcopi media nocte ante Laudes, *Godefridus Hyſelham* de *Campis*, laicus & donatus noſter, annorum lxxxiii. Hic diu fuit molendinarius monaſterij noſtri, fidelis & probus in converſatione ſua, poſteà diu portarius, miſericors & clemens pauperibus: tandem ſenio debilitatus obiit Deo miſerante in pace, ſepultus in cœmiterio laicorum.

Anno Domini M. CCCC. LXIX. obijt in craſtino Innocentum infra octavas Nativitatis Domini in die ſancti *Thomæ* Cantuarienſis epiſcopi, poſt prandium ante horam Veſperarũ, frater *Gerardus* dictus *Cortbeen* presbyter ante religionem, natus de *Herdervvyc*. Qui nobiſcum fere x. annis in religione piè & deuotè cõuerſatus eſt: & multos ſæpe labores fecit in meſſe & in hieme, ſecando ligna in palude: quia erat homo fortis

tis & aptus ad cõmunes & graves labores; interna & divina non relinquens. Tandem viſitatur à Domino languore hydropico in crure. & poſt infirmitatis ſuę flagellum migravit à ſęculo ad Dominum anno ætatis ſuæ xl i i. Qui poſt Miſſarũ & vigiliarum exequias ſepultus eſt in tranſitu orientali.

Anno Domini M.CCCC.LXX. Inveſtiti ſunt duo clerici & vnus laicus cõverſus, tertia die poſt feſtum *Servatij* epiſcopi die feriali; ad cavendum tumultus hominum & concurſum amicorum ſęcularium. Horum primus *Otto Graes* de *Daventria* annorum xxii. Hic habuit duos fratres religioſos presbyteros regulares, vnum in *VVindeſem*, alium in *Zvvollis* in *Bethlehem*. Secundus verò novitius *Rodolphus Gerardi* de *Amersfordia* natus, annorum viginti vnius, qui in *Zvvollis* ad tempus frequentauit, antequam monaſterium intraret. Tertius novitius & converſus *Henricus Kalker* de terra *Clivenſi* ortus, annorum triginta ſeptem: qui nobiſcum vivens ante inveſtitionem ſuam inter laicos noſtros habitauit, bonus ſartor, quandoque in coquina, quandoque infirmis ſerviens; tandem pro ſua probitate converſus inveſtitus eſt.

Eodem anno obijt in craſtino ſanctorum martyrum *Mauritij* & ſociorum eius, infra Matutinas inceptas, frater noſter *Petrus Herbort* diaconus annorum lxv. corpore parvus & natura multum debilis, & impotẽs ſui ad obſervationem ordinis in multis ſtatutis. ſuſcepit tamen in Capitulo ſępè diſciplinam pro culpis, ſæpè lavit capita fratrum tempore raſuræ, & libenter legit pro aliis in Refectorio, Tandem expletis in habitu ordinis

regularis xliij annis, in fine exitus ſui contritus, confeſſus, communicatus; & inunctus obdormiuit in Domino, in bona cognitione & fide inter fratres orantes, præſente patre noſtro *Georgio* cum multis fratribus, cęteris in choro ad cantandum Matutinas & Laudes remanentibus. Poſt prandium cantatis vigiliis pro eo & alijs benefactoribus, ſepultus eſt in tranſitu orientali ad latus fratris noſtri *Gerardi Cortbeen.*

Anno Dñi M. CCCC. LXXI. in feſto ſcilicet *Antonij* Cõfeſſoris, obiit manè ſub ſumma Miſſa deuotus laicus *Gerlacus Iohannis* natus de prope *Zvvollis*, ſcilicet, de *Deſe*, annorum fere lxxij. Qui vltra liij. annis ante cõuerſatus nobiſcũ in magna humilitate, ſimplicitate, & patientia, ſuſtinuit hic multos labores & penurias. Sed inter alias virtutes, quas habuit, præcipuè prȩeminebat in virtute taciturnitatis, ita quod per totam diem valdè parum loquebatur; etiam in laboribus, alijs præbens exemplum ſilendi. Hic modico tempore ante obitum ſuum tactus apoplexia factus eſt quodammodo delirus, & ſepultus eſt in cœmiterio noſtro cum alijs laicis.

Huc

Digitized by Google

Huc vſque Thomas à Kempis reliqua ab alio continuata ſunt.

EOdem anno in feſto ſancti *Iacobi* minoris poſt Cõpletorium, obiit prædilectus frater noſter *Thomas Hemerken de Kempis* natus ciuitate diœceſis Colonienſis, anno ætatis ſuę xcii. & inueſtitionis ſuæ lxiij. anno autem ſacerdotij ſui lviij. Hic in iuuenili ætate fuit auditor Domini *Florentij* in *Dauentria*, & ab eo directus eſt ad fratrem ſuum germanum tunc temporis Priorem *Montis ſanctæ Agnetis*, anno ętatis ſuæ xx. à quo poſt ſex annos probationis ſuæ inueſtitus eſt. Et ſuſtinuit ab exordio monaſterij magnam penuriam, tentationes, & labores, Scripſit autẽ Bibliam noſtram totaliter, & alios multos libros pro domo & pro pretio. Inſuper compoſuit varios tractatulos ad ædificationem iuuenum in plano & ſimplici ſtilo, ſed prægrandes in ſententia & operis efficacia. Fuit etiam multum amoroſus in paſſione Domini, & mirè conſolatiuus tẽtatis & tribulatis. Tãdem circa ſenium ſuum vexatus hydropiſi in cruribus, obdormiuit in Domino, ſepultus eſt in ambitu orientali ad latus fratris *Petri Herbort*.

Eodem anno obijt de peſtilentia, in feſto ſancti *Lamberti* poſt Primas, frater *Hermannus Craen*, veſtiarius annorum lxiiij. qui primò fuit ſacriſta, & poſteà vltra quindecim annos veſtiarius de poſt tredecim annis procurator, & poſt depoſitio-

poſitionem eius iterum factus veſtiarius. obtinuit magnam laudem in eodem officio, quia ſatis ſufficienter dedit vnicuique iuxta facultatem monaſterii. Et poſt depoſitionem eius à procuratione patienter ſe ſuſtinuit. Hic xxxviii. annis & medio in religione converſatus nobiſcum, die prædicto cantatis ſuper eum vigiliis poſt prandiũ ſepultus eſt in tranſitu orientali.

Eodem anno obijt in profeſto ſancti *Franciſci* de peſtilentia poſt Matutinas, *VVichmanus Spuelre*, iuvenis laicus annorum circiter xxv. de *Doesborgh* natus, vltra quatuor annos conuerſatus nobiſcum, ſubinfirmarius factus benignè & gratioſè ſervivit infirmis. quare magnam laudem ab omnibus obtinuit. Sepultus eſt in cœmiterio laicorum.

Sequenti autem die, ſcilicet in die *S. Franciſci* inuncti ſunt oleo infirmorum infra vnam horam tres ſacerdotes, & vnus laicus.

Eodem anno in craſtino ſancti *Franciſci* hora Veſperarum obijt de peſtilentia frater *Henricus Pauli* de *Mechelinia* ſacerdos, infirmarius, annorum fere xlvi. Qui circa xv. annos fratribus in eodem officio fideliter ſervivit, & converſatus eſt nobiſcum in religione xxiv. annis cum medio. Sepultusque eſt in ambitu orientali ſub gradu in ſepulchro primi defuncti fratris *Nicolài Creyenſcot*. De hoc fratre memoriale exemplum fertur quòd tertia die poſtquam tactus fuit peſtilẽtia, & vidiſſet vltimam criſim mortis, quam vulgares maculas mortis appellant, forti adhuc mente & viribus petijt afferri ſibi tunicam, in qua ſecundùm conſuetudinem ordinis ſepeliri deberet. Quam allatam propria virtute induit, ac propria manu

manu conſuit in anteriori parte, ne ab alijs incautè conſpiceretur. Et poſt prandium legens cum ſubrogato infirmario litanias & ſeptem Pſalmos pœnitentiales pro omnibus negligentijs ſuis, adiunxit pro gratiarum actione omnium beneficiorum à Deo ſibi collatorum: *Te Deum laudamus*. Et ſic tandem circa horam Veſperarum in bona cõfeſſione tradidit ſpiritũ in præſentia patris *Georgij*, fratribus in choro verſus anticipantibus.

Eodẽ anno in feſto ſancti *Marci Papæ* peracta cœna obijt de peſtilentia *Petrus Nicolai* laicus familiaris, de *Amſterdam* natus, annorum fere quinquaginta. Conuerſatus eſt autem nobiſcum in braxatorio annis fere xxvi. minus medio. Hic fuit fortis & proceræ ſtaturæ, multum exemplaris fuit laicis in obſeruantia conſuetudinum ſuarum, ſcilicet in ſilentio, in legendo vigilias, in frequentando eccleſiam, ac aliorum exercitiorum. Sepultusque eſt in cœmiterio laicorum.

Eodem anno in profeſto *Dionyſij martyris* ante horam nonam veſperi obijt de peſtilentia frater noſter *Petrus Simonis* de *Leodio* natus, & nouem annis cum medio nobiſcum in religione conuerſatus. Hic ex natura multum verecundus & pudicus, in principio conuerſionis ſuæ multas tentationes puſillanimitatis ſuſtinuit; à quibus tamen per Dei gratiam poſtmodum fuit liberatus. Sicque cum magno deſiderio aſpirauit ad mortẽ, cupiens *diſſolui & eſſe cum Chriſto*, Sepultusque eſt in ambitu orientali. 1. Phil. 23.

Eodem anno in craſtino *Lucæ* Euangeliſtæ infra Matutinas obijt de eadem peſte *Petrus Ioannis* laicus reſignatus annorum fere lxxiij. de *Traiecto* natus, ligator librorum & quaſi liij. annis nobiſcum

cum conuerſatus. Hic multum debilis in natura & in capite, ſæpè pro negligentijs ſuis diſciplinatus eſt & punitus. Attamen libenter ſeruiuit fratribus ad Miſſam, & tandem infirmis in peſtilentia miniſtrans mortuus eſt in pręſentia patris noſtri *Georgij*. ſepultusque eſt in cœmiterio cum alijs laicis.

Eodem anno obijt de peſtilentia in craſtino vndecim millium Virginū, manè infra Primas frater noſter *Ioannes Kyſendael*, natus de *Orſoy* ex patria *Cliuenſi*, annorum ferè xxxiij. & xiiij. annis & duobus ferè menſibus in religione nobiſcum cōuerſatus. Hic multum dilectus propter ſanctam conuerſationem ſuam, & virtuoſam vitam ſuam: humiliter fratribus ſeruiuit ferè quatuor annis in officio Sacriſtæ. Itaq; conuenienter verificatur de eo verſiculus ille, qui de cōfeſſoribus canitur. *Qui pius prudens, humilis, pudicus, ſobrius, caſtus fuit, & quietus, vita dum præſens vegetauit eius corporis artus.* Sepultusq; eſt in ambitu orientali.

Eodē die duabus horis elapſis obijt de eadē peſte *Hermannus Crom* laicus reſignatus de *Traiecto* natus, annorum liiij. Conuerſatus eſt autem nobiſcum fere annis xxxiiij. Hic multū obſequioſus fratribus prius in officio ſubinfirmarij, poſteà verò in præparatione refectorij, ac alijs neceſſitatibus fratrum debilium & ſeniorum. Tandem in obſequio infirmorum tactus peſtilentia, ſepultus eſt in cœmiterio laicorum.

Eodem anno obijt de eadem peſte infra cœnam in profeſto Simonis & Iudæ *Laurentius* laicus donatus & barbitonſor, natus de *Alſen*, quæ villa ſita circa *Tyel* partis *Geldriæ*, anno ętatis lxxiij Conuerſatusque eſt nobiſcum ferè annis xlv. Hic magnum

magnum accurſum extraneorum habuit pro remedio in arte chirurgica eis impendendo, in qua experientiam competentem habuit, ſepultusque eſt in cœmiterio laicorum.

Eodē anno obiit in feſto ſcilicet Martini Epiſc. veſperi antē horā 10. de peſtilētia *Ludolphus* molēdinarius, natus ex *Tvventia* de *Delden*, ętatis ſuæ anno ferè xxxvii. Cōuerſatus eſt autem nobiſcū annis tribus cū medio: & in miniſterio infirmorum, quibus tūc fideliter miniſtrauit, infirmatus; & in confeſſione bona & feruenti deſiderio mortuus, ſepultus eſt in cœmiterio laicorum.

Anno Domini M.CCCC.LXXII. obijt in die ſācti Ambroſij, quæ fuit in Sabbatho Octauæ Paſchæ, frater *Euerardus* ter *Huet*, natus de *Zvvollis*, & Prior electus in *Bergum*, vbi decem annis & amplius laudabiliter præfuit fratribus. Cōpletisq; ætatis ſuæ xliii. annis, in ordine autem xxv. tandē tactus peſtilentia mortuus eſt, ſepultusque in Ecclesia dicti conuentus.

Eodem anno obiit quarta die poſt Ambroſij poſt primas frater noſter *Ioannes Lent*, natus de prope *Zvvollis*, annorum ferè lxxx, & cōuerſatus eſt in religione nobiſcū quaſi annis lix. Hic multum rigoroſus in obſeruantiis ſuis, & exemplaris fratribus fuit: tādem infirmitate calculi fatigatus, ſepultus eſt in ambitu orientali. Fuit etiam multū proficuus monaſterio per opus ſcripturę, in quo magnā fecit excellentiam. Ideo multa ſcripſit pro pretio, & multa pro choro & libraria, relinquens inſigne exemplum poſteris imitandum.

Eodem anno obijt in die Potentianę Virginis, quæ fuit feria tertia poſt Pentecoſten, infra Veſperas infirmitate rupturæ, *Iohannes Trici*, laicus

reſignatus,

reſignatus, natus de Zvvollis, annorum fere lxxv. conuerſatus eſt nobiſcum quaſi quinquaginta & vno. Hic multum exemplaris laicis in laboribus & diſciplina, propter nimiam fidelitatem ſuam ſæpe fuit magiſter colonorum tam in *Ludekercka* tempore exilii noſtri, quàm etiam nobiſcum, ſcilicet in monte ſanctæ *Agnetis*. Tandem præuentus morte celeriter ſine confeſſione, ſed inunctus diſceſſit. Confeſſus tamen fuit ante mortem ſuam ferè duobus diebus, & communicatus cum alijs in feſto Pentecoſtes.

Eodem anno obijt quarto die poſt feſtum Luciæ *Gherardus Hermanni*, laicus familiaris, natus ex *Tvventia* de prope *Albergen*, annorũ ferè quinquaginta. Conuerſatus autem nobiſcum annis xxiii. Hic paruę ſtaturæ, ſed magni animi fuit, & ſatis induſtrioſè rexit agriculturam noſtram. Tandem ex percuſſione equi incidẽs in phthiſin & diu languens defunctus eſt, atque in cœmiterio laicorum ſepultus.

Anno Domini M. CCCC. LXXIII. quarto Kalendas Iunij inueſtiti ſunt duo fratres clerici. Primus *Stephanus Putſelaer* natus de *Doesborch*, annorum xxii, qui Daventriæ frequentauit: ſecundus *Ioannes Trici*, oriundus de Amſterdam, & in ſtudio Zuollenſi ſtetit ferè quatuor annis. Tempore autem inueſtitionis ſuæ inchoauit xviij. annum.

Anno Domini M. CCCC. LXXIV. in profeſto Agathæ virginis & martyris manè infra ſextam & ſeptimam, obijt frater *Otto Lyman*, natus de *Goch*, annorum ferè lxxvi. Et conuerſatus eſt nobiſcum annis lv. & modico amplius. Hic multum zeloſus pro diſciplina, & ſtrictiſſimus obſeruator

uator ſilentii fuit. Frequentare diuinum officium temporibus ſuis in vſu habuit; in tantum quod quamuis ſenio & apoplexia debilitatus, vſque in finem vitæ hoc facere non omiſit. Voluntariam verò paupertatem in veſtibus & in vtenſilibus cellæ ſollicitè conſeruauit. Et multos libros pro libraria temporibus ſuis ſcripſit. Tandem infirmatus præſentibus venerabili Priore & fratribus obdormiuit in Domino, ſepultusque eſt in ambitu orientali.

Anno Domini M. CCCC. lxxiiii. in die ſancti Vrbani Epiſcopi & martyris, inueſtitus frater *Martinus Nicolai*, natus de Amſtelredam, annorum ferè xix. qui frequentauit *Bruxellæ* vſque in tertium annum.

Anno Domini M. CCCC. lxxiiii. ſecunda die poſt feſtum Cóceptionis Mariȩ infra Matutinas, obijt frater *Theodoricus Venemam*, natus de prope *Zvvollis*, annorum ferè ſeptuaginta duorum, qui conuerſatus eſt nobiſcum laudabiliter annis quinquaginta duobus, duabus hebdomadibus minus. Hic multum maturus, exemplaris, & ſollicitus obſeruator ſilentii & quietis fuit. Tandem infirmatus prȩſentibus venerabili Priore *Georgio* & fratribus, obdormiuit in Domino; ſepultusque eſt in ambitu orientali.

Anno Domini M. CCCC. lxxiiii. obiit in die ſancti Agapiti martyris mane, *Goſuinus ter Beeck*, laicus familiaris, natus de *Zvvollis*, annorum ..... Et conuerſatus eſt nobiſcum quaſi annis quinquaginta tribus. Hic multum fuit exemplaris, & compoſitus verbis & moribus. Et plusquam xl. annis molendinarius & domui valdè fidelis. Et quia ſubitaneam mortem vehementer extimuit,

 confeſ-

cõfeſſionem ſuam debita cum præparatione venerabili Priori ſuo fecit. Et ſic in breui mortem, quam timuit, diuina ordinatione recepit.

Eodem anno obijt dilectus frater noſter *Gerardus Trici* conuerſus, ſecunda die poſt feſtum Luciæ virginis & martyris poſt Matutinas, annorum lxxxii. qui pluribus annis fuit donatus, & ultra xxx. annos honeſtè cõuerſatus, de beneplacito Prioris & conuentus inueſtitus fuit in conuerſum. Hic itaque fuit vir valdè diſciplinatus, eloquio & moribus grauis, rigoroſus ſibi ipſi, & amator paupertatis. Rexit etiam agriculturam noſtram & duorum monaſteriorum ordinis noſtri ſcilicet in *Anyhen* & in *Ludenkerka*, & ſimiliter domus monaſterij ordinis ſancti Benedicti quod dicitur *Clara Aqua* prope *Hattẽ*, ex charitate eiſdem à venerabili Priore ſuo accõmodatus. Qui dũ taliter honeſtè & deuotè annis ferè liiii. fuiſſet nobiſcum cõuerſatus, quieuit in Domino. Sepultus eſt in tranſitu occidentali, qui dicitur tranſitus hoſpitum, cum cæteris conuerſis.

Anno M.CCCC.lxxv. quarta die poſt feſtum Mauritij & ſociorũ eius, obijt mane circa quintã horã *VVilhelmus Brant*, laicus familiaris, ſed clericus litteratura, natus de *Campis* annorũ ferè lxxv. Conuerſatus eſt autem nobiſcum annis ferè lx. Qui quamuis notabilis fuerat litteraturæ, voluit tamen in ſtatu laicali humiliter, modeſtè, & pacificè, detractionem ſpecialiter vitando, vſque ad mortem perſeuerare. Et præter continuos labores fratres ad Primas per xl. annos excitauit.

Anno M.CCCC. lxxiii tertia die poſt feſtum Matthiæ Apoſtoli, obijt mane *Encbertus* de *Tyueren*, donatus & commẽſalis noſter, annorum fere

octogin-

octoginta trium. Qui inter cætera virtutum inſignia, hoc vnũ memoria dignum habebat, quod contraria ſibi inferentibus faciliter & ad ſtatim, cum ei aliqua ſigna charitatis oſtenderent, plenariè indulgebat. Charitatis etiam amore ad Deum & proximum ſuccenſus nocte & die zelo animarum, cum ſibi oportunum fuerat, intendebat, vt teſtari poterunt viri feminæque, quibus in pluribus patriis loca ad ſeruiendum Deo ipſis congrua impetrauit.

Eodem anno & in eadem hebdomada, quinta die poſt feſtum *Matthiæ* obijt Dauētriæ *Iohannes Bōdien*, laicus familiaris noſter, qui grauatus infirmitate ad conſulendum medicum perrexit *Dauentriam*, ibique in domo germani ſui defunctus eſt. Et quia de bona proſapia erat natus, ab amicis ſuis honorificè ad nos reductus in cœmiterio laicorum ſepultus eſt. Hic poſt conuerſionem ſuam paucis annis in officio coquinæ fuit. Qui conſummatus in breui expleuit tempora multa.

Anno Domini M.CCCC. lxxvii. In octaua Viſitationis beatæ Mariæ poſt Nonas, hora quaſi duodecima, obiit deuotus & multum fidelis laicus reſignatus *Gerlacus VVolteri*, natus de *Ralt*, annorum fere lxxi. Qui die præcedenti poſt Completoria in coquina more ſolito refectus, quia cellerarius erat, occulto Dei iudicio inopinatè ſenſibus & viribus deſtitutus, poteſtatem loquendi amiſit, tactus apoplexia vſque ad alterum diem iacens, non loquens, neque manducãs, poſt Nonas hora prędicta expirauit. Conuerſatus eſt nobiſcum xl fere annis, & viginti tribus annis fideliter & induſtriosè prædictum officium exequens, ſemper quaſi præſens cellæ & penu

fratrum votis reſponſurus. Sepultusque eſt cum aliis laicis in cœmiterio noſtro laicorum.

Eodem anno in feſto Ægidij poſt Completorium media quaſi ſeptimæ, obijt deuotus laicus *Albertus Florentij* reſignatus, annorum lxxiij. Conuerſatus autem nobiſcum ferè xlv. annis diu patienter ſeruiens fratribus in coquina; poſtea infirmis & infirmario valde accommodus piſcium recentium adminiſtratione & captione. Sepultus nobiſcum cum alijs in cœmiterio laicorum.

Ex Chronica fratris noſtri *Thomæ Kempis* de illis, quæ domum noſtram non concernunt.

CAPVT I.

Quo anno Reuerendus Dominus Florentius de VVeuelichoven *factus eſt Epiſcopus de Traiectenſis.*

ANno Domini M. CCC. lxxix. Dominus *Florentius* de *VVeuelichoven*, quondam Epiſcopus Monaſterienſis, Pontificalem ſedem Eccleſiæ Traiectenſis eſt adeptus in die ſancti VVillibrordi primi Epiſcopi Traiectenſis: vir prudens & honeſtæ conuerſationis, prouectæque ætatis, ac religionis amator. Sub hoc clariſſimo pręſule tempore Domini Vrbani Papæ ſexti claruit venerabilis magiſter *Gerardus Magnus*, vita, ſcientia, ac pręedicationis verbo verè magnus.

C A-

Digitized by Google

CAPVT II.

De obitu Domini Ioannis Ruesbroeck, *primi Prioris Viridis Vallis.*

ANno Domini M. CCC. octogeſimo primo, quarto nonas Decembris, in octaua ſanctæ Katherinæ virginis ac martyris, obijt in partibus Brabantię venerabilis ac deuotiſſimus Pater Dominus *Ioannes Ruesbroeck*, primus Prior monaſterij *Viridis Vallis*, ordinis Canonicorum regulariũ apud Bruxellam, anno ætatis ſuæ octogeſimo octauo, ante ſummum altare verſus aquilonem ſepultus in choro. Hic ſexagenarius religionis habitum in loco prædicto cum primis aſſumpſit: & Deo præſtante ſexaginta quatuor annis ſacerdotio functus eſt. Huius ſancta & magnifica doctrina longè lateque per partes Teutoniæ diuulgata refulget: quem magiſter *Gerardus Magnus* perſonaliter cum magiſtro *Iohanne* ſcolaſtico Swollenſi viſitauit, ac ſummis doctoribus eius ſcripta cenſuit comparanda. Multos ſiquidem deuotiſſimos atque altioris intelligentiæ libros in Teutonico idiomate ſagaciter edidit, & gratiam cœleſtis ſuauitatis, quam diuinitus accepit, in proximos ſuos & poſteros Eccleſiæ copioſa liberalitate diffudit. Sunt autem vndecim libri quos tam in religione quàm ante religionis ingreſſum proficuè dictauit: & ne imperfectus ſit numerus epiſtolarum, liber duodenarium adimplet.

Sint in eodem monaſterio ſub hoc venerabili

patre conuerſus quidam *Iohannes* nomine, vir valdè deuotus, officio coquinę vſque ad finem vitæ humiliter deditus: ſpeciali gratia diuinæ contemplationis illuſtratus. Hic magnum & egregium volumen alta & cœleſti doctrina refertum compilauit: in quo etiam chariſſimum patrem ſuum Dominum *Ioannem Ruesbroeck* excellentiſſimè recommendat.

Erant & in eodem monaſterio quidam alii deuotiſſimi patres ac religioſiſſimi fratres, vita ac ſcientia eminentes: prout ſacra eorum opuſcula ad nos deuoluta teſtantur.

De vita & libris Domini *Ioannis Ruesbroeck* & fratris *Iohannis Coci* libellus nuper editus quidam plenius indicat, qui *de origine monaſterij Viridis vallis* intitulatur.

CAPVT III.

De obitu venerabilis magiſtri Gerardi Magni, *viri deuotiſsimi.*

ANno Domini milleſimo trecenteſimo octogeſimo quarto, obiit Dauentrię tempore peſtilentiarum, ipſo die beati Bernardi Abbatis, hora quinta poſt Veſperas, venerabilis ac Deo dilectus magiſter *Gerardus* cognomento *Magnus*, ætatis ſuæ anno quadrageſimo quarto ferè tranſacto. Huius corpus ad parochialem Eccleſiam beatiſſimæ Dei genitricis Mariæ deportatum eſt: & illic non longè à ſanctuario digno cum honore ſepultum. Pater eius *VVernerus Magnus*, cognominabatur, & fuit ſcabinus ac conſul

conſul eiuſdem ciuitatis. Mater eius *HeylVVigis* dicebatur: ambo ſecundum ſæculi dignitatem honoribus ac diuitijs ſublimes & potentes. Hic Deo inſpirante, relicto onere diuitiarum ac ſpretis mundi pompis, quibus inſolenter diu incubuit, humilem habitum propter humilem Chriſtum acceptauit; repentè totus mutatus in virum alterum, ita vt cunctis eſſet ſtupori, & tam clericis quàm laicis fieret norma viuendi. Nam plures poſteà bonę conuerſationis ſuæ exemplo & ſacrę prædicationis exhortatione à vanitatibus ſæculi retraxit, & ſuaui iugo Chriſti mancipauit. Omnibus quoque Eccleſiaſticis beneficijs reſignauit: de paternis autem bonis pauca pro ſibi neceſſarijs retinuit. Dedit multa religioſis perſonis: & totam curiam ſuam cum domiſtadio pauperculis ſororibus beguttis, quas in eodem loco congregauit, in perpetuum delegauit. Ipſe diaconij gradum, vt verbum Dei prædicare poſſet, humiliter ſubijt: ſacerdotalem verò ordinem ob reuerentiam eius ſuſcipere declinauit.

Quadam vice cum Domino *Petro* curato Dauentrienſis Eccleſiæ verſus Zvvollis perrexit: qui familiari audacia ipſum interrogauit, dicens: Dilecte magiſter *Gerarde*, quare non efficimini presbyter cum ſitis benè litteratus, & ad regendum alios valde idoneus? Cui ille: Nollem eſſe curatus Eccleſiæ Zvuollenſis vna nocte, pro pileo meo pleno aureis florenis. Stupefactus Dominus *Petrus*, ait: Quid ergo nos fragiles & miſeri ſine peritia & vita faciemus? In tantum valuit hoc verbum à magiſtro *Gerardo*

dictum: vt idem Dominus *Petrus* renuntiaret poſtmodum curę paſtorali,& de beneficio vnico abſque cura ſibi prouideret.

Scripſit vtiles tractatus& epiſtolas multas ad diuerſas perſonas,in quibus ſatis euidenter apparet quantus in eo animarum zelus & intellectus viguit Scripturarum. Tranſtulit duos libros Domini *Iohannis Ruesbroeck*, videlicet *Ecce ſponſus* & librum *de gradibus amoris* de Teutonico in Latinum. Item tranſtulit horas beatæ Virginis cum quibuſdam alijs horis de Latino in linguam Teutonicalem: vt ſimplices & indocti laici haberent in lingua materna, quibus ſe occuparent ſacris diebus orando: quatenus dum fideles hæc legerent, aut ab alijs deuotis audirent legere, facilius à multis vanitatibus & otioſis ſermonibus abſtinerent, atque in Dei amore & laudibus diuinis, ſacris lectionibus adiuti proficerent. Interrogauit aliquando eum vir quidam amicabiliter ſibi coniunctus: Chariſſime magiſter, quid facient omnes libri iſti, quos habetis & vobiſcum tam longè fertis? Reſpondit ille. Quantum ad bonam vitam pauca ſufficerent: ſed ad inſtructionem aliorum & propter veritatis defenſionem,oportet nos hæc omnia habere;vt qui fortè mihi non credunt,auctoritatibus ſanctorũ acquieſcant. Multa quidem & alia bona magiſter iſte in diebus ſuis fecit,ſicut quædam de eo digna ſcripta loquuntur: ita vt ex paruo diſcipulorum eius agmine, tandem copioſus excreſceret numerus deuotorum.

CA-

CAPVT IV.

Quanta eum laude quidam doctor extollit.

SAcræ recordationis magiſter *Gerardus* dictus *Magnus* feliciter migrauit ad Dominum. Et verè magnus, quoniam in omnibus ſcientijs liberalibus, naturalibus, moralibus, ciuilibus, Canonicis & Theologicis, nullus erat ſecundus in orbe. Erat etiam tantæ ſanctitatis & exempli in mortificatione carnis, in abnegatione temporalium, in cõtemptu mundi, in charitate fraterna ad omnes, in deſiderio ſalutis animarum, in efficacia prædicationis, in reprobatione & deteſtatione vitiorum & in opponendo ſe hæreticis, in perſequendo ſecundũ iura canonica concubinarios, in conuertẽdo ad vitam ſpiritualẽ viros ac mulieres priùs ſecundum ſæculum viuentes: in fidelitate ad Dominum noſtrum Vrbanum ſextum: quòd multa millia perſonarum teſtificarentur de credulitate, qui credunt eum fuiſſe non minorem in dictis virtutibus quàm in antè dictis ſcientijs.

Magiſter *VVilhelmus de Saluaruilla*, cantor Pariſienſis, Archidiaconus Brabantiæ in Eccleſia Leodienſi, Doctor in Theologia præcellens, hæc prædicta compilauit, prout ab ore fide dignorum audiuit, & ſecundum quod ipſe magiſtrum *Gerardum* cognouit, vera eſſe proculdubio credidit.

CAPVT V.

Qualiter poſt obitum eius numerus deuotorum & ordo regularium creuit.

POſt mortem venerabilis magiſtri *Gerardi Magni* cœpit deuotio fidelium *Dauentriæ, Zvvollis, Campis*, & in vicinis oppidis creſcere in Domino vehemẽter: ita vt in breui fierent multæ congregationes virorum ac mulierum, in communi vita & caſtitate Deo famulantium, ſecũdum primitiuæ Eccleſiæ formam, & ſanctorum patrum laud abilem conſuetudinem, ab Apoſtolis introductam. Ex quibus nonnulli tumultum populi in ciuitatibus non ferentes, congruas ſibi extra hominum frequentiam quæſierunt manſiones: & erectis pauperculis domibus ſtatuerunt cum patribus antiquis ſecretam ducere vitam. Sed proceſſu temporis cùm perſonis & rebus conualuiſſent, Deo diſponente ſanctæ religionis habitum aſſumpſerunt, locis ſuis in monaſteria canonicorum regularium vtilitate maiore tranſlatis.

Prædixit autem idem memorabilis magiſter prophetico ſpiritu inſtructus, de magna propagatione deuotorum, ita inquiens cuidam familiari ſibi ſacerdoti, poſteà canonico regulari Zvvollis effecto, à quo iſta audiui: „ Ecce dilecte, hoc bonum, quod Deo iuuante hic inceptum eſt, augmentabitur in maius, & igniculus iſte accendet quàm plures per totam Hollandiam & Geldriam. Gratias Deo: quia ſicut audiuimus ita vidimus oculis noſtris: non ſolùm in propinquis his regionibus, ſed etiam in longinquis & ſuperioribus

bus partibus terræ. Habuit quoque fixum in mēte cum quibuſdam amicis fundare monaſterium regularium ſecundum formam habitus, quem in Brabantia apud Dominum *Iohannem Ruesbroeck* conſpexerat: ſed mortalitate præuentus, diſcipulis ſuis in Chriſto fundatis, exequendum commiſit. Quod poſteà ab eiſdem efficaciter adimpletum eſt.

CAPVT VI.

De conſecratione Eccleſiæ & inueſtitione primorum fratrum in VVindeſem.

ANno Domini M. CCC. octogeſimo ſeptimo, in profeſto ſancti Lucæ Euangeliſtæ, cōſecrata eſt prima Eccleſia monaſterij in *VVindeſem* in honore glorioſæ Virginis Marię Dei genitricis. Hic locus à villa adiacente *VVindeſem* nomen accepit, vno miliario diſtans à zvvollis verſus meridiem, habens in propinquo occidentis *Iſlam* fluuium, nec non longè *Hattem* fortiſſimum Gelriæ caſtrum.

Eodem die inueſtiti ſunt & profeſſi ibidem ſex fratres habitu canonicorum regularium, ſub regula Auguſtini Epiſcopi glorioſi, patris ordinis noſtri, quorum iſta ſunt nomina: Frater *Henricus Huxariæ* ſacerdos, Frater *VVernerus de Lochem* partis Gelriæ primus eiuſdem monaſterij Prior, Frater *Iohannes Kempen* ex diœceſi Colonienſi, poſteà primus Prior in *monte.* Frater *Hēricus VVilde* de *Buſco ducis* partis *Brabantiæ*, Frater *Batoldus tē Houe*, qui fuit collator hæreditatis & loci eiuſdē monaſterij, ex Hollandia natus. Fr. *Henricus VVilſem* ex oppido Campenſi, vir magnæ probitatis,

olim potens in ſęculo, facundus eloquio, humilis & ſtrenuus in Dei ſeruitio.

Per hos & alios ſanctæ religionis amatores cœpit noua inſtitutio canonicorum regularium in diœceſi Traiectenſi, poſt felicem magiſtri *Gerardi Magni* exceſſum ſub venerabili Domino *Florentio* præſule Traiectenſi paulatim oriri, atque per incrementa temporum in diuerſis locis vberius dilatari. Nam omnes iſti, vno excepto, magiſtri *Gherardi* fuere diſcipuli, ab ipſo ſalubri exhortatione cum multis alijs clericis, ad emendationem vitæ tracti & imbuti.

CAPVT VII.

De obitu Domini Ioannis de Gronde *Presbyteri.*

ANno Domini M. CCC. nonageſimo ſecundo, die ſeptima menſis Maij, in craſtino ſancti Iohannis Apoſtoli ante portam Latinam, obijt *Dauentriæ* in domo Domini Florentij mane hora quarta Dominus *Iohannes de Gronda*, deuotus presbyter & egregius verbi prædicator anno ætatis ſuę quadrageſimo. Hic erat de *Oetmerſen* ciuitate in *Tvventia* diœceſis Traiectenſis, pudicitia & eloquentia ornatus, quem venerabilis magiſter *Gerardus* ex partibus Hollandiæ de Amſterdam ad ſe accerſiri fecit, pro confeſſionibus deuotorum audiendis: cui etiam ſorores domus ſuæ commiſit ad regendum. Stetit aliquo tempore cum primis fratribus in antiqua domo Domini *Florentij*, ſurgens cum alijs manè ad legendum

Digitized by Google

gendum horas canonicas. Et cùm eſſet hora ſurgendi, euigilans alacriter ibat ſtatim ad ſuſcitandum fratres pulſans & dicens: *Surgite, vigilate, & oratè, ne intretis in tentationem*. Huius meminit *Luc. 22. v. 46.*
magiſter *Gherardus* in epiſtola ſua, quã ad ſacercerdotes in Amſterdam ſcripſit, petens illum tranſmitti: quia ſpecialiter ſibi in illo complacuit. Circa exitum ſuum aſtitit illi Dominus *Florentius* omnium deuotorum pater amandus, ipſum conſolando & confortando. Cui Dominus *Iohannes* ita dicebat: Ecce inimicus me inquietare nititur, & confundere vult in fine. Ad quem Dominus *Florentius*: Ne pertimeſcatis, ſed cèfidatis in Domino, & taceatis ad vobis obiecta. Tunc Dominus *Iohannes* ſicut verus obediens ait: In nomine Domini. Et hoc vltimum eius verbum fuit ante mortem. Sepultus eſt autem in Eccleſia beatæ Mariæ ſemper virginis ad latus magiſtri *Gerardi* in eodem ſepulchro: vbi verbum Dei frequenter prędicauit alto clamore. Solebat etiam quandoque Zvvollis prędicare, & fratribus in *monte* collationem facere, vt bonum quod incœperant perſeueranti animo conſeruarent. Hos vna petra tegit in terris, quos in vera fide ſolidauit petra cœleſtis. Sicut ſe dilexerunt in vita, ita & poſt mortem corpora eorum non ſunt ab inuicem ſeparata.

CA-

CAPVT VIII.

De obitu Reuerendiſsimi Domini Florentij *de* VVeuelichouen *Epiſcopi Traiectenſis.*

ANno Domini M. CCC. nonageſimo tertio, in die ſancti Ambroſii Epiſcopi, quę tunc erat feria ſexta in paraſceue; dum ſacrum Dominicæ paſſionis officium in Eccleſia ageretur, migrauit ex hac luce in ciuitate *Hardenberch* reuerendiſſimus Dominus *Florẽtius de VVeuelichouen* Epiſcopus Traiectẽſis, poſtquam diœceſem ſuam xii. annis & quinquę menſibus laudabiliter ac glorioſè rexiſſet. Huius corpus ad Eccleſiam beati Martini in Traiecto eſt tranſlatum, & ſuper gradus Sanctuarii in choro honorificè ſepultum. Vbi & ardens cereus iugiter ſeruatur in boni nominis ſui memoriam, vtpote veræ lucis amator patriæque defenſor. Hic fuit valde diſciplinatus, nil ſuperfluè nec invtiliter expendens, debita benè ſoluens, elocata redimens, lapſa ædificia reſtaurans, noua fabricans, oppida & caſtella muniens, diuina diligens, ſæcularia prudenter diſponens, iocundus domeſticis, pauperibus exorabilis, omnibus deuotis fauorabilis, clero & plebi acceptabilis.

CA-

CAPVT IX.

De electione Domini Frederici de Blanckenhem.

EOdem anno nobilis ac glorioſus Dominus *Fredericus de Blanckenhem*, quondam Argentinus Epiſcopus, electus eſt ad epiſcopatum Traiectenſem, & apoſtolica auctoritate confirmatus. Hic animo magnanimus, & ſciētia atque prudentia clarus, Deo iuuante multis annis diœceſim rexit, cum multa laude & victoria patriam tuendo potenter. Sub quo ordo canonicorũ regularium, & deuota multitudo fratrum ac ſororum, latiſſimè profecit, & proſpere gaudebat cunctis locis iuriſdictioni ſuę ſubiectis.

Hoc etiam anno inchoata ſunt tria monaſteria in partibus Hollandiæ prope *Amſterdam*. Vnum ordinis Carthuſienſium, ſecundum canonicorum regularium, tertium ſanctimonialium eiuſdem ordinis intra oppidum circa foſſatum.

CAPVT. X.

De fundatione monaſterij in Northorn.

ANno Domini M.CCC. nonageſimo quarto circa feſtum Purificationis beatæ Mariæ Virginis, fratres clerici de familia & congregatione venerabilis Domini ac magiſtri *Euerardi de Aelmelo*, baccalarii in phyſica ſeu medicina, inceperunt de voluntate & conſilio eius ædificare

ficare lacum pro monaſterio futuro in *Vrenſueghen* ſuper hæreditatem dictam *Enoldint*. Et obtenta licentia ab Epiſcopo *Monaſterienſi*, Reuerendo Domino *Ottone de Hoye*, & conſenſu decani, archidiaconi & capituli prima die menſis Maij, poſtea in aduentu Domini ipſo die ſancti Thomæ Apoſtoli conſecratum fuit paruum oratorium in illo loco, vbi nunc Eccleſia murata eſt. Et nunc etiam eodem die quatuor presbyteri de familia Domini *Euerardi* ſunt ibidem inueſtiti habitu ordinis canonicorum regularium à Domino *VVenomaro* ordinis fratrum minorum, Epiſcopo *Symbalienſi* generali Vicario in pontificalibus Domini *Ottonis* reuerēdi Epiſcopi *Monaſterienſis*; quorum iſta ſunt nomina: Primus eorum fuit Dominus *Henricus Kyndeshof* de *Dauentria*, Dominus *Herpe de Lippia* Dominus *Hermannus Plectenberrich*, Dominus *Iohannes de Iuliaco*. Primus Prior electus Dominus *Hermannus Plectenberrich*. Hi quatuor primi ſteterunt per ſe ſub Epiſcopo *Monaſterienſi*, quia fundatores eorum noluerūt eos ſubijci alijs. Sed anno Domini m. cccc. incorporati ſunt generali capitulo in *VVyndeſem*, quod eſt in diœceſi Traiectenſi ſitum prope Zvvollis ad vnum miliare.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XI.

De obitu Domini Florentij *viri deuotiſsimi, Vicarij Eccleſiæ* Dauentrienſis.

ANno Domini M. CCCC. in profeſto Annuntiationis beatę Mariæ ſemper Virginis, ſero iam facto, & *Aue Maria* compulſato, obijt *Dauentriæ* in domo ſua venerabilis vitæ ſacerdos ac prædilectus omnium deuotorum pater, Dominus *Florentius Radevvini* Dauētrienſis Eccleſiæ humilis Vicarius, & magiſter Pragenſis, anno ętatis ſuæ quinquageſimo.

Hic de *Lederdam* ciuitate domini de *Arkel* natus, cum famam magiſtri *Gerardi* audiſſet, relicta patria factus eſt deuotus imitator eius & diſcipulus: atque in breui multorum deuotorum pater: & primus fundator congregationis clericorum in *Dauentria*. Erat autem habitus eius ſimplex & griſeus, moribus valdè compoſitus, ſtatura gracilis aſpectuque amabilis. Capilli eius nigri, barba modica cum canicie, genæ parum rubicundæ ac macilentę, caluus in fronte, ſtatus & proceſſus eius reuerentia plenus.

Quadam vice viſitationis gratia venit ad *montem ſanctæ Agnetis*, de cuius aduentu fratres congratulabantur. Rogatus ergo à ſenioribus collationem aliquam facere, breue verbum eis de humilitate & charitate fecit, & in fine ita adiecit: Ecce iã nauſeam habere poteſtis de verbis meis, quę audiſtis. Non enim ſe reputabat aliquid poſſe dicere auditione dignum. Erat tamen magnus

conſolator deuotorum, & ipſum videre, & ab eo verbum audire iucundum. Ideoque valdè ædificatiuè fuit acceptum, quod ſe fatebatur ad loquẽdum minus idoneum. Quidam deuoti verba ab ipſo dicta ſcripſerunt in tabulis & libellis.

Floruit autem deuotiſſimus vir Dei Florentius temporibus venerabilis Domini *Florentij de VVeuelichouen* & illuſtris Domini *Frederici de Blanckenhem*, duorum pręclarorum Epiſcoporum Traiectenſium.

Cum autem obitus eius ciuibus innotuiſſet, conuenerunt canonici cũ clericis ad tanti viri exequias celebrãdas. Sequebatur & magna multitudo populi vſque ad Eccleſiam ſancti Lebuini: in qua ſepultus eſt ante altare ſuum conſecratum in honore ſancti Pauli Apoſtoli. Cuius vita virtutibus ornata in dialogo nouitiorum plenius eſt deſcripta.

CAPVT XII.

De obitu Domini Euerardi de Eza *curati in* Almelo, *& egregij magiſtri in medicinis.*

ANno Domini M.CCCC.quarto, prima die menſis Aprilis, obijt reuerendus Dominus *Euerardus de Eza*, curatus in *Almelo*, egregius magiſter in medicinis. Hic gratis multis infirmis & præcipuè pauperibus ſæpè pręſtitit beneficia ſanitatis. Hic fuit fundator & ſpecialis procurator monaſterij *Nemoris beatæ Mariæ* Virginis prope *Northorn* in comitatu de *Benthem*, & quoſdam de clericis ſecum habitantibus fecit ibidem inueſtiti. Hic etiam inter phyſicos erat maximè reputatus,

tatus, honorabilis principibus, ſecularibus metuẽdus, religioſis dilectus, & longè in terra optimè notus. Erat autem familiaris Domino *Florentio* Dauentrienſis Eccleſiæ vicario, & libenter eum viſitauit: necnon frequenter illi in infirmitatibus ſuis aſtitit, ac curam ſollerter impendit. De quo ipſe referebat: quia ſupra naturam humanam eſſet, quod homo tantæ debilitatis tam diu viuere poſſet ſine Deo conſeruante.

Sed non mirum ſit alicui, vnde iſti duo reuerendi patres & magiſtri tam familiares ſibi inuicem extiterunt in ſeruitio Dei. Nam Deus qui beatum Petrum & Paulum in prædicatione ſociauit in Roma; ipſe Dominum *Florentium*, & etiam Dominum *Euerardum* congregauit in Dauentria, vt eſſent ſicut duo pręclara luminaria in mundo, & ſicut fratres vnius moris in domo, pariter habitando & in domo ſeipſos, & alios confortando.

Verum huius reuerendi magiſtri *Euerardi* conuerſio tali occaſione incepit & ad ſalutarem effectum Deo coöperante peruenit. Cum enim venerabilis magiſter *Gerardus*, de quo iam ſuprà mentio habetur, verbum Dei extra muros Dauentriæ populo prædicaret, audiens famam tanti viri iſte magiſter *Euerardus*, ac ſæculari ſapientia tumidus, feſtinauit illi prędicationi intereſſe, non charitatis ſed curioſitatis cauſa: explorare volens an doctrina congrueret famæ, non vtique quia iuſtitiam eſuriit; ſed potius eum capere in ſermone deſiderauit. Non tamẽ apertè inter populares & ſimplices ſtetit, ſed quaſi latitãdo poſt columnam. Et ecce omnipotens Deus, qui corda nouit, nec eſt qui ſe abſcondere valet à facie eius, pharetram

trum prædicatoris ſui impleuit ſagittis acutis, quibus in occulto cor curioſi auditoris transfixit: qui exinde compunctus omnem priſtinæ vanitatis petulantiam depoſuit, & prædicatoris ſui deuotus diſcipulus eſt effectus. Facta autem prædicatione virum Dei adijt, & qualiter ſecum Dominus egerit per prędicationem ſuam aperuit; & quomodo ſibi contigit ac ſi ipſe prædicator omnes cordis ſui latebras perluſtraſſet & ſecreta peruidiſſet. Suſcepit itaque eum magiſter *Gerardus* & firmauit in eum charitatem: & factus eſt tandem prędicationis eius conſors & coadiutor. Et non diu poſt iſtius conuerſionem magiſter *Gerardus* migrauit ad Dominum. Poſt cuius mortem antiquus hoſtis contra deuotos diſcipulos excitauit non modicam preſſuram: ſed Deus affuit illis donans eis patientiam & conſtantiam. Voluit autem magiſter *Euerardus*, cuius adhuc conuerſio multis deuotis incognita erat, coniungere ſe diſcipulis Chriſti habitantibus Dauentriæ in domo Domini *Florentij*: ſed fratres eum videntes timebant à facie eius, & quaſi agni ante lupum fugam ceperunt, & latibula cellarum ſuarum intrabant. Sed & ipſe Dominus *Florentius* etiam expauit neſciens intentionem eius: quia prius fuit ſatis durus & contrarius fratribus deuotis. Dixit ergo ad Dominum *Florentium*: Quid eſt quod fratres iſti ſic fugiunt? Ille reſpondit: Neſciunt quo animo ad eos veniſtis. Reſpondit ei magiſter *Euerardus*. Vt emendem vitam meam veni. Et cùm adhuc domino *Florentio* ſuſpectus eſſet, dominus *Euerardus* tandem matura deliberatione & proteſtatione intulit dicens: Si verbis meis non creditis, ſaltem factis credite. Accom-

commodetis mihi cellam quæſo ad tempus & in ea me probetis, cuius ſim ſpiritus. Suſceperunt ergo eum, & cellam delegauerunt. Qui ibidem diu benè conuerſatus & plenè conuerſus, ſicut quondam in medicina, ita nunc in lege Domini, & in ſacra ſcriptura non mediocriter illuminatus eſt. Deinde cæpit diuinam erga ſe diſpenſationem attendere, & cæleſtem ſuam vocationem pertractare: & exemplo Domini *Florentij* iam inſtructus, etiam in propria domo in Almelo clericos & laicos congregare, cum quibus multis annis in debita diſciplina conuerſatus eſt. Et ne illi ſecum collecti poſt mortē eius diſpergerētur, cæpit cogitare de loco idoneo, in quo ipſi Deo pariter ſeruirent. Et Deo cooperante inuenit optatum locum pro monaſterio fundando, in quo poſiti ſunt qui ab eo primum fuerunt humiliter inſtituti. Quibus largitus eſt dona de rebus ſuis in auro & argento, in libris & alijs vtenſilibus, pro ſtructura & neceſſarijs expenſis. De fundatione huius monaſterij vide ſupra anno Domini M. CCC. nonageſimo quarto.

Sepultus eſt autem in Eccleſia ſua in Almelo, vbi pluribus annis pręfuit populo, bonam memoriam relinquens apud deuotos, quos paternaliter fouit ac dilexit. Hic aliquando, cùm Dauentriæ frequentarem & ęgrotarem, ita me curauit, vt poſteà longo tempore Deo propicio conſimilis ægritudo non vrgeret.

Eodem anno in die ſancti Gregorij Papæ incepta eſt ędificatio Eccleſię noſtræ à fratre *Ioanne Kempen* Primo priore.

CAPVT XIII.

De obitu Domini Amilij *presbyteri ſucceſſoris Domini* Florentij *in Dauentria.*

ANno Domini CCCC. quarto in profeſto Barnabæ apoſtoli, obiit Dauentrię Dominus Amilius presbyter, ſucceſſor Domini *Florentij*, magnus zelator animarum, benignus pauperum refector, ſtrenuus ſibi, compaſſiuus infirmis, ſolatioſus tribulatis, annorum circiter 32.

Hic ex partibus *Geldriæ* de prope *Tyele* oriundus fuit: & veniens Dauētriam ad tempus ibidem frequentauit. Cumque eſſet primariorum, cupiēs Deo ſeruire, relictis ſcholis Domino *Florentio* adhæſit: Quem poſteà ad ſacerdotium ipſe Dominus *Florentius* promoueri fecit: & ante obitum ſuum vniuerſæ congregationi ſuæ præpoſuit: ac eidem domus ſuæ gubernationem tanquam dilecto diſcipulo cōmiſit. Quod onus iniunctum valdè dolenter acceptauit. Et licet tanti patris iuſſioni cōtra ire nō auderet, flebilibus tamē oculis, vocibus, ac ſuſpirijs ſe fatebatur prælatione indignum: & ſæpè in occulto orans acriter planxit. Optabat enim magis officio coquinæ iugiter deputari, quàm hominibus regendis ad horam præferri. Ibi enim tutior ſemper conſcientia humili lætatur ſeruitio: hic mille pericula occurrunt cum ſollicitudine non parua. Sed Deus humilis ſerui ſui preces ac gemitus diu differre non diſtulit: nā opus eius ſuper terram breue fuit. Siquidem expleti

165

pletis in cura regiminus quatuor annis ac menſibus ferè tribus, fideles eius labores requie æterna donauit. Cuius corpus ſepultum eſt in cœmiterio ſancti Lebuini confeſſoris, iuxta Dominum *Lubbertum* domus ſuæ presbyterum. Ibi Dominus *Ioannes de Vianen* conditus eſt: ibi *Reynerus Haerlem* acolythus cum multis alijs deuotis fratribus & clericis de domo Domini *Florentij* requieſcit in pace. Poſt deceſſum Domini *Amilij* Dominus *Ioannes Haerlem* in regimine domus ſucceſſit. Qui poſtmodum ad gubernationem ſororum in *Zvvollis* aſſumptus eſt: cuius locum Dominus *Godefridus VVeſaliæ* prouida patrum ordinatione ſuppleuit.

CAPVT XIV.

De prima inueſtitione ſanctimonialium ordinis noſtri in Diepenuene *prope Dauentriam.*

ANno Domini M.CCCC. octauo, fuerunt primùm inueſtitæ, in feſto Agnetis virginis, ſorores ſanctimoniales in *Diepenuene*, ordinis canonicorum regularium, prope oppidum Dauentrienſe. Hæc inueſtitio celebrata eſt per fratrem *Ioannem Hueſden*, venerabilem Priorem de *VVyndeſem*, præſente Priore *fontis beatæ Mariæ* de prope *Aernem*, cum fratre *Ioanne Kempen* Priore *montis ſanctæ Agnetis*, nec non aliis multis deuotis vtriuſque ſexus perſonis ad hunc diem celebrem deſideranter congregatis. Factum eſt ergo ibi gaudium magnum pro cœleſtibus nuptiis multarum virginum, ac nobilium matronarum &

CAPVT VIII.

De obitu Reuerendiſsimi Domini Florentij *de* VVeuelichouen *Epiſcopi Traiectenſis*.

ANno Domini M. CCC. nonageſimo tertio, in die ſancti Ambroſii Epiſcopi, quę tunc erat feria ſexta in paraſceue; dum ſacrum Dominicæ paſſionis officium in Eccleſia ageretur, migrauit ex hac luce in ciuitate *Hardenberch* reuerendiſſimus Dominus *Florētius de VVeuelichouen* Epiſcopus Traiectēſis, poſtquam diœceſem ſuam xii. annis & quinquę menſibus laudabiliter ac glorioſè rexiſſet. Huius corpus ad Eccleſiam beati Martini in Traiecto eſt tranſlatum, & ſuper gradus Sanctuarii in choro honorificè ſepultum. Vbi & ardens cereus iugiter ſeruatur in boni nominis ſui memoriam, vtpote veræ lucis amator patriæque defenſor. Hic fuit valde diſciplinatus, nil ſuperfluè nec inutiliter expendens, debita bene ſoluens, elocata redimens, lapſa ædificia reſtaurans, noua fabricans, oppida & caſtella muniens, diuina diligens, ſæcularia prudenter diſponens, iocundus domeſticis, pauperibus exorabilis, omnibus deuotis fauorabilis, clero & plebi acceptabilis.

CA-

Digitized by Google

CAPVT IX.

De electione Domini Frederici de Blanckenhem.

EOdem anno nobilis ac glorioſus Dominus *Fredericus de Blanckenhem*, quondam Argentinus Epiſcopus, electus eſt ad epiſcopatum Traiectenſem, & apoſtolica auctoritate confirmatus. Hic animo magnanimus, & ſciētia atque prudentia clarus, Deo iuuante multis annis diœceſim rexit, cum multa laude & victoria patriam tuendo potenter. Sub quo ordo canonicorū regularium, & deuota multitudo fratrum ac ſororum, latiſſimè profecit, & proſpere gaudebat cunctis locis iuriſdictioni ſuę ſubiectis.

Hoc etiam anno inchoata ſunt tria monaſteria in partibus Hollandiæ prope *Amſterdam*. Vnum ordinis Carthuſienſium, ſecundum canonicorum regularium, tertium ſanctimonialium eiuſdem ordinis intra oppidum circa foſſatum.

CAPVT. X.

De fundatione monaſterij in Northorn.

ANno Domini M.CCC. nonageſimo quarto circa feſtum Purificationis beatæ Mariæ Virginis, fratres clerici de familia & congregatione venerabilis Domini ac magiſtri *Euerardi de Aelmelo*, baccalarii in phyſica ſeu medicina, inceperunt de voluntate & conſilio eius ædificare

ficare lacum pro monaſterio futuro in *Vrenſueghen* ſuper hæreditatem dictam *Enoldint*. Et obtenta licentia ab Epiſcopo *Monaſterienſi*, Reuerendo Domino *Ottone de Hoye*, & conſenſu decani, archidiaconi & capituli prima die menſis Maij, poſtea in aduentu Domini ipſo die ſancti Thomæ Apoſtoli conſecratum fuit paruum oratorium in illo loco, vbi nunc Eccleſia murata eſt. Et nunc etiam eodem die quatuor presbyteri de familia Domini *Euerardi* ſunt ibidem inueſtiti habitu ordinis canonicorum regularium à Domino *VVenomaro* ordinis fratrum minorum, Epiſcopo *Symbalienſi* generali Vicario in pontificalibus Domini *Ottonis* reuerēdi Epiſcopi *Monaſterienſis*; quorum iſta ſunt nomina: Primus eorum fuit Dominus *Henricus Kyndeshof* de *Dauentria*, Dominus *Herpe de Lippia* Dominus *Hermannus Plectenberrich*, Dominus *Iohannes de Iuliaco*. Primus Prior electus Dominus *Hermannus Plectenberrich*. Hi quatuor primi ſteterunt per ſe ſub Epiſcopo *Monaſterienſi*, quia fundatores eorum noluerūt eos ſubijci alijs. Sed anno Domini m. cccc. incorporati ſunt generali capitulo in *VVyndeſem*, quod eſt in diœceſi Traiectenſi ſitum prope Zvvollis ad vnum miliare.

Digitized by Google

CAPVT XI.

De obitu Domini Florentij *viri deuotiſsimi, Vicarij Eccleſiæ* Dauentrienſis.

ANno Domini M. CCCC. in profeſto Annuntiationis beatę Mariæ ſemper Virginis, ſero iam facto, & *Aue Maria* compulſato, obijt *Dauentriæ* in domo ſua venerabilis vitæ ſacerdos ac prædilectus omnium deuotorum pater, Dominus *Florentius Radevvini* Dauētrienſis Eccleſiæ humilis Vicarius, & magiſter Pragenſis, anno ętatis ſuæ quinquageſimo.

Hic de *Lederdam* ciuitate domini de *Arkel* natus, cum famam magiſtri *Gerardi* audiſſet, relicta patria factus eſt deuotus imitator eius & diſcipulus: atque in breui multorum deuotorum pater: & primus fundator congregationis clericorum in *Dauentria*. Erat autem habitus eius ſimplex & griſeus, moribus valdè compoſitus, ſtatura gracilis aſpectuque amabilis. Capilli eius nigri, barba modica cum canicie, genæ parum rubicundæ ac macilentę, caluus in fronte, ſtatus & proceſſus eius reuerentia plenus.

Quadam vice viſitationis gratia venit ad *montem ſanctæ Agnetis*, de cuius aduentu fratres congratulabantur. Rogatus ergo à ſenioribus collationem aliquam facere, breue verbum eis de humilitate & charitate fecit, & in fine ita adiecit: Ecce iā nauſeam habere poteſtis de verbis meis, quę audiſtis. Non enim ſe reputabat aliquid poſſe dicere auditione dignum. Erat tamen magnus

conſolator deuotorum, & ipſum videre, & ab eo verbum audire iucundum. Ideoque valdè ædificatiuè fuit acceptum, quod ſe fatebatur ad loquẽdum minus idoneum. Quidam deuoti verba ab ipſo dicta ſcripſerunt in tabulis & libellis.

Floruit autem deuotiſſimus vir Dei Florentius temporibus venerabilis Domini *Florentij de VVeuelichouen* & illuſtris Domini *Frederici de Blanckenhem*, duorum præclarorum Epiſcoporum Traiectenſium.

Cum autem obitus eius ciuibus innotuiſſet, conuenerunt canonici cũ clericis ad tanti viri exequias celebrãdas. Sequebatur & magna multitudo populi vſque ad Eccleſiam ſancti Lebuini: in qua ſepultus eſt ante altare ſuum conſecratum in honore ſancti Pauli Apoſtoli. Cuius vita virtutibus ornata in dialogo nouitiorum plenius eſt deſcripta.

CAPVT XII.

De obitu Domini Euerardi de Eza *curati in* Almelo, *& egregij magiſtri in medicinis.*

ANno Domini M.CCCC.quarto, prima die menſis Aprilis, obijt reuerendus Dominus *Euerardus de Eza*, curatus in *Almelo*, egregius magiſter in medicinis. Hic gratis multis infirmis & præcipuè pauperibus ſæpè præſtitit beneficia ſanitatis. Hic fuit fundator & ſpecialis procurator monaſterij *Nemoris beatæ Mariæ* Virginis prope *Northorn* in comitatu de *Benthem*, & quoſdam de clericis ſecum habitantibus fecit ibidem inueſtiri. Hic etiam inter phyſicos erat maximè reputatus,

tatus, honorabilis principibus, ſęcularibus metuēdus, religioſis dilectus, & longè in terra optimè notus. Erat autem familiaris Domino *Florentio* Dauentrienſis Eccleſiæ vicario, & libenter eum viſitauit: necnon frequenter illi in infirmitatibus ſuis aſtitit, ac curam ſollerter impendit. De quo ipſe referebat: quia ſupra naturam humanam eſſet, quod homo tantæ debilitatis tam diu viuere poſſet ſine Deo conſeruante.

Sed non mirum ſit alicui, vnde iſti duo reuerendi patres & magiſtri tam familiares ſibi inuicem extiterunt in ſeruitio Dei. Nam Deus qui beatum Petrum & Paulum in prædicatione ſociauit in Roma; ipſe Dominum *Florentium*, & etiam Dominum *Euerardum* congregauit in Dauentria, vt eſſent ſicut duo pręclara luminaria in mundo, & ſicut fratres vnius moris in domo, pariter habitando & in domo ſeipſos, & alios confortando.

Verum huius reuerendi magiſtri *Euerardi* conuerſio tali occaſione incepit & ad ſalutarem effectum Deo coöperante peruenit. Cum enim venerabilis magiſter *Gerardus*, de quo iam ſuprà mentio habetur, verbum Dei extra muros Dauentriæ populo prædicaret, audiens famam tanti viri iſte magiſter *Euerardus*, ac ſæculari ſapientia tumidus, feſtinauit illi prędicationi intereſſe, non charitatis ſed curioſitatis cauſa: explorare volens an doctrina congrueret famæ, non vtique quia iuſtitiam eſuriit; ſed potius eum capere in ſermone deſiderauit. Non tamē apertè inter populares & ſimplices ſtetit, ſed quaſi latitādo poſt columnam. Et ecce omnipotens Deus, qui corda nouit, nec eſt qui ſe abſcondere valet à facie eius, pharetram

trum prædicatoris ſui impleuit ſagittis acutis, quibus in occulto cor curioſi auditoris transfixit: qui exinde compunctus omnem priſtinæ vanitatis petulantiam depoſuit, & prædicatoris ſui deuotus diſcipulus eſt effectus. Facta autem prædicatione virum Dei adijt, & qualiter ſecum Dominus egerit per prędicationem ſuam aperuit; & quomodo ſibi contigit ac ſi ipſe prædicator omnes cordis ſui latebras perluſtraſſet & ſecreta peruidiſſet. Suſcepit itaque eum magiſter *Gerardus* & firmauit in eum charitatem: & factus eſt tandem prędicationis eius conſors & coadiutor. Et non diu poſt iſtius conuerſionem magiſter *Gerardus* migrauit ad Dominum. Poſt cuius mortem antiquus hoſtis contra deuotos diſcipulos excitauit non modicam preſſuram: ſed Deus affuit illis donans eis patientiam & conſtantiam. Voluit autem magiſter *Euerardus*, cuius adhuc conuerſio multis deuotis incognita erat, coniungere ſe diſcipulis Chriſti habitantibus Dauentriæ in domo Domini *Florentij*: ſed fratres eum videntes timebant à facie eius, & quaſi agni ante lupum fugam ceperunt, & latibula cellarum ſuarum intrabant. Sed & ipſe Dominus *Florentius* etiam expauit neſciens intentionem eius: quia prius fuit ſatis durus & contrarius fratribus deuotis. Dixit ergo ad Dominum *Florentium*: Quid eſt quod fratres iſti ſic fugiunt? Ille reſpondit: Neſciunt quo animo ad eos veniſtis. Reſpondit ei magiſter *Euerardus*. Vt emendem vitam meam veni. Et cùm adhuc domino *Florentio* ſuſpectus eſſet, dominus *Euerardus* tandem matura deliberatione & proteſtatione intulit dicens: Si verbis meis non creditis, ſaltem factis credite. Accom-

commodetis mihi cellam quæſo ad rempus & in ea me probetis, cuius ſim ſpiritus. Suſceperunt ergo eum, & cellam delegauerunt. Qui ibidem diu benè conuerſatus & plenè conuerſus, ſicut quondam in medicina, ita nunc in lege Domini, & in ſacra ſcriptura non mediocriter illuminatus eſt. Deinde cæpit diuinam erga ſe diſpenſationem attendere, & cæleſtem ſuam vocationem pertractare: & exemplo Domini *Florentij* iam inſtructus, etiam in propria domo in Almelo clericos & laicos congregare, cum quibus multis annis in debita diſciplina conuerſatus eſt. Et ne illi ſecum collecti poſt mortē eius diſpergerētur, cæpit cogitare de loco idoneo, in quo ipſi Deo pariter ſeruirent. Et Deo cooperante inuenit optatum locum pro monaſterio fundando, in quo poſiti ſunt qui ab eo primum fuerunt humiliter inſtituti. Quibus largitus eſt dona de rebus ſuis in auro & argento, in libris & alijs vtenſilibus, pro ſtructura & neceſſarijs expenſis. De fundatione huius monaſterij vide ſupra anno Domini M. CCC. nonageſimo quarto.

Sepultus eſt autem in Eccleſia ſua in Almelo, vbi pluribus annis prȩfuit populo, bonam memoriam relinquens apud deuotos, quos paternaliter fouit ac dilexit. Hic aliquando, cùm Dauentriæ frequentarem & ȩgrotarem, ita me curauit, vt poſteà longo tempore Deo propicio conſimilis ægritudo non vrgeret.

Eodem anno in die ſancti Gregorij Papæ incepta eſt ȩdificatio Eccleſiȩ noſtræ à fratre *Ione Kempen* Primo priore.

pletis in cura regiminus quatuor annis ac menſibus ferè tribus, fideles eius labores requie æterna donauit. Cuius corpus ſepultum eſt in cœmiterio ſancti Lebuini confeſſoris, iuxta Dominum *Lubbertum* domus ſuæ presbyterum. Ibi Dominus *Ioannes de Vianen* conditus eſt: ibi *Reynerus Haerlem* acolythus cum multis alijs deuotis fratribus & clericis de domo Domini *Florentij* requieſcit in pace. Poſt deceſſum Domini *Amilij* Dominus *Ioannes Haerlem* in regimine domus ſucceſſit. Qui poſtmodum ad gubernationem ſororum in *Zvvollis* aſſumptus eſt: cuius locum Dominus *Godefridus VVeſalia* prouida patrum ordinatione ſuppleuit.

CAPVT XIV.

De prima inueſtitione ſanctimonialium ordinis noſtri in Diepenuene *prope Dauentriam.*

ANno Domini M.CCCC. octauo, fuerunt primùm inueſtitæ, in feſto Agnetis virginis, ſorores ſanctimoniales in *Diepenuene*, ordinis canonicorum regularium, prope oppidum Dauentrienſe. Hæc inueſtitio celebrata eſt per fratrem *Ioannem Hueſden*, venerabilem Priorem de *VVyndeſem*, præſente Priore *fontis beatæ Mariæ* de prope *Aernem*, cum fratre *Ioanne Kempen* Priore *montis ſanctæ Agnetis*, nec non aliis multis deuotis vtriuſque ſexus perſonis ad hunc diem celebrem deſideranter congregatis. Factum eſt ergo ibi gaudium magnum pro cœleſtibus nuptiis multarum virginum, ac nobilium matronarum &

puellarum, inter quas ingens quoque fletus ferebatur in cęlum. Erant autem XI, numero, quæ habitum & ordinem ſecundum regulam B. Auguſtini Epiſcopi aſſumpſerunt, è quibus tres primæ eodem die profeſſæ ſunt, reliquæ nouitiæ per annum remanſerunt. Plures iſtarum ſororum de domo magiſtri *Gerardi Magni* ex oppido Dauentrienſi collectę ſunt & aſſumptæ, poſtquam ampliari cepiſſent: quas Dominus *Ioannes Brinckerinck* longo tempore rexit & inſtruxit.

CAPVT XV.

De reformatione monaſterii in Budiken.

ANno Domini M.CCCC. nono, Dominus *VVilhelmus de Monte*, electus *Padebornenſis*, incepit reformare monaſterium in *Budikē*, tranſferendo illud de ſtatu canonicarū ſæcularium ad ſtatum canonicorum regularium, ac priuilegium trāſlationis ſuper hoc edidit, in cuius fine ſic habetur: Honorabili viro Domino Ioanni VVael, Priori monaſterij in Zvvollis Traiectenſis diœceſis, tradimus, concedimus, & aſſignamus per pręſentes ita quod ipſe Eccleſię & monaſterio in *Budiken* prout facultas ſuppetit cōgregationē conuenientem virorum Deo deuotorum, canonicorum videlicet regularium, religioni ſui monaſterii in Zvvollis conformium, iuxta eiuſdem religionis exigentiam ibidem conſtituat. Præſertim cùm ſanctus Meynulfus, eiuſdem monaſterij fundator, religionis illius creditur fuiſſe profeſſor, priorem ſeu præpoſitum ipſi congregationi præficiat, prout ei viſum fuerit expedire.

CAP

Digitized by Google

CAPVT XVI.

De obitu Domini Gerardi Kalker, *deuoti presbyteri & rectoris domus clericorum.*

ANno Domini M. CCCC. nono, in vigilia Natiuitatis Chriſti obijt Zvvollis deuotus ſacerdos Dominus *Gerardus Kalker*, rector domus clericorum in oppido Zvvollenſi, anno ætatis ſuę xxxvi. Hic de terra Cliuenſi ex oppido *Kalker* dicto, dum Zvvollis frequentaret, adiunxit ſe deuotis fratribus deuotus quoque frater effectus. Poſtea ad habitationem domus nouæ, quam *Meynoldus de VVindeſem*, homo diues in Zvvollis pro congregatione clericorum conſtruxerat, aſſumptus eſt, & rector tandem ibidem conſilio maiorum ſuorum dignè inſtitutus. Erat autem longæ ſtaturæ & innocentis vitę, ſermone dulcis, ingenio ſagax, moribus compoſitus, benignus pauperibus, affabilis extraneis, ciuibus dilectus, & ad lucrandum multorum animas diuino amore feruenter accenſus. Hic ſtrenuus imitator Domini *Florentij*, quem ſicut patrem chariſſimum intimo affectu coluit ac dilexit, etiam poſt ſe plures deuotos fratres optimis virtutibus inſtructos dereliquit. Sepultus eſt in monaſterio noſtro in *VVindeſem*, cui Dominus *Theodoricus Herxen* eius diſcipulus in regimine ſucceſſit.

cio, nec alta capere queo: ſed rudibus & popularibus interdum poſſum groſſum facere ſermonem. Sed adhuc intendo me diligẽtius emẽdare, & ad anteriora me extendere Deo fauente. Hæc eo loquente valdè ædificatus fuit frater ille ex humili ſermone oris eius. Fertur etiam hoc notabile verbum prædicaſſe. Quid plura dicam? verba faciunt multa verba: & opera faciunt opera. Fructus verbi eſt operis adimpletio. Sepultus eſt in *VVindeſem* in Eccleſia, vbi & alij quidam deuoti fratres & ſacerdotes requieſcunt. Poſt quem Dominus *Iohannes Haerlemi*, qui in Dauentria fuerat diu deuotè conuerſatus, & per aliquot annos domum Domini *Florentij* gubernauerat, vtilitate ſuadente ſororibus regendis preficitur in *Zvvollis* litteris ſacris ſufficienter inſtructus.

CAPVT XVIII.

De inueſtitione ſororum in Bronopia.

ANno Domini M.CCCC. vndecimo in die Conceptionis beatæ Mariæ virginis, fuerunt primùm inueſtitæ ſanctimoniales ordinis canonicorum regularium in *Bronopia*, extra oppidum Campenſe, quod ſitum eſt circa ripam *Iſlæ* fluminis decurrentis in mare. Hæc inueſtitio facta eſt cũ firma & perpetua clauſura per reuerendos Patres & Priores ordinis noſtri fratrẽ *Iohannẽ Vos de Hueſdẽ*, Priorẽ in *VVindeſem*, & fratrẽ *VVilhelmum Vorniken* de Traiecto Priorẽ montis

ſcribi, & pro vtilitate fidelium laicorum ſtudioſè verbum Dei audire cupientium, quædam ſancto-rum dicta Teutonicis verbis tranſpoſuit. Huic tandem poſt pios labores in Dei ſeruitio proba-tiſſimè completos, ante obitus ſui diem pius Dominus conſolationem dulciſſimam, viſione quadam ſibi patefacta, benigniſſimè indulſit. Eius corpus traditum eſt venerandę ſepulturę in choro ſanctę Cæcilię. Huius vltima verba in exitu vitę iſta fuerunt: *Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.* *Pſal.4.v.10.*

CAPVT XX.

De obitu Ioannis Cele, *Rectoris Scholarum Svvollenſium.*

ANno Domini M. CCCC. decimo ſeptimo nona die mẽſis Maij, quę tunc fuit dominica 4. poſt Paſcha Obiit in *Zvvollis* ciuitate diœceſis Traiectenſis, Reuerendus magiſter *Ioannes Cele* ſtrenuus ſcholarium rector, optimus informator iuvenum, feruentiſſimus diuini nominis amator, nec non eccleſiaſtici cantus totiuſque officii diuini ſollicitus obſeruator ac pręceptor. Hic fideliſſimus vir honeſtiſſima conuerſatione prælucidus diutiſſimè ſcholas rexit, pluresque diſcipulos ad ſacræ religionis ac diuini cultus amorem eleganter inſtruxit. Quæ enim religio vita vel nomine clara, ex ſcholaribus eius monachos non habuit? Pręcipuè tamen Regulares cum Cruciferis & Ciſtertienſibus non paucos ex eius ſtudentulis habuere ſui ordinis profeſſores: quorum quidam virtutum gratia præditi, monaſteriorum patres

ac

ac rectores Eccleſiarum ſunt effecti. Didicerunt enim à bono magiſtro ſubiecti diſcipuli, hanc fugitiuam mūdi gloriā propter Chriſtum ſpernere: nec quidquā fore melius & ſanctius in mortalitatis voragine quàm ſpretis mundi illecebris cæleſti Domino militare. Erat tunc delectabile in diebus eius intrare ciuitatem Svvollenſem: & electam cernere multitudinem ſcholarium frequentātem. Quis dignè narrabit, quàm paterna ſolicitudine omnes niſus ſit informare ad doctrinam, ad mores & ad honeſtam vitam cum boni nominis fama ducendam? Nam idcircò frequenter eis autoritates ſacræ ſcripturæ propoſuit & enuntiauit, atque ad ſcribendum ſententias ſanctorum fortiter animauit. Docuit inſuper eos regulariter cantare, Eccleſias ſedulè viſitare, ſacerdotes honorare, religionem amare, cum deuotis & doctis conuerſari, ſæpius orare, ac diuinis libenter laudibus intereſſe. Vbi & ipſe hilariter præſens totum chorum concordi modulatione rexit, ac etiam ſępè in feſtis ſumma cum exultatione in organis cecinit, verus imitator ſancti regis Dauid effectus, qui coram arca Dei cytharam ſaltans ac gratulans percuſſit. In remotas denique Teutonię partes fama bonitatis eius exiuit, & in fines orbis terræ ſententiarum ſuarum dicta ex ore ſtudentium peruenerunt. Brabantini cum Flaminghis, Hollandini cum Friſonibus, VVeſtuali cum Saxonibus ſub eo frequētarunt: & ſtudioſè agentes in ſcholis ad natales ſuos doctores repedarunt. Treuerenſes enim Colonienſibus, Leodienſes cum Traiectenſibus, Cliuenſes cum Geldrenſibus ibi fuerunt: & ex alijs villis & caſtellis

ſtellis iuuenes ad diſcendum habiles concurrentes in ſcientijs validè profecerunt. Ditiores expenſas ſuas comparabant foro competenti, pauperes gregatim mendicando manus laudabant adiutrices. Et hos quidem tanquam egenorum pater cauſa Dei rogatus magiſter inſtruebat libens ac gratis: hortans vt ad Deum ſtudia ſua conuertere niterētur. Vagos autem & truſatores non patiebantur admittere nec perdurare: ſed aut corrigendo mutauit in melius, aut à ſua pręſentia coëgit exire, ne peruerſitas inſolentium detrimentum fieret benè affirmantium: ſed neque pacem tolleret ſtudioſi gregis & rectoris. Fuit ergo diſſolutis virga timoris, & benediſcentibus baculus protectionis & ſalutis. Multi etiam ex auditoribus eius, cùm fundamentalia congrua iecissent, ad altiora ſtudia longiùs euolarunt, & ſtudiosè agentes in breui ſunt ad magiſterium prouecti: quidam verò ampliori inſiſtentes doctrinæ meruerunt in numero doctorum computari.

Nouit Pariſius magna, fatetur Colonia ſancta, agnoſcit Erfordia, nec ignorat curia Romana, quantos ex ſe emiſerit litteratos viros ſchola Svvollenſis, magiſtro *Ioanne* vſque ad canos multi temporis ſtudiosè regente. Ferunt etenim hunc venerabilem magiſtrem vltra quadraginta annos rexiſſe ſcholares.

Egregia laus magiſtri, quem prædicat tam grandis turba ſtudentium, tam clara laudat celſitudo clericorum, tam deuotè adhuc recolit concio monachorum.

Steterat tunc optimè *Svvollis* in regimine, nam ſæcu-

ſæculares non erant ſcholaribus infeſti, deuoti poterant Deo vbique liberè ſeruire, religioſi erant benè viſi, & ſacerdotes honeſtæ vitæ ciuibus accepti. Et qui populum regebant, Deum timebãt, ſapientia & diuitiis pollebant; inter quos ſcabini multi erant eruditi, quondam magiſtri Ioannis diſcipuli: : quem vt decuit in reuerentia & amore ſemper habebant. Multos ipſe ſibi libros ſcholaſticos & diuinos congregauerat, quos in pios vſus fecit poſt mortem diſtribui; quoſdam Eccleſiis, quoſdam monaſteriis, quoſdam pauperibus fideli donatione pro anima ſua legando. Hic eſt reuerendus ac dignè laudandus magiſter ***Ioannes Cele***, ex oppido Svuollenſi natus, honeſtè educatus, benè litteratus, ſcientia non inflatus, ſobrius, caſtus, humilis atque deuotus. Qui tempore quodam piæ deuotionis affectu ſuadente cum venerabill magiſtro ***Gerardo Magno*** ad religioſiſſimum patrem Dominum ***Ioannem Ruesbroeck***, vita & doctrina præclarum, in partes perrexit Brabantiæ, videre virum Deo chariſſimum facie, quem fama vulgante nouerat a longe. A quo paternaliter ambo ſuſcepti, & multũ ex eius ore ac viuidis exemplis refecti, poſt paucos dies ad ſua loca pariter ſunt reuerſi. Quod factum clarius liber vitę patris memorãdi declarat. Ab hoc tempore flamma dilectionis fraternæ in vtriſq; vehementius exarſit. Et quidem magiſter ***Iohannes*** magiſtrum ***Gerardum*** ab exordio prædicationis ſuæ miro coluit affectu. & charum ſemper habebat ex animo virum in Chriſto ſibi vnanimem, benè in populo verbum Dei tractantem, ſeipſum formam vitæ prębentem, & animarum zelo ſummè feruentem. Ob id itaque maleuolis, qui nuſquam

nuſquam deſunt bene agentibus, opprobria hominum & oblocutiones graues ſuſtinuit magiſter *Iohannes*: quia opera & dicta magnifica prędicationis fouit & extulit; ſed non idcirco latratibus inuidorum fractus. à tanta viri laude ceſſauit. verùm coram magiſtratibus & plebe libera voce pro deuotis locutus eſt. Huic etiam magiſter *Gherardus* amicabiles litteras deſtinauit, cuius dicta intimo complectens amore, totum corpus epiſtolarum eius ſibi congregauit affectu legendi. Sæpe etiam ſcholaribus ſuis nomen & actus venerabilis magiſtri *Gherardi* ſibi optimè noti ad exemplum ſua placabili lingua recitauit. Hic eſt finis magiſtri *Iohannis* fidelis ſerui Chriſti Ieſu: cui donet cum omnibus ſanctis Deus æterna cæli gloria frui. Huius corpus in *VVindeſem* in antiquo ambitu circa oſtium Eccleſiæ reconditum eſt.

CAPVT XXI.

De *Iohanne Brinckerinck*, magiſtri *Gerardi* diſcipulo.

ANno Domini M. CCCC. XIX. ſeptimo Kalendas Aprilis, ſcilicet in craſtino Annuntiationis Beatæ Marię Virginis, obijt Dauentriæ Deo dilectus & deuotus Sacerdos dominus *Iohannes Brinckerinck*, confeſſor ac rector ſororum Beguttarum in domo magiſtri *Gherardi Magni*. Hic de Zutphania ciuitate Geldriæ ex bona parentela traxit originem, & in adoleſcen-

puellarum, inter quas ingens quoque fletus ferebatur in cęlum. Erant autem XI, numero, quæ habitum & ordinem ſecundum regulam B. Auguſtini Epiſcopi aſſumpſerunt, è quibus tres primæ eodem die profeſſæ ſunt, reliquæ nouitiæ per annum remanſerunt. Plures iſtarum ſororum de domo magiſtri *Gerardi Magni* ex oppido Dauentrienſi collectę ſunt & aſſumptæ, poſtquam ampliari cepiſſent: quas Dominus *Ioannes Brinckerinck* longo tempore rexit & inſtruxit.

CAPVT XV.

De reformatione monaſterii in Budiken.

ANno Domini M.CCCC. nono, Dominus *VVilhelmus de Monte*, electus *Padebornenſis*, incepit reformare monaſterium in *Budikē*, transferendo illud de ſtatu canonicarū ſæcularium ad ſtatum canonicorum regularium, ac priuilegium trāſlationis ſuper hoc edidit, in cuius fine ſic habetur: Honorabili viro Domino Ioanni VVael, „ Priori monaſterij in Zvvollis Traiectenſis dioe„ ceſis, tradimus, concedimus, & aſſignamus per „ pręſentes ita quod ipſe Eccleſię & monaſterio „ in *Budiken* prout facultas ſuppetit cōgregationē „ conuenientem virorum Deo deuotorum, ca„ nonicorum videlicet regularium, religioni ſui mo„ naſterii in Zvvollis conformium, iuxta eiuſdem „ religionis exigentiam ibidem conſtituat. Præſer„ tim cùm ſanctus Meynulfus, eiuſdem monaſterij „ fundator, religionis illius creditur fuiſſe profeſſor, „ priorem ſeu præpoſitum ipſi congregationi præ„ ficiat, prout ei viſum fuerit expedire.

CAP

Digitized by Google

CAPVT XVI.

De obitu Domini Gerardi Kalker, *deuoti presbyteri & rectoris domus clericorum.*

ANno Domini M. CCCC. nono, in vigilia Natiuitatis Chriſti obijt Zvvollis deuotus ſacerdos Dominus *Gerardus Kalker*, rector domus clericorum in oppido Zvvollenſi, anno ætatis ſuę xxxvi. Hic de terra Cliuenſi ex oppido *Kalker* dicto, dum Zvvollis frequentaret, adiunxit ſe deuotis fratribus deuotus quoque frater effectus. Poſtea ad habitationem domus nouæ, quam *Meynoldus de VVindeſem*, homo diues in Zvvollis pro congregatione clericorum conſtruxerat, aſſumptus eſt, & rector tandem ibidem conſilio maiorum ſuorum dignè inſtitutus. Erat autem longæ ſtaturæ & innocentis vitę, ſermone dulcis, ingenio ſagax, moribus compoſitus, benignus pauperibus, affabilis extraneis, ciuibus dilectus, & ad lucrandum multorum animas diuino amore feruenter accenſus. Hic ſtrenuus imitator Domini *Florentij*, quem ſicut patrem chariſſimum intimo affectu coluit ac dilexit, etiam poſt ſe plures deuotos fratres optimis virtutibus inſtructos dereliquit. Sepultus eſt in monaſterio noſtro in *VVindeſem*, cui Dominus *Theodoricus Herxen* eius diſcipulus in regimine ſucceſſit.

169

cio, nec alta capere queo: ſed rudibus & popularibus interdum poſſum groſſum facere ſermonem. Sed adhuc intendo me diligẽtius emẽdare, & ad anteriora me extendere Deo fauente. Hæc eo loquente valdè ædificatus fuit frater ille ex humili ſermone oris eius. Fertur etiam hoc notabile verbum prædicaſſe. Quid plura dicam? verba faciunt multa verba: & opera faciunt opera. Fructus verbi eſt operis adimpletio. Sepultus eſt in *VVindeſem* in Eccleſia, vbi & alij quidam deuoti fratres & ſacerdotes requieſcunt. Poſt quem Dominus *Iohannes Haerlem*, qui in Dauentria fuerat diu deuotè conuerſatus, & per aliquot annos domum Domini *Florentij* gubernauerat, vtilitate ſuadente ſororibus regendis preficitur in *Zvvollis* litteris ſacris ſufficienter inſtructus.

CAPVT XVIII.

De inueſtitione ſororum in Bronopia.

ANno Domini M.CCCC.vndecimo in die Conceptionis beatæ Mariæ virginis, fuerunt primùm inueſtitæ ſanctimoniales ordinis canonicorum regularium in *Bronopia*, extra oppidum Campenſe, quod ſitum eſt circa ripam *Iſlæ* fluminis decurrentis in mare. Hæc inueſtitio facta eſt cũ firma & perpetua clauſura per reuerendos Patres & Priores ordinis noſtri fratrẽ *Iohannẽ Vos de Hueſdẽ*, Priorẽ in *VVindeſem*, & fratrẽ *VVilhelmum Vorniken* de Traiecto Priorẽ montis

ſcribi, & pro vtilitate fidelium laicorum ſtudioſè verbum Dei audire cupientium, quædam ſanctorum dicta Teutonicis verbis tranſpoſuit. Huic tandem poſt pios labores in Dei ſeruitio probatiſſimè completos, ante obitus ſui diem pius Dominus conſolationem dulciſſimam, viſione quadam ſibi patefacta, benigniſſimè indulſit. Eius corpus traditum eſt venerandę ſepulturę in choro ſanctę Cæciliç. Huius vltima verba in exitu vitę iſta fuerunt: *Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.* Pſal.4.v.10.

CAPVT XX.

De obitu Ioannis Cele, *Rectoris Scholarum Svvollenſium.*

ANno Domini M. CCCC. decimo ſeptimo nona die mēſis Maij, quę tunc fuit dominica 4. poſt Paſcha Obiit in *Zvvollis* ciuitate diœceſis Traiectenſis, Reuerendus magiſter *Ioannes Cele* ſtrenuus ſcholarium rector, optimus informator iuvenum, feruentiſſimus diuini nominis amator, nec non eccleſiaſtici cantus totiuſque officii diuini ſollicitus obſeruator ac pręceptor. Hic fideliſſimus vir honeſtiſſima conuerſatione prælucidus diutiſſimè ſcholas rexit, pluresque diſcipulos ad ſacræ religionis ac diuini cultus amorem eleganter inſtruxit. Quæ enim religio vita vel nomine clara, ex ſcholaribus eius monachos non habuit? Pręcipuè tamen Regulares cum Cruciferis & Ciſtertienſibus non paucos ex eius ſtudentulis habuere ſui ordinis profeſſores: quorum quidam virtutum gratia præditi, monaſteriorum patres

ac

ſtellis iuuenes ad diſcendum habiles concurrentes in ſcientijs validè profecerunt. Ditiores expenſas ſuas comparabant ſoro competenti, pauperes gregatim mendicando manus laudabant adiutrices. Et hos quidem tanquam egenorum pater cauſa Dei rogatus magiſter inſtruebat libens ac gratis: hortans vt ad Deum ſtudia ſua conuertere niterẽtur. Vagos autem & truſatores non patiebantur admittere nec perdurare: ſed aut corrigendo mutauit in melius, aut à ſua pręſentia coëgit exire, ne peruerſitas inſolentium detrimentum fieret benè affirmantium: ſed neque pacem tolleret ſtudioſi gregis & rectoris. Fuit ergo diſſolutis virga timoris, & benediſcentibus baculus protectionis & ſalutis. Multi etiam ex auditoribus eius, cùm fundamentalia congrua ſeciſſent, ad altiora ſtudia longiùs euolarunt, & ſtudiosè agentes in breui ſunt ad magiſterium prouecti: quidam verò ampliori inſiſtentes doctrinæ meruerunt in numero doctorum computari.

Nouit Pariſius magna, fatetur Colonia ſancta, agnoſcit Erfordia, nec ignorat curia Romana, quantos ex ſe emiſerit litteratos viros ſchola Svvollenſis, magiſtro *Ioanne* vſque ad canos multi temporis ſtudiosè regente. Ferunt etenim hunc venerabilem magiſtrem vltra quadraginta annos rexiſſe ſcholares.

Egregia laus magiſtri, quem prædicat tam grandis turba ſtudentium, tam clara laudat celſitudo clericorum, tam deuotè adhuc recolit concio monachorum.

Steterat tunc optimè *Svvollis* in regimine, nam ſæcu-

nuſquam deſunt bene agentibus, opprobria hominum & oblocutiones graues ſuſtinuit magiſter *Iohannes*: quia opera & dicta magnifica prędicationis fouit & extulit; ſed non idcirco latratibus inuidorum fractus, à tanta viri laude ceſſauit. verùm coram magiſtratibus & plebe libera voce pro deuotis locutus eſt. Huic etiam magiſter *Gherardus* amicabiles litteras deſtinauit, cuius dicta intimo complectens amore, totum corpus epiſtolarum eius ſibi congregauit affectu legendi. Sæpe etiam ſcholaribus ſuis nomen & actus venerabilis magiſtri *Gherardi* ſibi optimè noti ad exemplum ſua placabili lingua recitauit. Hic eſt finis magiſtri *Iohannis* fidelis ſerui Chriſti Ieſu: cui donet cum omnibus ſanctis Deus æterna cæli gloria frui. Huius corpus in *VVindeſem* in antiquo ambitu circa oſtium Eccleſiæ reconditum eſt.

CAPVT XXI.

De *Iohanne Brinckerinck*, magiſtri *Gerardi* diſcipulo.

ANno Domini M. CCCC. XIX. ſeptimo Kalendas Aprilis, ſcilicet in craſtino Annuntiationis Beatæ Marię Virginis, obijt Dauentriæ Deo dilectus & deuotus Sacerdos dominus *Iohannes Brinckerinck*, confeſſor ac rector ſororum Beguttarum in domo magiſtri *Gherardi Magni*. Hic de Zutphania ciuitate Geldriæ ex bona parentela traxit originem, & in adoleſcen-

tiæ annis magiſtro *Gherardo magno* prædicante cœpit eſſe deuotus, & in breui eius factus eſt diſcipulus, ac ſpeciali etiam gratia adornatus. Ipſe multa bona de magiſtro *Gherardo*, & ab eius ore frequenter cæleſtia verba audiuit. cum quo ſępè in domo, ſæpius extra domum in itinere conuerſari conſueuit. Poſt cuius felicem tranſitum presbyter ordinatur, ac domino *Iohanne* de *Gronde* primo confeſſore ſororum Dauentrienſium defuncto, ad regimen ſororum domus magiſtri *Gherardi* præfuit, valdeque ſtrenuus miniſter ſecundo loco conſtituitur. quas annis multis Deo auxiliante optimè gubernauit. Hic interdum verbum Dei in Eccleſia populo prędicauit, & multas ancillas Chriſti in Dei ſeruitio adunauit. Cumque cepiſſet congregatio ſororum cotidianis incrementis merito ac numero multiplicari, extra oppidum Dauentrienſe verſus aquilonem monaſterium ſanctimonialium ordinis regularium magno & diurno labore conſtruere cœpit. quod ſumma cum diligentia ſtrictiſſimè rexit. Eius denique exemplo & conſilio ad multorum ſalutem parato, plurimæ aliæ domus ſororum in diuerſis partibus inceptæ ſunt: & nonnullæ ſub regulari diſciplina, quædam ſub regula tertij ordinis profeſſæ & incluſæ. Huius corpus ad monaſterium ſuum in *Dieppenuene* perlatum eſt: & in choro ante ſummum altare ſepultum. Poſt cuius obitum dominus *Iohannes Hoeſ* ſororibus regendis in Dauentria præponitur: cura verò ſanctimonialium Priori in *VVindeſem* commendatur.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXII.

De obitu *Giſberti Dou* rectoris ſororum in Amſterdam.

ANno Domini M. CCCC. XX. in profeſto Natiuitatis glorioſæ Virginis Mariæ, obijt in partibus Hollandiæ dominus *Giſbertus Dou*, venerabilis vitæ Sacerdos, rector & confeſſor multarum ſororum in Amſterdam; qui etiam duorum monaſteriorum regularium promotor & fundator fuit. Hic homo Dei à principio conuerſionis ſuæ magiſtro *Gherardo Magno* valdè familiaris extitit, & intimus amicus. Nam pręcęteris mortalibus ſecreta eius melius nouerat, ſciens bona eius & mala, & quæcunque geſſit in vita. Fuit enim confeſſor eius, & ſecretarius eius fideliſſimus in his quę conſcientiæ exanimationem pertinent. Habuit proinde cum eo colloquia deuotiſſima, ſæpius conferens de ſtatu fratrum vel ſororum, & de quibuſdam neceſſarijs pro conſeruatione deuotionis inchoatæ multis in locis. Deo autem largiente pluribus annis ad conſolationem bonorum vixit incolumis: frequenter etiam verbum Dei prædicauit in Eccleſia publicè coram populo. Hic benignus & liberalis hoſpes fuit omnium ad ſe venientium, fidelis adiutor pauperum, dulcis conſolator triſtium, integer amicus religioſorum. A potentibus erat benè viſus, à ſimplicibus & communitate dilectus, à doctis & prælatis cum reuerentia auditus.

Expletis itaque annis vitę ſeptuaginta&quinque, defunctus eſt in ſenectute bona cum patribus ſuis, & apud ſorores ſanctimoniales ordinis noſtri ſepultus.

Copia litterarum de indulgentiis à pœna pro domo noſtra in monte ſanctæ Agnetis prope Zvvollis.

ANno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo, dominus *Petrus de Mera* Prępoſitus Embricenſis, cubicularius domini noſtri Eugenij quarti impetrauit domui noſtræ, Priori ac fratribus conuerſis, donatis, & oblatis in monte ſanctę Agnetis litteram indulgentiarū à pœna ſecundùm tenorem ſequentem.

Beatiſſime Pater & ſanctiſſime Domine, vt ſaluti animarum deuotorum veſtrorum Theoderici *Prioris ac Canonicorum ſeu Fratrum nec non Perſonarum monaſterii montis S. Agnetis prope Zvvollis, ordinis Regularium de obſeruantia, Traiectenſis diœceſis, ac ſeruitorum eorumdem, nec non aliorum Priorum canonicorum, fratrum, perſonarum, & ſeruitorum pro tempore dicti monaſterii in futurum ſalubrius conſulatur, Supplicatur ſanctitati veſtræ quatenus eiſdem gratioſè indulgere dignemini, vt confeſſor idoneus per quemlibet eorum eligendus ipſis in veritate fidei ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ vnitate, veſtraq́; ſanctitatis ac ſucceſſorum veſtrorū ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummorum Pontificum canonicè intrantium obedientia & deuotione perſiſtentibus, omnium peccatorum ſuorum, quæ cum cordis contritione ritè confeſſi fuerint, remiſſionem*

Digitized by Google

ſionem plenariam in mortis articulo auctoritate Apoſtolica concedere valeat. Ita tamen ipſi quod ex confidentia huiuſmodi indulgentiæ aliqua illicita committere non præſumant: ac quod ſtatim habita notitia huiuſmodi indulti ſingulis ſextis feriis per vnum annum ieiunare, aut alia pietatis opera, ſi ſic ieiunare neglexerint vel nequiuerint, vel ſi aliàs huiuſmodi feriam ſextam ieiunare conſueuerint, iuxta dicti confeſſoris conſilium facere teneantur de gratia ſpeciali.

Conceſſum vt petitur pro omnibus profeſſis, conuerſis & oblatis perpetuò quamdiu vixerint in obſeruantia regulari in præſentia Domini noſtræ Papæ. C. *Arminienſis. Et quod præmiſſa valeant abſque litterarum Apoſtolicarũ deſuper confectione. Conceſſum* C. *Arminienſis.*

De indulgentiis promerendis in ſtationibus vrbis Romæ.

VEnerabilibus ac deuotis viris in VVindeſem & in Monte ſanctę Agnetis prope Zvvollis Prioribus, dominis ac Patribus in Chriſto Ieſu ſincerè prædilectis, frater *Euerardus Svvane* in nemore beatæ Mariæ ſemper virginis propę Northorn veſtrarum paternitatum inutilis ſeruitor.

Venerabiles in Chriſto Ieſu Patres prædilectiſſimi, poſt paratiſſimum amorẽ obſequendi requiſitus à quàm pluribus, ac rogatus etiam prout intellexi ab aliquibus fratribus veſtris, quatenus ſcriberem ad curiam ſuper qualitate & quantitate indulgentiarum ſtationum vrbis, nobis à ſanctiſſimo domino noſtro Papa Euguniǫ

quarto, & per reuerendiſsimi domini mei domini Cardinalis Bononienſis promotionem, vt ſcitis, conceſſarum; & qualiter & quomodo huiuſmodi indulgentiæ debeant promereri: Quod, venerabiles Patres, iam diu feci & reſponſa iam recepi; videlicet quòd qualitatem & quantitatem ipſarum indulgentiarum nullus hominum perfectè ſcire poßit, eò quòd à tempore ſancti Petri citra numerum à diuerſis Pontificibus datæ ſint & conceſſæ. Locutus ſum etiam ſuper hoc cum aliquibus curtiſanis, qui breuiter nil certi in his concludere valuerunt: ſed inter ſe diuerſificantes aliqui dicunt, quòd in qualibet ſtatione ſit remißio omnium peccatorum: Alii putant & dicunt quòd in qualibet ſtatione omnes indulgentiæ totius vrbis promereri poßint. Quidquid in his verius ſit, non audeo dilecti Patres diffinire. Sed hoc pro certo ſcio, prout ſæpius vidi & interfui, quòd Cardinales prælati, & alii penè totius vrbis omnes vtriuſque ſexus homines, ſingulas ſtationes ſtudioſiùs ſolent viſitare. nec eſt ibi tunc conſuetudinis de huiuſmodi indulgentiarum qualitate ſeu quantitate aliquam penitus facere mentionem. ſed vnuſquiſque hoc Domino committit, qui ſolus ſcit numerum eorumdem: ſic & nos facere oportebit. Qualiter verò promereri debeant, de qua ſuprà mentionem feci, Cubicularius domini mei Bononienſis, qui in breui certis ex cauſis rediit ad partes, compatriota meus, ſic mihi retulit viva voce, qui etiam in huiuſmodi indulgentiarum conceßione ſe præſentem dicit extitiſſe: quòd vnuſquiſque confeſſus & contritus, & prout in littera harum indulgentiarum conceßionis conditionatus, ſcilicet in communi & in obſeruantia regulari viuens, poßit in Eccleſia domus ſuæ huiuſmodi indulgentias promereri; ita videlicet quod intret Eccleſiam vnuſquiſque ea intentione prout in vrbe libenter facere vellet, ſi in diebus ſtationum præſens eſſet: & proſternat

ſternat ſe ante vnum altarium quod voluerit, orationes ſeu aliquot Pater noſter prout deuotius poßit fundat, miſſas celebret, ſeu ſingula altaria cum aliquibus Pater noſter, ſeu orationibus viſitet, prout in præfata vrbe fieri eſt conſuetum. quod breuiter ſi quis fecerit, vt præfertur, ſperatur indubiè quòd ipſas indulgentias, ac ſi in vrbe præſens foret, prout etiam in ipſa præfata littera continetur, promerebitur. Hæc igitur, dilecti Patres ſi placet fratribus veſtris & aliis quibus volueritis de præmißis anhelantibus, prout expedire videritis, poteritis intimare; Dominumq́; noſtrum Papam Eugenium ſupradictum, qui huiuſmodi indulgentias nobis tam abundanter contulit & conceßit, ac dominum meum Bononienſem earum procuratorem, & alios qui pro his quomodolibet laborauerunt, in orationibus & præcipuè in diebus ſtationũ habentes, vt confidunt, recommiſſos propter humilem Ieſum, qui vos cum ſingulis vobis commißis in ſuo ſancto ſeruitio incolumes ſeruare dignetur. Scriptum in craſtino Apoſtolorum Philippi & Iacobi, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio.

Littera Cardinalis Bononienſis.

ANtonius miſeratione diuina Epiſcopus Oſtienſis, ſanctę Romanę Eccleſię Cardinalis, & Bononienſis vulgariter nuncupatus, dilectis nobis in Chriſto vniuerſis & ſingulis canonicis regularibus, alijſque perſonis conuerſis & laicis nemoris Beatę Virginis, aliorumque locorum ordinis S. Auguſtini dictę ſocietatis, cuiuſcumque diœceſis, in obſeruantia regulari viuentibus, ceteriſque prę ſentes litteras noſtras viſuris, Salutem.

Iuſtum eſt & rationi conſonum veritati teſtimonium perhibere. Tenore itaque præſentium vniuerſitati veſtræ notum facimus & atteſtamur, qualiter ſanctiſsimus in Chriſto pater & Dominus noſter dominus Eugenius diuina prouidentia Papa quartus, ad noſtri ſupplicationem & inſtantiam oraculo viuæ vocis ſuæ, ſine alia deſuper litterarum Apoſtolicarum confectione, vobis & cuilibet veſtrum auctoritate Apoſtolica indulſit & conceßit, quòd nullum quamuis excommunicationis ſententia pro tempore irretitum (niſi publicè excommunicatus, denuntiatus extitit in Eccleſiis veſtris) etiam celebrationis diuinorum temporibus, vel aliàs quomodolibet euitare tenemini, nec id vobis aut veſtrum alicui ad culpam valeat imputari. Ac etiam ſimili auctoritate conceßit, quod illi qui ex vobis pro tempore in ſuis corporibus infirmitates patiuntur, de conſilio idoneorum confeſſorum, quos de collegio veſtro duxerint eligendos, ſuarum infirmitatum huiuſmodi temporibus horas canonicas dicere ſeu recitare minimè teneantur, nec ad id aſtricti cenſeantur. Quodque ſinguli prælati ſingularum Eccleſiarum veſtrarum, tranſmarina, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ, & alia peregrinationis vota, quæ pro tempore per vos vel aliquem ex vobis emitti contigerit, in alia pietatis opera commutare valeat. Et inſuper, quòd omnes & ſinguli ex vobis verè tunc pœnitentibus & confeßis, omnes & ſingulas indulgentias per ſedem Apoſtolicam omnibus & ſingulis fidelibus tam intra quàm extra vrbem conſiſtentes Eccleſias, in quibus ſtationes per Eccleſiam ſunt inſtitutæ, videlicet illis diebus, quibus ſtationes huiuſmodi in illis exiſtunt, deuotè annuatim viſitantibus conceſſas, ſingulis videlicet diebus eiſdem gaudere poßitis & debeatis, etiam perindè ac ſi perſonaliter tunc dictas Eccleſias viſitaretis, auctoritate prædi-

cta

Et a deuotioni veſtra conceſsit, præſentibus, perpetuis, futuris temporibus valituras, quo ad illos tantum ex vobis, quos in communi viuere, & in ipſo veſtro collegio (hoc eſt generali Capitulo) ſub præfata regulari obſeruantia perſeuerare contigerit.

FINIS

Arnoldus Kalker. *VV.* 87.

Arnoldus Kalker *Supprior in VVindeſem. VV. 357. Quàm inſigniter tentatos & ſcrupuloſos ſolitus fuerit conſolari. VV. 358. & ſeqq. De auctoritate eius & diligentia in libris corrigendis. VV. 364. De inſigni eius interiori conuerſatione ac de eius morte.* 365.

Arnoldus Huls *multorum monaſteriorum reformator. VV.* 185.

Arnoldus Biſſchop. *VV.* 112.

Aqua benedicta vis. VV. 400.

De regula S. Auguſtini. VV. 90. & ſeqq.

B.

Ertholdi ten Hauc *profeſſi in VVindeſem conuerſatio, debilitas ſenſuum, & mors. VV.* 424.

C.

Æſarij Coninck *Prioris in Lunekerck obitus. 4. 98.*

Canonicorum Regularium habitus myſticè per Ephod deſignatus. VV. 93.

Caſtitatem in communi abſque profeſſione ſeruantes defenduntur. VV. 547.

Chriſti paſſio per deuotam epiſtolā, & meditationes per totam ſeptimanam explicata. VV. 217. & ſeqq.

Concilium Conſtantienſe quando celebratum, & quid in eo actum, quinam ad illud conuenerint. VV. 178. Eius decretum de communicatione cum excommunicatis. VV. 179.

Clauſura quorundam monaſteriorum more Cartuſienſium, & quomodo ea celebrata. VV. 207. & ſeqq. Clauſura bonum in religione. VV. 209. Conuerſationis bonæ breuis & ſuccincta formula. VV. 432.

Colloquium commune inter Religioſos vſurpari ſolitum. VV. 318.

Deuo-

D.

DEuotio vera in quo conſiſtat. VV. 375.

Deus hominem ad quid creauerit, & quomodo eum incarnatione redemerit. VV. 262. Dei iudicia metuenda.

Diſciplinarum vſus etiam apud VVindeſemenſes. VV. 507.

E.

ECcleſiæ primitiuæ feruor. VV. 266.

Egberti de Lingen Supprioris S. Agnetis obitus. a. 55.

Euerardi de Eza curati in Almelo, & egregij medici vita inſignis & mors. a. 160.

F.

FLorentius Radevvinus vicarius Dauentrienſis. VV. 6. Sub eius obedientia vitæ communis exordium. VV. 7. Conſtituitur rector à Gerardo. VV. 23. Eius viſio. ibid. Eſt rector & inſtitutor congregationis Regularium in Dauentria. VV. 25. Primus inchoator monaſterij in VVindeſem. VV. 45. Indoles virtutum eius. VV. 81. Spiritualis monaſterij VVindeſemenſis promotor. 82. Eius inſignis & deuota epiſtola ad Priorem in VVindeſem. VV. 319. Iterum de eius patria, vita & morte. a. 159.

Florentius de VVeuelickouen quo anno factus Epiſcopus Traiectenſis. a. 146.

Eius obitus. a. 156. VV. 164.

Eius elogium. VV. 164.

Fredericus de Blankenhem. VV. 140. Ex Epiſcopo Argentino eligitur Epiſcopus Traiecten. VV. 165.

Eius obitus. a. 48.

Frigus intenſum anno M. CCC. a. 47.

Gerar-

Digitized by Google

G.

GErardus magnus, *vulgo* Groot. *VV*. 1. *Eius patria*. *VV*. 2. *Fit diaconus, renuitq; ex humilitate ſacerdotium. ibid. Prædicat verbum Dei. VV*. 3. *Opponit ſe calumniatoribus verbi Dei. ibid. Eius felix memoria. ibid. Quibus in locis verbum Dei annuntiauerit. VV*. 4. *Quem fructum verbi Dei prædicatione effecerit. ibid. Sanctorum Patrum libros vndique collectos deſcribi iubet. VV*. 5. *Opponit ſe mendicantibus communem vitam modernorum deuotorum reprobare conantibus. VV*. 10. *& ſeqq. Induſtriè quendam hæreticum inprimis initijs conuincit, & ſupprimit. VV*. 15. *& ſeqq.* Ciues Campenſes *ægrè hanc condemnationem ferunt, & ideo à Deo puniti. ibid.* 19. *Eius commiſſio ſuper monaſterio* Canonicorum *Regularium conſtruendo. VV*. 19. *& ſeqq. Infirmum viſitans corripitur peſte.* 20. *Conſolatur ſuos ibid.* 21. *Sumit viaticum in extremis.* 24. *Moritur ibid. a.* 148. *De eo inſigne elogium* VVilhelmi de Saluaruilla *Cantoris Pariſienſis Archidiaconi Brabantiæ in Eccleſia Leodienſi doctoris* Theologi. *a*. 152. *VV*. 24. *Quomodo poſt eius obitum numerus deuotorum creuit. a.* 152.

Gerardi Dieſt de Naeltvvyck *procuratoris in VVindeſem conuerſio & inueſtitio. VV*. 368. *& ſeqq. Item Prior ibidem. VV*. 135. *Spiritualia eius exercitia. VV*. 370. *Eius ſtatura, & humilitas. VV*. 370. *Electus in Suppriorem quomodo nouitios inſtruxerit. VV*. 372. *Eius compunctio & gratiarum actio pro beneficijs, & meditatio. VV*. 135. *Fit procurator & permanet in ſua deuotione. VV*. 375. *Eius deuotio in celebratione Miſſæ. VV*. 376. *Globus igneus ſuper caput*

put celebrantis apparet, & celebrans non ſentit muſcarum aculeos. VV. 378. Collationes eius piæ, & feruentes. VV. 379. Prouocat omnes ad Dei amorem & humilitatem. ibid. Fit Prior, & reſignat. VV. 380. Mira eius humilitas. VV. 382. Laborat calculo, & moritur. VV. 383. 384.

Gerardi Hombolt *religioſi S. Agnetis vita ſanctitas, & quomodo miraculo cibos multiplicauit. a. 123. Eius deuotio erga imaginem B. Virginis. a. 120.*

Gerardus de Brunchorſt *VVindeſimenſis Romæ procurator. VV.* 163.

Gerardi Kalker *rectoris Regularium in Zvvollis obitus, a. 167. Particularia feſta ſanctificat VV. 136. In arduis ad Deum recurrit. VV. 137. Orat pro defunctis fratribus. VV. 138. Eius humilitas. ibid.*

Gerardus Smullinck *Primus Prior domus in Ruremunda. a.* 116.

Georgius Prior in Brielis, *& poſt quintus Prior montis S. Agnetis. a.* 117.

Gerlaci Petri *de Dauentria, vita, conuerſatio & contemplatio. VV. 520. & ſeqq. de eius deuotione, & doctrina eius in ſpeciali. VV. 525. Eius patientia in doloribus. VV. 530. Eius mors.* 532.

Gulielmus Vornken *Prior tertius in VVindeſem. VV. 88. vide plura verbo* VVilhelmus.

Gutturis quodam incognito dolore multi mortui. anno M. CCCC. LIII. *a.* 109.

H.

Henrici de Mande *Dordracenſis regularis in VVindeſem conuerſio, vita, feruor. VV. 452. & ſeqq. Apparet ei Chriſtus viſibiliter. ibid. Affligitur infirmitatibus corporalibus & habet patientiam. 454. Communicans lacrymatur. ibid. Colloquia eius nil niſi ſan-*

ſanctum ſpirant. *VV*. 455. *Varia ſcripſit opuſcula*. 456. *Mira ei diuinitus reuelata de ſtatu Patrum deuotorum Canonicorum Regularium defunctorum. VV*. 457. *& ſeqq. De alijs multis viſionibus & reuelationibus ei oſtenſis. VV*. 467. *Eius obitus. VV*. 471.

Henricus Dauentriæ *quartus Prior montis S. Agnetis. a.* 102. *Reſignat Prioratum. a.* 116.

Henrici de VVilde *Buſcoducenſis Religioſi in VVindeſem vita, conuerſatio, mores inſignes & mors. VV*. 411. *& ſeqq.*

Henrici Balueren *conuerſatio in VVindeſem. VV.* 430.

Herberti Laici *in VVindeſem conuerſatio. VV*. 431. *Mortem ſuam prædicit. VV*. 434.

Henricus Pauli *de Mechlinia moritur peſte, & eius in morte conſtantia. a.* 138.

Henrici Loeder *VVindeſemenſis Regularis conuerſatio primò in habitu conuerſorũ. VV*. 534. *deinde in habitu clericorum*. 535. *Charitas eius erga hoſpites. VV*. 539. *Eius miſericordia, & eleemoſyna in pauperes. VV*. 544. *Multa ſua monaſteria reformat. VV*. 551. *Quomodo ſuos per epiſtolam informet. VV*. 552. *De inſigni conuerſatione ſub hoc Patre fratrum & laicorum. VV*. 559. *& ſeqq. Viſiones eius variæ. VV*. 562. *Etiam ſuum Patrem carnalem ad Deum conuertit. VV*. 568. *Eius mors.* 569.

Henricus Oelinck *VV*. 120.

Henricus Brilius *benefactor VVindeſemenſis inſignis. VV*. 43.

Henricus de Ahuys *rector congregationis ciuitatis Monaſterienſis. VV*. 371.

Henricus de Gouda *ſororum confeſſor in Zvvollis. VV*. 398.

Henricus Bierman. *VV*. 43.

Hen-

Digitized by Google

Henrici de VVilſem *Campenſis, conuerſio in VVindeſem, honeſta vita, virtutes occupationes, & mors.VV.417.& ſeqq.VV.* 28.43.47.

Henrici de VValuis *Traiectenſis VVindeſemenſis, conuerſio, vita, & mores.VV.475.& ſeqq.*

Henrici Clingebile *de Huxaria conuerſio, in VVindeſem.VV.384. Eius inueſtitio, feruor, & labor, & mors.VV.388. Viſio de eius tranſitu.VV.* 392.

Henrici de Gouda *presbyteri in Zvvollis inſignis vita, & obitus.a.* 166.

Herbertus *de Dauentria.VV.* 113.

Herderus Stael *ciuis Zvvollenſis fautor monaſterij S. Agnetis.a.* 122.

Hugo de Heenvliet *fundator* S. Elizabeth *in Hollandia prope Brielis.VV.169. Humilitas fundamentum eſt omnium virtutum.VV.379. Humilitatis exercitia & exempla.VV.* 564.

I.

Iacobus VVael *Supprior in VVindeſem.VV.* 146.

Iacobi Oem *rectoris monialium in Bronopia obitus.a.* 106.

Incendium lamentabile Amſterdami anno M. CCCC. LII.a. 109.

Interdictum in terra Traiectenſi ex occaſione duorum adſpirantium ad Epiſcopatum.VV. 567.

Ioannes de Sconouia *Supprior Viridiſvallis.VV.* 175.

Ioannis Ruysbroeck *ſcripta.VV.* 176.

Ioannes Vos *de Heuſdem ſecundus Prior in VVindeſem, de eius conuerſatione, profeßione, bonis moribus, &c.VV.293. De deuotis eius erercitijs in initio religionis.VV.296.& ſeqq. Ad ſacros ordines promouetur, & quàm humiliter & deuotè ſe ante & pòſt geſſerit. VV.*

Digitized by Google

VV.301. Eligitur in Priorem. VV. 304. De inſigni eius conuerſatione in Prioratu. VV. 305, & ſeqq. De doctrina & virtutibus eius in ſingulari. VV. 309. & ſeqq. variæ apparitiones fratrum in VVindeſem ſuper ſalute ſua. VV. 314. Laudauit ſtatum congregationũ vtriuſque ſexus. VV. 321. Ante mortem Patres & clericos congregationum de Dauentria, Zvvollis, & monte S. Hieronymi conuocat. VV. 324. Eius ſermo habitus ad fratres valde deuotus. VV. 328. & ſeqq. Commendat fratribus hoſpitalitatem & eleëmoſynas pauperibus erogandas. VV. 335. & ſeqq. De præparatione eius ad mortem, de eius obitu, ſepultura. VV. 334. & ſeqq.

Iannes de Zuzato. VV. 112.

Ioannes de Heuſden *eligitur Prior in VVindeſem. VV. 76. Teſtimonium bonum de eodem ibid. 77. Venit ad Concilium Conſtantienſe, & à Patribus benignè accipitur. VV. 180. Vita eius integritas. VV. 80. Inueſtit ſedecim fratres notabiles. VV. 107. Quænam in vita ſua conſtruxerit in VVindeſem. VV. 128. & ſeqq. Vltima eius voluntas & petitio. VV. 132. Mors. a.* 50.

Iannes Bouman *procurator montis S. Agnetis. a. 96. Eius mors præſagita viſione. a.* 97.

Ioannes Corcagenſis *ſuffraganeus Epiſcopi Traiectenſis. a. 95. Eius obitus. ibid.*

Ioannis Broechuſen *regularis in VVindeſem vita, infirmitas, & mors. VV. 435. Suſtinet purgatorij pœnam. VV. 435. Apparet poſt mortem ſuffragia petens. ibid.*

Ioannes Bolliken. VV. 112.

Ioannes Boet. VV. 112.

Ioannis ten VVater Svvollenſis *regularis VVindeſe-*

deſemenſis conuerſio per epiſtolam Gerardi Magni. VV. 510. De vita, moribus, ſanctitate & morte eius. VV. 515.

Ioannis Lap *Prioris monaſterij in* valle Elizabeth *prope Rorumundam, obitus. a.* 112.

Ioannes de Gronde *primus ſororum in Dauentria confeſſor. VV. 366. & VV. 27. Eius obitus. a.* 154.

Ioannes Buſch *huius operis auctor. VV.* 146.

Ioannis Cele *rectoris ſcholarium in Zvvollis vita. VV. 601. Quàm rectè ſuos diſcipulos inſtruxerit. VV. 604. De inſigni eius conuerſatione, virtutibus, orationibus, doctrinis, deuotis exercitijs. VV. 614. & ſeqq. Orationum eius formulæ. VV. 616. & ſeqq. Quædam eius dicta memorabilia. VV. 618. Inſignis eius interior conuerſatio & virtutes variæ. VV. 622. Eius bibliotheca. VV. 627. Eius mors, viſio poſt mortem, ſepultura. VV. 628. Item a. 171. De eius tentationibus, & quid de eo Magiſter Gerardus ſenſerit, item quòd ex humilitate ſacerdotium renuerit. VV. 608. & ſeqq.*

Ioannes de VVitte *de Traiecto commenſalis in VVindeſem quomodo approbet viſiones Henrici de Mande, quas antea parui fecerat. VV.* 470.

Ioannis de Kempis *religioſi in VVindeſem conuerſatio, vita & mores ſancti. VV. 406. & ſeqq. & ſpiritualis collatio. VV. 410. Primus Prior S. Agnetis. a. 61. Primus rector Monaſterij Fontis B. Mariæ prope Aernhem. VV. 158. Eius mors. VV. 410. a. 61.*

Ioannis Scutken *VVindeſemenſis inſignis vita, conuerſatio. VV. 571. Eius labor, fratrum informatio, & zelus rectitudinis eius. VV. 579. & ſeqq. De deuotis exercitijs eius quotidianis. VV. 583. & ſeqq.*

Eius

Digitized by Google

Eius mors.VV. 589. Viſio de eius anima poſt mortem. ibid.

Ioannes Ottonis *de Zuzato Prior in Amſtelredam, Horn, Haerlem. VV. 112. 414. 451. Vide ſuprà* Ioannes de Zuzato.

Ioannes de Bocholdia *Prior in fonte B. Mariæ prope Brielis. VV.* 169.

Ioannes Brinckerinck. VV. 25.

Ioannis de Capiſtrano *vis & efficacia in prædicando, eius ſanctitas, & miracula. VV.* 154.

Ioannis Vmmen *primi fundatoris montis S. Agnetis obitus. a.* 40.

Iubilæum anno Domini M. CCCC. tempore Nicolai quinti ſumma hominum frequentia celebratum Romæ. a. 106.

Iuſtificatio impij eſt maius opus quàm creatio cœli & terræ. VV. 631.

M.

MAtthęus Grabo *refellitur ab* Henrico Loeder, *ſe opponere volens inſtituto Presbyterorum, & Beginarum in communi cum caſtitate ſine profeſſione viuentium. VV.* 547.

Mariæ virginis miraculoſa imago. VV. 186.

Maria virgo Patrona ſingularis monaſteriorum in VVindeſem & Northorn. VV. 563.

Miraculorum neceſſitas in primitiua Eccleſia. VV. 630. *Sanctum non faciunt, ſed oſtendunt, VV.* 631.

Mortui iuuari poſſunt viuorum ſuffragijs. VV. 469.

Monaſterium fontis B. Marię *prope Arnhem. VV.* 46. & 157.

Monaſterij Eymſteym erectio. VV. 50. & ſeqq. Simon eius primus præpoſitus. 52. Quando fundatum. VV. 160.

Monaſterium fontis B. Mariæ. *VV. 157. Eius fundatores qui fuerint. ibid.*

Monaſterij in Northorn fundatio. a. 157.

Monaſterium Nouæ Lucis *prope Horn. VV.* 159. *Eius fundatores. ibid.*

Monaſterium in Amſterdam *&* Northorn, *Et de priuilegijs à ſede Apoſtolica eis conceßis, & ab Epiſcopo Traiectenſi. VV.* 161. *& ſeqq.*

Monaſteria Montis S. Agnetis, *Leyderdorp, S. Elizabeth prope Brielis, Thabor, & Bommel. VV.* 166. *& ſeqq.*

Monaſterium Viſitationis B. Marię *ædificatur per Hugonem Goltſmit. VV.* 170.

Monaſterij ſtagni S. Petri *prope Bommel exordium, & eius fundatrix Domina de Brakel. VV.* 172.

Monaſteria duodecim capituli VVindeſemenſis cõparantur benedictionibus duodecim Patriarcharum. VV. 173.

Monaſteria ſeptem in Brabantia Viridiſvvallis, Rubeæuaillis, *in* Septem fontibus, *in* Kerſendonck, *in* Bethlehem, Grobbendonck, & Thenis monte.

Monaſterium ſanctimonialium S. Ioannis Baptiſtę *in* Bronopia. *VV.* 194. *& ſeqq.*

Monaſterium ſanctimonialium in Ieruſalem *prope Traiectum. VV.* 195.

Monaſterium Paſſionis Chriſti B. Marię Virginis in Tungris. VV. 197.

Monaſteria duodecim Capituli Nußienſis generali Capitulo de VVindeſem ſunt vnita. & alia tria, VVitten-

Digitized by Google

tenborch, Ludinkerka, & Beuervvyck. VV. 198.

Monaſteriorum capituli in VVindeſem catalogus. VV.201. *Item de alijs triginta monaſterijs nouis & antiquis vtriuſque ſexus, generali Capitulo incorporatis.* VV. 203. *Eorundem monaſteriorum catalogus. ibid.* 205.

Monaſteria quæ incluſa. VV. 211.

Monaſteria quot reformata, quanta bona per ea facta in terris, & quomodo pro ijs Deo ſint agendæ gratiæ. VV. 211.

Monaſteria in Elzingen, *in* Dumo, *in* Ezingen, *& in* Bodingen *VVindeſem incorporata.* VV. 183.

Monaſteria quatuor ſanctimonialium, Amſterdam, Deipenuene, Bronopia, & Hieruſalem, *& vnum virorum* Tungris *generali Capitulo de VVindeſem incorporata.* VV. 189.

Monaſterium Incluſagij B. Virginis apud ſeptẽ fontes, *monialium combuſtum, poſt tranſlatum Bruxellam.* a. 105.

Monaſterij S. Agnetis *qui fuerint primi fundatores.* A.2. *De conſtructione prima domus in monte S. Agnetis.* a.7. *De nominibus primorum fratrum, ac eorum laboribus.* a.9. *De parco victu & veſtitu fratrum Montis S. Agnetis, & quàm mirificè Deus eis prouidit.* a. 14. *Conſecratio primæ capellæ & altaris in monte S. Agnetis.* a.17. *& ſeqq. Quo anno & loco primi fratres in monaſterio S. Agnetis inueſtiti fuerint.* a. 19. *De tranſlatione monaſterij* VVeſterhof *ad Montem S. Agnetis.* a.22. *Moriuntur multi in monaſterio hoc peſte.* a.24. *Quis fuerit primus Prior in hoc monaſterio.* a.27. *Conſecratio cœmiterij in monte S. Agnetis,* a.29. *Nomina Fratrum à primo Priore rece-*

ptorum in monte S. Agnetis. a. 30. Quis fuerit ſecundus Prior. a. 34. Nomina fratrum à ſecundo Priore receptorum. a. 35. De conſecratione Eccleſiæ & quatuor altarium in monte S. Agnetis. a. 38. Quis fuerit tertius Prior. a. 53. Suſpenduntur officia propter interdictũ. a. 54. Regulares S. Agnetis, & qui fuerint. relinquunt monaſterium nolentes contra interdictum reſumere diuina officia. a. 57. Redeunt iterum ad monaſterium S. Agnetis. a. 60. Quando in monte ædificatum domus hoſpitum. a. 64. Quis fuerit quartus Prior montis S. Agnetis. a. 102. Quatuor altaria in monte conſecrata. a. 113. Quis fuerit quintus Prior. a. 117. Eccleſia S. Agnetis decenter in teſtitudine exornata. a. 121.

Impetrant Regulares S. Agnetis à Canonicis Eccleſiæ Traiectenſis arcam S. Agnetis a. 123.

Nomina multorum fratrum tam Laicorum, quàm Clericorum qui obierunt in monaſterio S. Agnetis. a. 127. *& ſeqq.*

Monaſterium S. Agnetis *quo anno fundari cœptũ. a.* 163.

Monaſterij in Diepenuene *Sanctimonialium prope Dauentriam prima inueſtitio. a.* 165.

Monaſterij in Budiken *reformatio. a.* 166.

Sororum monaſterij in Bronopia *inueſtitio. a.* 167.

N.

NIcolaus de Cuſa *Cardinalis viſitans Alemanniam venit in VVindeſem, dans omnibus & Capitulo generali VVindeſemenſi indulgentias anni Iubilæi. VV.* 149.

Nicolai Creyenſchot *Campenſis, regularis S. Agne-*

Agnetis. a. 37.

Nouiſſimorum recordatio quàm vtilis. VV. 299.

P.

PEſtilentia quadam exorta in monaſterio S. Agnetis multi Religioſi *moriuntur. a.* 24. *& ſeqq. Eadem adhuc perſeuerante, multi eâ diſcedunt. a,* 43. *&* 106.

Petri de Gouda *conuerſatio, patientia & mors. VV.* 445.

Prælati cur interdum ante mortem, Deo *diſponente, ab officijs abſoluuntur. VV.* 505. *& ſeqq.*

Prædicatorum monaſterium in Zvvollis quo anno incœptum. a. 130.

Proceßio habita tempore peſtis. a. 133.

Reyneri de Arnhem *Regularis VVindeſemenſis, labor, feruor, vita & mors. VV.* 472.

R.

REinerus Curatus *Zvvollenſis primus in die dedicationis celebrat miſſam in monaſterio montis S. Agnetis. a.* 17.

Religioſi debent eſſe parci in verbis. VV. 137. *Dantur quadam conſiderationes pro exercitio quotidiano.* 232.

Religionis feruorem minuit parentum viſitatio. VV. 208. *Eius diſciplina eneruatur Prælatorum diſſolutione. VV.* 267.

Rodolphi de Oetmerſem *Prioris S. Martini in* Lunenkerck *obitus. a.* 63.

S.

Sacerdotium nonnulli ſancti recuſarunt. VV. 613.

Sacerdotes malè viuentes quàm horrendè puniantur, docetur exemplis. VV. ibid.

Silentium vbi, & quo tempore ſeruandum. VV. 65.

Suederus de Culenborgh *electus Epiſcopus Traiectenſis à quibuſdam accipitur, à quibuſdam reiicitur. a.* 54.

T.

Tempeſtas memorabilis. a. 104. *a.* 116.

Contra tentationes optimum eſt remedium ſecreta ſua alicui certo aperire. VV. 356. & 361.

Theodoricus Cliuis *tertius Prior S. Agnetis. a.* 53. *De abrenuntiatione & abſolutione eius à Prioratu a.* 100. *Eius obitus a.* 100.

Thomas à Kempis *quando ſit receptus in monaſterio S. Agnetis. a.* 29. *Eius viſio. a.* 51. *Supprior montis S. Agnetis. a.* 104. *Eius patria, ætas, obitus, laus. a.* 137.

Timor Domini initium bonæ vitæ. VV. 299.

V.

Vita communis more Apoſtolorum reaſſumpta in VVindeſem. VV. 266.

VVernerus Keynkamp *in VVindeſem Prior. VV.* 393. *VV.* 69. *De ſanctis eius operib. ante religionem peractis. ibid. De ſancta eius conuerſatione in re-*

*religione. VV.*397. *& ſeqq. De bono eius regimine in diuerſis Prioratibus VV.*398. *Feruor diſciplinæ, & bona temporalia ſub ipſo creuerunt VV.*71. *Reſignat Prioratum. VV.*79. *Eius humilitas. VV.* 400. *De patientia eius in doloribus calculi, de cuſtodia conſcientiæ in infirmitate. VV.*401. *& ſeqq.*

VVerboldi *ſacerdotis obitus. a.* 170.

VVilhelmus Vornken *Prior in VVindeſem. VV.* 133. *Confirmatur in officio Prioris. VV.* 134. *Eius dotes, & deuotio ſingularis. ibid. & ſeqq. ſecundus Prior in monte S. Agnetis. a.* 34. *Nomina fratrum quos inueſtiuerit. a.* 35. *in diuerſis monaſterijs Regularium Prior. VV.* 479. *Eius feruor in choro & refectorio, modeſtia in cibo & veſtibus: quæ omnia etiam in fratribus & ciuibus adamauit & requiſiuit. VV.* 482. *Apoplexia tactus Prioratum reſignat, & ſanctè moritur. VV.* 500. *& ſeqq. a.* 113. *Eius Epitaphium. VV.* 508.

VVilhelmi Segeri *confeſſoris ſororum tertij ordinis in Haſſelt obitus. a.* 46.

VVindeſem *locus eligitur pro monaſterio conſtruendo. VV.*23. *Conſilium conſtruendi hoc monaſterium in* Velua *prope* Hattem *cum conſenſu Ducis Gelriæ VVilhelmi. VV.* 27. *Laus loci in* VVindeſem *propter Dei & angelorum præſentiam. VV. ibid. & ſeqq. Laus & præſagium monaſterij in* VVindeſem. *VV.* 36. VVindeſem *etymologia.* 37. *Item alia eius nominis etymologica ratio. VV.* 38. *De priuilegiis Monaſterio in VVindeſem conceſſis ab Epiſcopo Traiectenſi. VV.* 67. *Fautores monaſterij de VVindeſem quæ perſonæ fuerint earumq; liberalitas erga prædictum*

dictum locum. VV. 43. & *ſeqq. Vita communis in* VVindeſem. *VV.* 45. *Prima fundatio & ædificatio Eccleſiæ , altarium & domorum in* VVindeſem. *VV.* 47. & *ſeqq. Exemptio bonorum monaſterij VVindeſemenſis. VV.* 49. *VVindeſemenſes habitant in tugurijs & vmbraculis. VV.* 41.

Eccleſiæ in VVindeſem *conſecratio , ſex fratrum primitiuorum inueſtitio , & profeſſio. VV.* 56. & *ſeqq. De numeroſo populi concurſu ad dedicationem Eccleſiæ de* VVindeſem. *VV.* 60. & *ſeqq. De feruore fratrum in* VVindeſem. 63. *Feruor religionis in* VVindeſem. *VV.* 81. *Octo animæ quid in VVindeſem præſtiterint. VV.* 82. *De ſexdecim clericis ad ordinem in* VVindeſem *ſuſceptis , ac de ſtatutorum congruentia. VV.* 83. *Forma profeſſionis in* VVindeſem. *ibid.* 84. *Monaſterium VVindeſemenſe laudatur propter ſolennes Patres ibi enutritos. VV.* 86. & *ſeqq. De ſtatutis Capituli generalis in* VVindeſem. 97. *VV.* & *ſeqq. Statuta Capituli generalis in VVindeſem. ibid.* 98. *Primum Capitulum generale de* VVindeſem. *ibid.* 99. *De Ordinario, Kalendario, & Manuali Capituli generalis de* VVindeſem, & *eorum auctoribus. VV.* 100. & *ſeqq. Mira librorum in* VVindeſem *vniformitas. VV.* 102. *Aſſiduitas in* VVindeſem *in enodandis antiquorum Patrum voluminibus & Biblijs corrigendis. ibid.* 103. & *ſeqq. vide plura Ioannes Heuſden. de ſimplici feruore in VVindeſem, obedientia & humili conuerſatione donatorum & laicorum & bona eorum prouiſione. VV.* 117. *De ædificatione chori in* VVindeſem, *item aliorum quatuor altariũ, dormitorij orientalis conſtructione, & occidentalis eleuatione, VV.* 121. *De benefactoribus monaſterij in* VVindeſem, *in pecunijs, prædijs & redditibus*

182

tibus. VV. 124. *& ſeqq. VVindeſemenſis monaſterij perſecutio ob obedientiam erga ſedem Apoſtolicam. VV.* 139. *De conſtructione domorum ad Auſtrum, & occidentem circa ambitum monaſterij de* VVindeſem, *& ambitus illius, altaris quoque & campanæ conſideratione. VV.* 145. *& ſeqq. Campana in* VVindeſem *conſecratur, & Maria vocatur. VV.* 148. *Reliquiæ ſanctorum in* VVindeſem. *ibid. Capitulum generale in* VVindeſem *quomodo primò ſumpſerit exordium. VV.* 155. *De monaſterijs* VVindeſem *incorporatis. Vide verbo* Monaſterium. VVindeſem *accipit poteſtatem ſingulis annis celebrandi Capitulum generale à Bonifacio IX. VV.* 163. *Idem confirmat Martinus V. Innocentius VII. Benedictus XII. VV.* 164. *Quando in* VVindeſem *generale Capitulum inchoatum.* 165. *Catalogus monaſteriorum Capituli VVindeſemenſis. VV.* 176. *De inſigni conuerſatione Patrum in* VVindeſem. *VV.* 259. *Reaſſumitur & floret apud eos vita communis. VV.* 266. *& ſeqq. De ſpirituali fundamento Patrum in* VVindeſem. *VV.* 270. *& ſeqq. De abſtinentia & moderato victu in VVindeſem. VV.* 274. *& ſeqq. De humili & ſimplici habitu tam fratrum quàm laicorum in VVindeſem. VV.* 278. *& ſeqq. De feruido labore fratrum in VVindeſem. VV.* 282. *De deuotis eorum exercitijs tempore laboris. VV.* 286. *& ſeqq. Eorum charitas ad omnes deuotos hoſpites & clericos causâ boni exempli ad ſe venientes. ac de laude & bona eorumdem conuerſatione. VV.* 289. *& ſeqq. Patres in VVindeſem quamuis exteriora miracula non fecerint, idcirco non minus ſancti & illuſtres appellari poſſunt auctoritate Eccleſiæ. VV.* 629. *VVindeſem eſt mater multarum Eccleſiarum. VV.* 632.

632. *Conſecratio Eccleſiæ, & inueſtitio primorum fratrum in* VVindeſem. *a.* 153.

VVolfardus Matthiæ *de Medenblick vnus de quatuor primis fratribus montis S. Agnetis. a.* 32. *Eius inſignis vita & mors. a.*

Z.

Z*VVollis celebris ſchola. VV.* 603. *& ſeqq. Fuit ſeminarium magiſtrorum & doctorum. VV.* 606. 33.

FINIS INDICIS.

GLOSSARIVM.

Rariorum & barbaricarum vocum, quæ in hiſce Chronicis occurrunt.

W. Chronicon Windeſimenſe, A Montis S. Agnetis deſignat.

A

A*bſida.* Locus peculiaris in templo, libro 1. c. 11. VV. p. 48. *Mulieres autẽ & extranei in abſida ad occidentem eccleſiæ tunc appodiata diuina audierunt.* De quâ voce plura vide in Gloſſario ad Vitas-Patrum.

Adſtatim, id eſt, ſtatim, lib. 1. cap. 1. VV. p. 3. *& talem iuridicè ad ſtatim accuſare.* lib. 1. cap. 13. VV. pag. 57. *Adſtatim eum induit habitu Canonicorum.* lib. 1. cap. 17. VV. pag. 73. *Adſtatim ergo largam dedit licentiam.* lib. 1. cap. 42. VV. p. 185. *Adſtatim in rectorem ibidem præfecit.* lib. 2. cap. 31. VV. pag. 389. *Alijs actibus ſuis poſtpoſitis adſtatim in cellam rediens*, lib. 2. cap. 41. VV. pag. 453. *Mundum cum ſuis oblectamentis adſtatim relinquens.* l. 2. cap. 42. pag. 450. *De iuſſu Supprioris adſtatim eſt proſecutus.*

Allimpole, videtur eſſe delirus. lib. 2. c. 50. VV. pag. 500. *Eò quòd pluſquam octogenarius, inutilis & grandæuus, ſenſuq; deficiens allimpole videretur.*

Almutium, collare ex villoſis pellibus, libro 1. cap. 42. VV. pag. 188. *Sex noua ſubtilia, duo almutia.* libro 2. capite 50. VV. pag. 502. *Super-*

pelli-

pelliceum leuando vel almutium imponendo ſedulò miniſtrauit.

Ambo, pulpitum in templo vel foro. lib. 1. c. 3. VV. pag. 11. *Gerardus Magnus ambonem Dauentriæ conſcendens*, lib. 1. cap. 36. VV. pag. 155. *Per caput mortui in ambone ſeri populo demonſtratum.*

Ambaſſator ſeu *Ambiciator*, Legatus vulgò *Ambaſſadeur*, libro. 1. cap. 41. VV. pag. 178. *Regum, Principum, & Prælatorum ſolemnes ambaſſatores*, l. 2. c. 58. VV. p. 549. *Vniuerſitatis Pariſienſis in eodem Concilio Ambiciator.*

Angaria, id eſt coarctatio, lib. 2. cap. 22. VV. pag. 353. *Nec fratres ſuos in angarias & conſcientiæ perplexitates inducens.*

Appodiata, id eſt, reclinata & ſuſtentata, Gallicè *Appuyé*. cap. 11. VV. pag. 48. *in abſida ad occidentem tunc Eccleſiæ appodiata.*

Arenga, id eſt, oratio, declamatio, Gallicè *Harange*, lib. 2. VV. in proœmio. *Prolixis igitur arengarum interlocutionibus poſtpoſitis.*

Auiſare, commonefacere, lib. 1. poſt cap. vltimum in Epiſtola, VV. pag. 23. *Hic ergo frater chariſſime, ſis auiſatus & caueas tibi.* Chronicon Montis S. Agnetis. cap. 1. pag. 5. *ad auiſandum locum quietudine aptum. ibid.* pag. 6. *conuenienter auiſatis & luſtratis.*

B.

B*Aſſus*, humilis. Chronicon montis S. Agnetis, cap. 1. p. 6. *Locus baſſus complexioni humanæ nequaquam conuenit.* lib. 2. cap. 26. VV. p. 371. *Ita baſſus fuit in ſeipſo, & altus in Deo.*

Berillus, conſpicilium, **bꝛill**. lib. 2. cap. 42. VV. p. 446.

pag. 446. *Non per vnum ſolum, ſed per duos ſimul, aut per berillum duplicem in communi legere conſueuit.*

Biberes, i. potus, compotatio. Lib. 2. cap. 17. VV. pag. 327. *Donec ipſi ad ſemetipſos, & ad biberes cum iucunditate reuerterentur.* Lib. 2. cap. 31. VV. pag. 390. *Sæpiſſimè vſque ad ſudoris ſui deterſionem ſine biberibus laborabat.*

Blada, i. frumenta, Gallis *du bleé.* Lib. 1. cap. 32. pag. 129. *Cum quatuor machalibus pro bladis.* Lib. 2. cap. 7. VV. pag. 284. *Fanis & bladis tempore meſſis conuehendis.* Lib. 2. cap. 60. VV. pag. 560. *Fratres blada tribulis expurgando inſiſtebant.* Chronicon Montis S. Agnetis. cap. 27. pag. 122. *Emit blada noſtra. ibid.* cap. 26. pag. 112. *Multa blada & ſemina perierunt.*

Blauium à colore cæruleo, **blauw**. Lib. 1. ca. 31. VV. pag. 126. *Cum ornamento blauio,* Ibidem: *dedit blauiam caſulam.* Lib. 2. cap. 44. VV. pag. 459. *Sertum tribus florum generibus, blauis, albis, & rubicundis.* Sed quid *blauij floreni?* Lib. 745. cap. 32. VV. pag. 132. *Centum florenos blauios dicebatur accepiſſe.*

Braſma, piſcis genus, Teutonicè **braſem**/ Cyprinus latus doctis. Chronicon Montis S. Agnetis. cap. 4. pag, 16. *Piſces quos braſmas vocant.*

Bullita. i. lixa, à Gallico *bouilli.* Lib. 1. cap. 32. VV. pag. 132. *Carnes bullitas alitérve decoctas, ſed nunquam veru aſſatas manducarent.* Lib. 2. cap. 5. VV. pag. 274. *Carnes tantùm bullitas ſeu lixas manducabant.*

C.

C*Appa.* Lib. 2. cap. 6. VV. pag. 279. *In plicis ſeu rugis capparum.* Lib. 2. ca. 14. pag. 312.

Cappam

Cappam Prioris tunc portauimus. lib. 2. cap. 16. pag. 321. *Nos autem cappam deferentes*, Ibidem: *quid enim eſt cappa niſi ſaccus?* Ibid. pag. 322. *conſuetam capparum habet formam*. l. 2. c. 25. p. 366. *paruo cum baculo circa finem vitæ ſub cappa tegente ad conuentum recedens.*

Chariſtia, annonę caritas, *Cherté* Gallis. Chronicon Montis S. Agnetis cap. 24. pag. 64. *fuit in multis partibus magna chariſtia.*

Catemane, quaſi katà manè, id eſt, matutino tempore, lib. 2. cap. 51. VV. pag. 509. *fuit hoc catemane.*

Cauilla, Inſtrumentum è ligno cum varijs paxillis lib. 2. cap. 60. VV. pag. 561. *Salcibus recentibus aut in cauilla fumatis*. Gerardus de Schueren Cancellarius ducis Cliuenſis in Vocabulario primâ Typographiæ infantiâ edito: *Cauilla, læ*, een holten peg. *Cauillare*, holten pegghen maecken/ off peggen inſlaen / Catholicon: *Cauilla, quòd de ligno inſeritur foraminibus per modum claui.*

Clenodia, id eſt, pretioſa Teutonicè, Clenneten/ lib. 1. poſt caput vltimum in Epiſtola VV. pag. 237. *Non permittas eos loqui de ſuis vxoribus, filijs & clenodijs*. lib. 2. cap. 2. VV. pag. 9. *clenodia, prædia, poſſeſſiones, & omnia quæ in hoc mundo habebant, libentiſſimè relinquere* lib. 2. cap. 70. VV. pag. 615. *Horas B. Virginis, ſeptem Pſalmos, & alia quædam ſua clenodia perorando.*

Commodum, id eſt, cubiculum, hoſpitium, Teutonicè gemack. lib. 2. cap. 45. pag. 468. *Miſſam in portatili in commodo, vbi decubuit, coram ipſo celebraui*. libro ſecundo, capite 57. VV. pag. 542. *Cùm Prior in ciuitates, oppida, loca, domus & hoſpi-*

commoda hoſpitum ſuorum diuertere contigiſſet. Lib. 2.c.5.*VV*.p.246. *Commodo ſatis pulchro incluſus.*

Cuneus, Species vel forma panis, lib. 2. cap. 43. VV. pag. 453. *Vno cuneo, hoc eſt albo pane, modiciſq; cibariis in hebdomadâ ſuſtentabatur.*

Curia, curtis Li.2.c.23.*VV*.p.354. *Ipſe præſens in curiâ aſſiſtẽs haſtulas ſub carpentariis colligere.* Chronicon Montis S. Agnetis ca. 2. in Parergis additis, pag. 194. *Totam curiam ſuam cum domiſtadio pauperculis delegauit.*

Curtis, villa, Gallis *la court.* Lib. 1. c. 9. *VV*. p. 41. *In domo & curte ſua.*

Curtiſani, aulici. Chronicon Montis S. Agnetis p. 180. lin. 9. *Locutus ſum etiam ſuper hoc cum aliquibus curtiſanis.*

D.

Debriatus, id eſt, inebriatus. lib.2.cap.28.VV. pag. 377. *Totus incanduit amore debriatus.* Lib.2. cap. 55. VV. pag. 525. *deuotionis ſpiritum. quo fuerat debriatus, inuſitatis moribus, verbis, indiciis euaporare conſueuit.*

Dentiuæ, gingiuæ, quibus dentes inhęrent. Lib. 2. cap. 68. pag. 602. *Anterioribus quibuſdam excuſſis dentibus, dentiuiſq; colliſis.*

Dictica, id eſt, pugillaris liber, barbaricè detorta vox, pro *diptycha*. Lib.2.cap.65.VV.p.587. *Mandauit, vt ſcriberet hæc verba in dictica, Miſerere mei Deus; & ſtatim complanando iterum ea deleret.* Gloſſa apud Gratianum 24.quæſt.2.cap.6. *Dictica ſunt tabulæ, à dico dicis, vnde Martialis:*

Clerice dicticam lateri ne dempſeris vnquam.

Sed mendoſo textui Gratiani mendoſa reſpondet gloſſa. Omnino quia olim *diptycha* in *dictica* barbaro ſęculo migrauit, hinc illa bella gloſſa.

Minus deprauatè apud Vocabularium Gerardi de Schueren. *Diptica, & pugillaris, & effimeris (ephemeris)* **ceu handtaiffel eff ſydtaiff l/** Gloſſarium Cainbronenſe Ms. *Diptica dicuntur tabellæ, quibus corruptores puellis ſuum inſcribunt amorem*, Quę ad verbum Papias Vocabulariſta quoque habet. Quod deſumptum ex veteri Commentatore Iuuenalis ad verſum hunc Satyræ IX.

----- Et blandæ aßiduæ, denſaq; tabellæ.

Sollicitent. Vbi ille appingit: *blandis te epiſtolis & diptychis ſollicitet.* Illæ ipſæ ſunt, quas in re amatoriâ Ouidius lib. I. Amorum Elegia XII. *duplices* & formâ & malo auſpicio vocat.

Ergo ego vos rebus duplices pro nomine ſenſi,
Auſpicij numerus non erat ipſe boni.

Quas Ioannes VVouvverius ad lib. I. epiſt. 5. Sidonij nō rectè refert ad combinas ſeu diplomata Impp. De diptychis ſacris profaniſque vide fuſius in Onomaſtico ad Vitaſ-Patrum.

Dyſcraſis ſeu *Dyſcraſia*, intemperies, δυσκρασία, Lib. 2. cap. 38. VV. pag. 427. *Dyſcraſim capitis & debilitatem corporis paulatim incurrens.* Libro 2. cap. 46. VV. pag. 473. *Vires ſuas corporales & capitis ſui dyſcraſias.* Ibidem: *Hanc cerebri dyſcraſiam in continuo labore reparauit.* Vnde *dyſcraſiatum*, vel vt barbarè ſcribunt *dyſcratiatum*. lib. 2. cap. 33. VV. pag. 357. *varia phantaſmata cerebro dyſcraſiato*, vbi malè impreſſum *diſcrutiato*. lib. 2. c. 55. VV. p. 527. *Hoc modo capite dyſcraſiato.*

Domiſtadium. Teutonicè, **huyſtede** / vt *villa* **hoffſtede** / Chronicon Montis S. Agnetis c. 3. in Parergis additis, pag. 149. *Totam curiam ſuam cum domiſtadio pauperculis delegauit.*

Effeſtu-

Digitized by Google

E.

EFfeſtucare. Ius ſuum legaliter reſignare. Eſt ſpecies traditionis per feſtucam, Libro 1. cap. 17. VV. pag. 74. *Ac legaliter reſignans ea coram notario & teſtibus, cum ſtramine de terrâ ſuſcepto, & Priori tradito, legitimè effeſtucando*. Temerè in textu mutatum in *abrenunciare*.

Efficale, id eſt, efficax, Lib. 2. cap. 18. VV. p. 329. *fuit eorum firmum efficaleq; præſidium*. Impreſſum eſt, *efficaxq;*.

Excopiare, exſcribere. Lib. 1. cap. 2. VV. pag. 5. *Libros SS. Patrum per eos deſcribi fecit & excopiari*.

F.

FAtigæ ſeu *fatigiæ*, id eſt, moleſtiæ, labores. Lib. 1. cap. 32. VV. pag. 131. *Pro fatigis & expenſis*. Lib. 2. cap. 35. VV. pag. 410. *quantis laboribus & fatigijs*.

Filtratri calcei, filtris ſeu coactilibus ſuffulti. Lib. 1. cap. 42. VV. pag. 188. *quatuor filtratos calceos* Balbus Catholico: *filtrum filum dicitur, quia ex filis, id eſt pilis animalium fiat vnde filtratus*. Vocabularium Gerardi de Schueren: *filtrum, tri*, **een vilt/** *filtrare*, **vilt maecken.**

Focariſta, concubinarius. Lib. 2. cap. 69. VV. pagin. 613. *Quidam ſacerdos focariſta*, Thomas à Kempis in vitâ Gerardi Magni cap. 14. *Contra proprietarios focariſtas certauit*. Vocabularium Gerardi de Schueren: *focaria* **eyn hucre by den hert/** *meretrix foco aſſidens*.

Folli, videtur genus muſcipulæ. Lib. 2. c. 31. VV. pag. 390. *Pro opere quotidiano inſtrumenta lignea palas & foſſoria follos & muſcipulas fabricando*.

Formæ, ſunt ſacerdotum ſedilia in templo, Gallis *les fourmes*. Lib. 2. cap. 39. VV. pag. 420.

Digitized by Google

Cùm in ſtallo ſuo cum brachijs ſuper formas reclinare debuiſſet.

Fractura, certũ genus characteris, vt in litterâ Flandricâ, vulgo **Fracture**/ L.2.c.42.VV.p. 446. *Nouis libris conſcribendis in bona rotunda textura, & fractura pergameno vel franceno quotidie inſudauit.* L.2. p.62. VV.p. 571. *Cui tu[illegible] temporis meliorem in fractura & notatura monaſterium noſtrum non habuit.*

Fractilata, videtur cõciſa veſtis, **gepicqueert**. libro.2. capit. 47. VV. pag. 476. *Sæcularibus igitur veſtibus, fractilatis, & pompoſis continuò exuti.* lib.2.cap.49. VV.pag. 498. *Super veſtes pretioſas inferius in circumferentia fractilatas.* Vocabularium Gerardi de Schueren: *fractillus, li*, **eyn hackel aen eyn cleit/ off een vbalck hayrs in en pels/ off vilte.**

Francenum, vulgò **Francyn**. l. 2. c.42. VV. pag. 446. *Nouis libris conſcribendis in bona rotundâ texturâ & fracturâ, pergameno vel franceno quotidiè inſudauit.* Lib. 2. cap. 43. VV. pag. 457. *Omneſq; libros præfatos in franceno & Teutonico propria manu pulchrè deſcriptos.* lib. 2. cap. 54. VV. pag. 523. *Pro eo deſcripſit in franceno & pro parte in pergameno.*

G.

Gerulæ, videtur geſtatorium inſtrumentum. Lib.2.cap.21. VV.pag. 390. *trabas atque gerulas & ſimilia fabricando* lib. 2.cap.46.VV. p.473. *Arenam & lapides ad ſtructuram in gerula comportando.*

Gignaſia pro gymnaſia, id eſt, exercitationes.

nes. Lib.2.cap.41.VV.pag.441. *Ad omnia regularis vitæ gignaſia ſancta lætus accurrit.* Libro 2. cap.54.VV.pag.525. *Non nouitiorum rudimenta, ſed totius perfectionis viri illuminati præclara gignaſia calamo depromens.* Ita barbaro æuo ſcribere erant ſoliti, Curaui imprimi *gymnaſia.*

Goßilia, tunicułę ex craſſiore materia, Lib.2. cap.50.VV.pag. 537. *Prior voluit vt fratres in labore goßilia deferrent.*

Grangia, horreum. Gallis *grange*. Lib.1.c.42. VV.pag.186. *Nunc habet in Ezinghem & in grangÿs ſibi vnitis circa ducentos fratres & laicos.*

Griſea. Lib.2.cap.6.VV.pag.281. *griſea tunica de quatuor partibus panni conſuta.* Thomas à Kempis in vitâ Gerardi Magni, cap. 11. *veſtimenta eius griſei coloris.* Idem cap. 9. vitæ Florentij : *griſea tunicâ indutus.* & cap. 12. *tunica de griſeo panno erat.*

Groſſum, craſſum, Lib.2, cap. 5. VV. p. 274. *groſſum tantùm panem in cibum ſumere conſueuerant.* Lib.2.cap. 56. VV. pag. 537. *groſſum panem mandendo.* lib.2.cap.57. VV. pag. 539. *animum großiori edulio frequentiùs ſatiantes.* libro 2. cap.60.VV.pag.559. *veſtibus humilibus großis & ſimplicibus*, Ibidem, *de panno groſſo.*

H.

HAſtulæ, id eſt, ſchidia ſeu lignorum præſegmina, aliàs *aſtulæ*, lib.2. c.23. VV. p.356. *haſtulas ſub carpentarÿs in vnum colligere.* libro 2. cap. 53. VV.pag. 516. *Haſtulas ſub carpentarÿs in ſportas colligendo.* Papias: *Aſtula à tollendo dicta, ge-*

 nus

nus herba & regio. Idem: *Aſcia ab aſtulis dicta, quas à ligno eximit.*

Houia, villa vel curtis. Chronicon Montis S. Agnetis cap. 26. pag. 112. *Damnum magnum habuimus in houia noſtra ex inundatione aquarum multarum.* Inde **Houawarth**. Boior. LL. Tit. 19. §. 9. *Si autem canem, qui mortem Domini ſui cuſtodit, quem* **Houawarth** *dicunt, occiderit.*

Hupæ, puto **hop**/ lupulus. lib. 1. cap. 9. VV. pag. 41. *In horto nunc huparum.* libro 2. cap. 17. VV. pag. 325. *Non longè à viridario circa hortum huparum.*

I.

I*Mpetiatum*, id eſt non petiatum, non conſarcinatum. Lib. 2. cap. 49. *VV.* pag. 499. *De ſubtilibus & cæteris indumentis mundis & impetiatis.*

L.

L*Iripipium*, eſt longa faſcia ſeu cauda caputij. lib. 1. cap. 44. *VV.* pag. 200. *Liripipium ſiue tympam retrò latam duplicem, & oblongam per dorſum habens dependentem.* lib. 2. cap. 41. *VV.* p. 440. *Longâ tunicâ veſtitus, nigro caputio, cum gracili liripipio collo indutus.* Hinc ridiculus libellus apud Cochlæum in Actis Lutheri ad annum 1521. ab hæreticis ſuppoſitus nomine Facultatis Pariſienſis. *Liripipium & almutium non ſunt ſigna fallibilia.*

Lullardi, viles & deſpecti. lib. 2. cap. 41. *VV.* pag. 441. *Qui huiuſmodi fratres deuotos, à mundo tunc deſpectos, tanquam Lullardos reputabant.* Thomas à Kempis capite 9. vitæ Florentij: *Elegit potiùs abiectus Lullardus vocari quàm Dominus.*

Macha-

Digitized by Google

M.

MAchale, horreum, Gall. *machau*. li. 2. c. 7. *VV*. pa. 284. *Latera pro pecudibus, cum quatuor machalibus & bladis*. li. 2. c. 7. *VV*. p. 284. *Fœnis & bladis tempore meſſis conuehendis in agris & machalibus ſuccurrentes*. lib. 2. cap. 19. *VV*. pag. 336. *Machale quoddam ruſticorum nobis conuicinum fœno adimpletum aſcendentes*. Lex Salica Tit. 18. §. 2. *Si quis ſpicarium aut macholum cum annona incenderit*. Gloſſæ. *Maholum, horreum ſine tecto*.

Maneries, modus viuendi. lib. 2. cap. 44. *VV*. pag. 458. *Vidit multiformitatem plurimorum ſanctorum Ordinum, manerierum vitarum, & ſtatuum diuerſorum*.

Manſus, certa terræ menſura. Lib. 1. c. 31. *VV*. pag. 127. *Agri enim iugera ſeu manſi*. lib. 2. c. 41. *VV*. pag. 442. *Diſſuaſit ne noſtrum monaſterium multis terrarum manſis, agris locupletare geſtiremus*. lib. 2. cap. 56. *VV*. pag. 536. *Monaſterium tot habens manſos, quot dies in anno*. Papias: *Manſus dictus à manendo, quod integrum ſit* XII. *iugeribus*.

Matta. ſtorea. lib. 2. cap. 23. *VV*. pag. *Et ita cum oſculo mattæ abijt in locum ſuum*. lib. 2. c. 65. pag. 586. *Et cùm mattæ ſuæ oſculo veniam petendo*. Papias. *Matta vulgò cella dicitur, Gregorius in Dialogo. Inde mattula pro culcitra. Hieron.*

Minutor, venæ inciſor. Li. 1. ca. 28. *VV*. p. 115. *Raſor & minutor, chirurgicuſq; expertiſſimus*.

Morcellus ſeu *Morſellus*, bolus l. 2. c. 14. *VV*. p. 311. *Paruum morſellum de ſua nobis præbens dulcedine*.

N.

Nobilia, genus monetę, **nobels** / li. 1. c. 31. *VV*. p. 126. *Centum dedit nobilia monaſterio*. Ibidem pag. 127. *dedit nobilia quinque*.

Notatura. l. 2. c. 61. *VV*. p. 571. *Cui tunc meliorem in fracturâ & notaturâ monaſteriũ nõ habuit.*

P.

PAginator, videtur compactor. lib. 2. cap. 43. VV. pag. 454. *Librorum cantualium optimus pictor & paginator.*

Palæ. Lib. 2. cap. 31. VV. pag. 390. *Palas & foſſoria fabricando*. Papias. *Pala, quæ ventilabrum vulgò dicitur*. Quanquã hîc potius *pala* eſt inſtrumentum quo ſolũ vertitur teſte Plinio. l. 18. c. 6.

Pannei lapides, Teutonicè **ſteenpannen**. Lib. 1. cap. 11. VV. pag. 47. *quæ panneis lapidibus cæmento contexerunt.*

Pedalia ſeu *pedialia*, pedum tegumenta. Lib. 2. cap. 23. VV. pag. 357. *Pro corporalibus fratrum ſuorum neceßitatibus indumentis, calceamentis, ſaccis, pedialibus fuit valdè ſollicitus*. Lib. 2. cap. 58. VV. pag. 546. *Subtilia & pedalia indigentibus eſt largitus.* Iidẽ *pedules* Ludouico Imperatori Additione 1. ad Capitularia Tit. 21. *pedules 4. paria*. Vocabularium Gherardi de Schueren. *Pedana, næ,* **eyn voitveter / oft hylde / oft een voitding van eynre haiſen.** *Pedules, lis*, idem. Iſidorus in Regulâ monachorum cap. XII. *quibus ſuperadijcietur melotes pellicea, mappula, manicæ quoque, pedules, & caligæ. His tantum contenti erunt, nihil præterea aliquid præſumentes. Pedules autem vtuntur in monaſterio quamdiu hiemis coegerit violentia: ſiue dum fratres gradiuntur in itinere, vel proficiſcuntur ad vrbem*. S. Benedictus in Regulâ cap. 55. *indumenta pedum pedules & caligas*. Smaragdus: *Pedules modò dicimus calceos, caligas nos ſubtalares vel ſoccos vocamus*. Guigo V. Prior primæ Carthuſiæ in vitâ Hugonis Carthuſiani, Gratianopolitani

nĩ Epiſcopi, narrat quomodo Hugo Odolricum Dienſem Epiſcopum habitu Carthuſiano induens, *id etiã mandare curauit, vt de caligis pedules abſcinderet, quatenus præter pedes totus iaceret veſtitus. Dolebat enim nonnullos in religioſo habitu, ad ſanctitatis iniuriam, tibijs dormire nudatis.*

Petiæ, ſeu *peciæ*, particulæ, aſſumenta, Gallis *de pieces*. Lib. 2. cap. 6. VV. pag. 380. *Veſtimenta & calceamenta ſine pecijs & ſubunculis minimè reddiderunt*. Marculphus in Formulis ſolemnibus publicorum priuatorumque negotiorum, formulâ 53. *Dono donatumq́ habeo pecia de terra arabili.* Henricus Rebdorffenſis in Annalibus anno M. CCC. LXI. *Item clauus cum aliquali peciâ ligni S. Crucis. Item petia brachij S. Annæ. Item petia chordæ, quâ Chriſtus fuit ad columnam ligatus.* Theodoricus de Appoldiâ præfatione ante vitam S. Dominici, 5. Auguſti. *In abiectis quidem ſchedulis & petijs primùm iam ſenex conſcripſi*. Vnde *petiare*. Lib. 2. ca. 39. VV. pag. 431. *Veſtimenta rupta & detrita notabiliter petiando.* Inde *petiata* Lib. 1. ca. 32. VV. pag. 132. *Veſtes petiatas & benè detritas deferre non negligerent*. Lib. 2. cap. 6. VV. pag. 279. *Superpellicea rupta petiata & reſarcita*. Ibidem pag. 280. *Petiati ergo & ſubunculati fratres*. Sic *repetiare*, Thomæ à Kempis in vitâ Gerardi Magni cap. 11. *Geſtauit ruptum pellicium, multis particulis repetiatum*. & cap. 12. vitæ Florentij, *tunica repetiata*. *Peciæ etiam pictacia dicta* Gerardus antè: *Pictacium, cij,* **eyn kleyn kortſendebrief/ oft eyn pargaments cedel/ oft eyn lap in en ſloitſch oft ſchoe geſat.** *Pictaciuncula*, diminutiuum, *Pictaciare*, **lappen.**

Digitized by Google

Petræ, videntur tabellæ ex ſcandulis, vulgò **ſcaillien**. Lib.2.cap.54.VV.pag.524. *Quem libellum in diuerſis membranis quaternulis aut petris ad inſtinctum ſancti Spiritus conſcripſit*. Lib.2.cap.55.VV.pag.532. *Exercitia ſua membranis & petris, diuerſiſq; folijs, vt dictum eſt, conſcripta*. Huc facit quod habet Vocabularium Gherardi de Schueren: *Petra, træ*. **eyn ſteyn oft leye.** Nempe **ley** eſt noſtratibus tabella ſcandularis, cui vel ſtylò vel creta inſcribitur.

Pitancia, i. portio lautior. li.2.c.46.VV.p.474. *Fratribus vinum & pitanciam à Priore in refectorio impetrando*. Alijs *pictantia*. Vtitur Cæſarius in Dial. Ioannes Nyder in Formicario, Nauarrus in Enchiridio confeſſ. agens de miſſa.

Podium, reclinatorium, **steunſel**. Lib.2. cap. 68. VV. pag. 602. *In eiuſdem pontis podium tam validè impegit*. Inde lib.2.cap.11. VV. pag.48. *appodiata*, & lib.2.cap.25.VV.pag.366. *Repodiatio*. Vocabularium Gherardi de Schueren: *Podium, dij*, **eyn loenſtaff / of eyn loenſtede.** *Appodium* idem. *Podiare, appodiare*, **reſten / loenen.** *Suppodiare* idem

Q.

Q*Vartale*, id eſt, quarta pars rei cuiuſpiam. Lib. 2. ca.14. VV. pag. 315. *Quidam per anni quartale ante mortem, & magis aut minus graui ægritudine detinerentur*. Lib.2.cap.29.VV.pag. 381. *Poſtquam ad anni penè quartale Prioratus huiuſmodi fuerat functus officio*. Lib.2.ca.43.VV. pag. 454. *per integrum anni quartale*. Lib.2.cap. 48.VV.pag.481. *Prioratum ſuum poſt anni quartale*

Digitized by Google

tale reſignante Vocabularium Gerardi de Schueren: *Quartale, lis*, **dat vierde deyl eygent van / oft eynrelijc mate** / *ſcilicet*, **vyrdel.** *Quartare*, **vyrdelen.**

Quitare, id eſt, remittere debitum. Lib. 1. ca. 11. pag. 49. *Ab omnibus oneribus, exactionibus & ſeruitijs perpetuò liberauit, quitauit, & exonerauit*: Vocabularium iam dicti Gerardi: *Quitare*, **quytſchelden/ quyten/ quytmaken.** *Quitancia, ciæ*, **eyn quytſcheldinghe / oft eyn brieff/ oft cedel van quytſcheldinghe.**

R.

RApiarius ſeu Rapiarium, id eſt, Collectaneum, in quod vndique rapta referuntur. Libr. 2. cap. 62. VV. pag. 572. *In vno Rapiario compendioſè conſcripſit*. Libr. 2. cap. 65. VV. pag. 588. *Studendo ſeu bonum punctum ad Rapiarium ſcribendo*. Lib. 2. cap. 67. VV. pag. 597. *Bonum de vitâ & paſſione Chriſti ſcripſit Rapiarium*. Ibidem: *Alium etiam non paruum Rapiarium ex dictis Sanctorum edidit*. Lib. 2. cap. 68. VV. pag. 604. *Singulis ad ſua Rapiaria cuncta ſcribentibus*. Ibidem. pag. 605. *Rapiarium Theologicale*.

Repodiatio, inclinatio. Lib. 2. cap. 25. VV. pag. 366. *Sine repodiatione, & brachiorum ſuper ſtalla reclinatione communiter in choro ſtare conſueuit*.

Riga. i. linea, regula. Lib. 1. cap. 27. VV. pag. 110. *Hanc profeſſionis ſuæ formam paruula cruce in vltimâ rigâ conſignatum*.

Roketum, id eſt ſubtile, veſtis linea Canonicorum Regularium. Lib. 1. ca. 23. VV. pag. 93. *Habitus*

bitus Canonicorum Regularium eſt veſtis linea, ſiue toga linea, quam Romani roketum Romanum, Germani ſubtile ſarracium ſiue ſcorlicium appellant.

Ruteri, equites, diſcoli. Lib. 2. cap. 60. VV. pag. 562. *Non miſſam ruterorum, ſed benè deuotorum à fratribus ſuis exegit.*

S.

SAlces, vulgò *ſaucis*. Lib. 2. cap. 6. VV. pag. 561. *Salcibus recentibus aut in cauilla fumatis.* Vocabularium Gherardi de Schueren. *Salſicia, æ,* **eyn braytworſt** / *ſcilicet,* **ſalſyſken.**

Sarracium, Leodienſibus *ſaro*. Lib. 1. cap. 23. VV. pag. 93. *Roketum Germani ſubtile ſarracium Tiſinam ſiue ſcorlicium appellant.*

Scorticium. Lib. 1. ca. 23. VV. p. 93. Vide in *Sarracio.*

Serpodium, ptiſana. Lib. 2. ca. 5. VV. pag. 274. *ſeu ſerpodium in potum ſumebant.*

Sotularia, genus calceamentorum. Li. 1. ca. 42. VV. pag. 188. *Duo almutia, quatuor ſotularia, & cætera ſimilia fratres de VVindeſem ſecum aſportauerunt.* Lib. 2. ca. 6. VV. pag. 279. *Calceamenta eorum & ſotularia vidimus infrà & ſuprà, & à lateribus hinc inde in locis plurimis ſubunculata.* An ſotularia quaſi *ſubtalaria?* An ſic capiendus locus Baldrici in Chronico Camerac. lib. 3. cap. 20. *de toto certè corpore nullum veſtigium præter vnum ſubtolarium reperitur.* Additio 1. Ludouici Imp. ad Capitularia. Tit. 22. *Calceamenta diurna paria 2. ſubtalares per noctem in æſtate 2. in hyeme verò ſoccos.* Vocabularium Gherardi de Schueren: *Sotular, laris, vel Sotularis, neut. gen.* **eyn buitſchoen.** *Subtela-*

Digitized by Google

telaris, idem. *Sutelaris maſcul. generis*, eyn ſchoe. Smaragdus ad Regulam 55. S. Benedicti. *Pedules modò dicimus calceos, caligas nos ſubtalares vel ſoccos vocamus.* Iſidorus lib. 19. Origin. cap. 34. *Talares calcei ſocci ſunt, qui inde nominati videntur, quòd ex figura ſint, vt contingant talum: ſicut ſubtolares, quòd ſub talo ſunt, quaſi ſubtalares.*

Spangæ. Lib. 1. cap. 28. VV. pag. 114. *Metallorũ in Spangis pro libris fuſor bonus.* An inſtrumentũ eſt, quo matrix concluditur, & in quod metallum infunditur, an locus aliquis? Aliud *ſpangæ* in lege Boiariorum Tit. 9. cap. 8. *Trabes exteriores quas ſpangas vocamus, eò quòd ordinẽ continent parietum.*

Spiringi, parui piſciculi, ſpiringen/ Chronicon Montis S. Agnetis ca. 26. pag. 106. *Ceperunt in magnâ copiâ multos ſpiringes.*

Stallum, ſedilia in choro. Lib. 2. c. 25. VV. pag. 366. *Sine repodiatione & brachiorum ſuper ſtalla reclinatione.* Li. 2. c. 31. VV. pa. 389. *In ſtallo ſuo orationi intentus ſedens conuentum exſpectabat.* Lib. 2. c. 36. VV. pag. 415. *In ſtallo ſuo ſedendo.* Li. 2. c. 39. VV. pa. 430. *Cùm in ſtallo ſuo cum brachijs ſuper formas reclinare debuiſſet.* Li. 2. c. 43. VV. pa. 453. *In vltimo ſtallo chori poſt fratres iuniores ſtans ſemper & communicans.* Thomas à Kempis in vitâ Florentij ca. 11. *Semper in inferiori ſtallo locum tenuit.*

Subtilia, i. roketa linea, ſubtyl Teutonibus. Li. 1. c. 23. *Habitus canonicorum regularium eſt veſtis linea, quam Germani ſubtile appellant.* Lib. 1. c. 42. VV. p. 188. *Sex noua ſubtilia, duo almutia.* Li. 2. c. 6. p. 279. *Vidimus ſeniores noſtros cum iunioribus frequenter cappas tunicas, ſubtilia, & ſuperpellicia deferre rupta.* Ibidem antè: *Plicis ſeu rugis capparũ, tunicarum, ſubtilium vel ſuperpelliciorum.*

Subunculæ, ſunt corij ſegmenta vel panniculi, qui calceis vel veſtibus reficiendis apponuntur. li. 2. c. 6. VV. p. 280. *Veſtimenta & calceamenta ſine petijs & ſubunculis minimè reddiderunt.* Vnde *ſubunculare.* Li. 2. c. 39. VV. pa. 431. *Calceoſq; ſubunculando.* Inde *ſubunculata.* Li. 2. c. 6. VV. p. 279. *Calceamenta eorum & ſotularia vidimus infrà & ſuprà, & à lateribus hinc inde in locis plurimis ſubunculata.* Thomas à Kempis in vitâ Gerardi Magni c. 11. *Antiquū & ſubunculatum pellicium.* Papias. *Subūcula, pannus addititius à ſubijciendo vel ſubſuendo dictus.*

T.

TExtura. Videtur genus ſcriptionis vel characteris. Li. 2. c. 42. VV. pa. 446. *Nouis libris conſcribendis in bonâ rotundâ texturâ & fracturâ, pergameno vel franceno quotidiè inſudauit.* Li. 2. c. 61. VV. p. 567. *Hæc verba, cuſtodi oculos tuos, in magna textura ligno tranſuerſo habens inſcripta.* Li. 2. c. 64. VV. p. 579. *Libros cantuales in bonâ fracturâ ſeu etiam texturâ pro choro & Eccleſiâ conſcripſit.* Li. 2. ca. 67. VV. 597. *Priores libros magnos & notabiles in pergameno & texturâ ſcripſit pro librariâ.* Gerardus de Schueren in Vocabulario: *Textus, us, & textura, a,* **eyn weynigh oft eyn ſlechte ſchrift/ dur ſich hynne ſonder gloſe.**

Timpa ſeu *Tympa*, faſcia ex capucio dependēs. Li. 1. c. 44. p. 20. *Liripipium ſiue tympam retrò latam duplicem & oblongam per dorſum habens dependentem.* Li. 2. c. 6. VV. p. 281. *Nigro caputio cū tympa gracili collo ſuperinduto.* Li. 2. c. 16. VV. p. 322 *Reliquum angulum ſacci illius integrum ſuper ſcapulas per dorſum quaſi tympam ſeu cucullam reflectat*

Li. 2.

Li.2.c.68.VV.p.605.*Capite nudo,capuciove collo induto,aut ſuper ſcapulas inferiore parte cum tympa reflexo.*

Tiſina genus potus ex hordeo & alijs.Li.1.c.5.VV.p.274.*Tiſinam ſeu ſerpodium in potum ſumebant.* Iſidorus li.20.c.3.Originum: *Tiſſana,zema,apozema Græca vocabula ſunt.* Gherardus antè: *Tipſana,* **garſten kozn onbaſtet.** *Tiſana* **eyn releyp dzanck dair aff gebzouwet** / *ſcilicet,* **ſcherber/ſchengkebier.**

Titellus, apex paruus.Li.2.c.67.VV.p.597. *Vſque ad vltimum titellum cuncta benè correxit.*

Truſatores, diſcoli.Lib.2.ca.68.VV.pa.606. *Scholares vagos & truſatores nolebat admittere.* Chronicon Montis S. Agnetis cap. pag. 173. *Vagos autem & truſatores non patiebantur admittere.* Vtitur eâ voce etiam Ioannes Gerſon in Tractatu contra ſuperſtitioſam dierum obſeruationem, & Ioannes Nyder in Formicario.

Tunna, id eſt vas. Lib.2.cap.46.*VV*.pa.473. *Tunnas ceruiſiæ integras ſuper ſcapulas in cellarium deferendo.* Lib.2.cap.62.*VV*.pag.571.*ſub vna tunna vacua in vno tantùm fine aperta latenter ſe collocauit.* Hinc *Tunninum* locus tunnis reponendis. Lex Baiuuariorum Tit. I. cap. XIV. §. 5. *Ad caſas dominicas ſtabulare, fœnile , granicam vel tunninum recuperandum pedituras rationabiles accipiant.*

ERRA-

ERRATA SIC CORRIGITO
In Chronico VVindeſemenſi.

*Pag.*47.*lin.*5.*à fine.* inſtituerunt *lege* inſtiterunt. *P.*48. *lin.*5. dono *lege* domo. *P.*72.*in marg.* Henricus Vos *lege* Ioannes vos. *P.*105.*lin.* 10.*à fine.* vos *lege* Vas. *Pag.* 109. *lin.*2. Buch *lege* Buſch. *Ita & pag.*188. *Pag.* 115. *lin.* 15. minitor *lege* minutor. *P.*121 *lin.*7. orientalis *adde* conſtructione, *Pag.*145.*lin penult.* pertulit *lege* pretulit. *Pag.* 148.*lin.*8.*à fine* eum *lege* eam. *P.* 149.*lin.*5 *à fine*, quam *lege* quem *P.* 149 *lin.*9. Legatus *adde* à latere. *Pag.* 157. *li.*27. & vt *dele* &. *Pag.* 172. *li.*6. *à fin.* ſublaueretur *lege* ſubleuaretur. *Pag.*177.*lin.* 18. non eſt, *dele* non. *P.* 220. *lin.* 13. aniſatus *lege* auiſatus. *Pag.* 325 *lin. pen.* ortum *lege* hortum. *Pag. eademlin. vlt.* germina *lege* gramina *Pag.* 329. *lin.* 18. efficaxque *lege* efficaleque *P.* 330. *lin.*2. per religionem *lege* pro religione. *Pag.* 353. *lin.* 16. pænis *lege* peius. *Pag.* 356. *lin.* 5. *à fin.* quis inde *lege* cui nude. *Pag.* 357. *lin.* 19. hinc *lege* hæc. *Pag. ead. lin.*21. diſcrutiato *lege* diſcraſiato. *Pag.*364 *lin.*5. ſcupuloſis *lege* ſcrupuloſis. *Pag.*381.*lin.*7. comocatis *lege* conuocatis. *P.* 386. *lin.*10. *à fin.* retractis *lege* retroactis. *Pag.* 406.18. *lin.* intritiua *lege* nutritiua. *Pag.*423. *lin.*13. *à fin.* ſecundi *lege* primi. *Pag.*455 *lin.* 2. pepulum *lege* peplum. *P.* 551 *lin.* 5. ſuum *lege* ſum. *Pag.* 561. *lin.* 8. ſalſibus *lege* ſalcibus. *Pag.*591.*lin.*3. deuoti *lege* donati. *Pag.*600.*lin.*9. promiſſionem *lege* permiſſionem. *Pag.*634.*lin.*5. cælum & *lege* & cælum. *Pag* 47. *lin.* 15. abrenunciando *lege* effeſucando.

In Chronico Montis S. Agnetis.

*Pag.*17 *lin.*9. rendit *lege* reſpondit. *Pag.*19.*lin.* 18. ſuo *lege* ſuæ. *Pag.*25.*lin.* 3. retraxerit *lege* retraxerat. *Pag.*:2. *lin.* 7. à *fine.* cebrando *lege* celebrando *Pag.*50.l.4.*à fin.* per *lege* pro. *P.*54. *lin.*22. Buederus *lege* Suederus. *P.*97. *lin.*8. *à fine* inueſtus. *lege* inueſtitus. *Pag.*107.*lin.* 19. fratrem *lege* fratre. *Pag* 127. *lin.* 21. queuit *lege* quieuit. *Pag.*147.*lin. vlt.* Sint *lege* fuit. *Pag.* 166. *lin.* 17. canonicarum *lege* canonicorum,

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HERIBERTI ROS-VVEYDI

è Societate IESV,

VINDICIAE KEMPENSES,

PRO LIBELLO

THOMAE à KEMPIS

DE

IMITATIONE CHRISTI,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ADVERSVS

CONSTANTINVM CAIETANVM

Abbatem S. Baronti.

ANTVERPIÆ,

Apud *Petrum* & *Ioannem Belleros*,

M. DC. XXI.

Digitized by Google

BENEVOLO
LECTORI.

ETSI *Abbas Caietanus, vel ab ipſo auctore ſuo monitus, labori ſuo parcere potuerat, cùm ille libro* 1. *capite* v. *Lectorem ſuum ita alloquatur:* Nō quæras quis hoc dixerit, ſed quid dicatur attende: *quia tamen ille Belgica noſtra vineta, quæ tot annis famam tulêre, ſuccidere conatus eſt; ſpero non mihi vertendum vitio, ſi prouocatus eos traduces Belgis aſſeram, quos non minùs tunc quam olim fecūda Scriptorū Belgica terra produxit. Equidem nullo contentionis ſtudio Caietanū vindicias poſtulo, ſed ex iure Quiritium, vnius veritatis amore flagrans.*

Non infeliciter in hoc auctore perpurgando laborauit iam ante me R. Pater noſter Henricus Sommalius, cui iam antiquo dierum placuit antiquarium agere, & ſenectutem ſuam labore hoc, ſibi quidem iucundo, poſteris verò fructuoſo, oblectare. Non produxit ille quidem argumenta, quibus libellos hos de Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis, vindicaret, ſolâ fama, eaq; & veroſimili & conſtanti contentus; eos tamen ab inutilibus ſtolonibus & ſpurio vitulamine liberauit.

Quare mihi potiſſimùm in id incumbendum fuit, vt fructuoſam hanc vineam ſolo ſuo Belgico adſererem, quæ iam peregrinâ glebâ conflictabatur. Quod dum facio, placuit ſimul ſolum repaſtinare, ſarrire humum, pampinare palmites, & luxuriantia cacumina defringere. Ad duo igitur autographa libellos hos rurſus comparaui, ſuperflua reſecui, ſuppoſititia remoui, malè contorta repoſui, & ex eorum concordi fide omnia expreſſi. Quòd ſi quis Sommalij & Caietani editionem cum hac noſtrâ contulerit, illum inueniet quàm proximè ad veritatem acceſſiſſe, hunc receſſiſſe quàm remotiſſimè. Nec enim aliter fieri potuit. quippe cui non niſi reſex aliquis è Belgio tranſlatus domi fuit, qui alieno ſolo malè inoleuit; cùm nobis viuiradix ad manus eſſet.

SYL-

Digitized by Google

SYLLABVS CAPITVM.

CAP. I. *An vlla aliquando inter populos & nationes de auctore quatuor librorum de Imitatione Chriſti contentio fuerit,* *pag.* 7.
CAP. II. *Qua ætate auctor librorum de Imitatione Chriſti vixerit,* 9.
CAP. III. *An libri de Imitatione Chriſti, D. Bernardo adſcribendi ſint?* 14.
CAP. IV. *Vtrùm libri de Imitatione Chriſti Ioanni Gerſoni tribuendi ſint?* 15.
CAP. V. *An libri de Imitatione Chriſti Ioanni à Geſſen ſint adſerendi,* 19.
CAP. VI. *Libri de Imitatione Chriſti, Thomæ à Kempis Canonico Regulari ex Ordine S. Auguſtini vindicandi ſunt. Cuius ſentētiæ prima ratio ducitur ab auctoritate Ioannis Buſch, qui eidem vicinus eodem tempore vixit,* 23.
CAP. VII. *Secunda ratio ducitur à teſtimonio Trithemij,* 28.
CAP. VIII. *Tertia ratio ducitur à phraſi Flandrica,* 33.
CAP. IX. *Quarta ratio ducitur ab auctoritate manuſcriptorum,* 37.
CAP. X. *Quinta ratio ducitur ex auctore Vitæ eius,* 41.
CAP. XI. *Primum Caietani argumentum, libros de Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis non eſſe, ob diuerſitatem ſtyli à reliquis eius Operibus,* 43.
CAP. XII. *Secundùm Caietani argumentum, quòd à D. Bonauentura citentur, qui ducentis annis Thomam à Kempis præceßit,* 46.
CAP. XIII. *Tertium Caietani argumentum, quòd diuus Thomas de Aquino ex illis quædam ex-*

cerpſerit in Officio Corporis Chriſti, 63.
CAP. XIV. *Quartum Caietani argumentum, quòd auctor horum librorum videatur fuiſſe monachus, imò Abbas Benedictinus,* 64.
CAP. XV. *Quintum Caietani argumentum, quòd phraſim Italicam reſonent,* 69.
CAP. XVI. *Sextum Caietani argumentum, quòd auctor Vitæ eius nullam horum librorum mentionem faciat,* 74.
CAP. XVII. *Quæ horum librorum inſcriptio, quis numerus, quis ordo, quæ methodus.* 79.
CAP. XVIII. *Comparatio manuſcripti Italici Aronenſis, quo vſus eſt Caietanus, cum manuſcriptis Belgicis, Antuerpienſi & Louanienſi, quibus vſus eſt Sommalius & Roſ vveydus,* 83.
CAP. XIX. *De varijs horum librorum editionibus: Henrici Sommalij, Gaſparis Belleri, Conſtantini Caietani, Heriberti Roſ-vveydi,* 91.
Vita Ioannis à Kempis, Thomæ fratris, natu maioris, Canonici Regularis, auctore Ioanne Buſchio ſynchrono 99.
Vita Thomæ à Kempis Canonici Regularis, auctore incerto penè coæuo, 102.
Vita Thomæ à Kempis Canonici Regularis, ab Heriberto Roſ-vveydo ex varijs auctoribus concinnata. 107.
Vita Gobelini de Kempis, 123.

HERI-

HERIBERTI ROS-WEYDI
è Societate IESV

VINDICIAE KEMPENSES.

CAPVT I.

An vlla aliquando inter populos & nationes contentio de auctore libelli de Imitatione Christi fuerit.

ROS-VVEYDVS. Vti Caietanus facilius auctorem hunc Italis vindicet fingit ſibi non vna bella pro auctore hoc debellata. Non Helena olim tanti, quæ tot nationes inter ſe commiſit. Non tanti Homerus, quem tot olim populi ſibi arrogarunt. Imò non tanti Iupiter, cuius natalem tot ſibi regiones vindicarunt. Ait igitur:

CAIETANVS. Non mirum eſt igitur, ſi inter populos ac nationes tanta hactenus fuit de huius libri auctore contentio, illum ſibi vnaquaque regione certatim vindicante: prout Homero accidiſſe narrat Antiquitas. *Epiſt. dedic.*

ROS-WEYDVS. Quæ hæ, quæſo, nationes, qui populi, quæ regiones, quæ de huius libri auctore certamen inſtituère ante Caietanum? Nullas inuenio, nullas lego; nullas certè ipſe producit. Immò verò, dum pleraſque omnes editiones Thomę noſtri luſtro, nullam contentionem, nullam pugnam inuenio.

CAIETANVS. Inter Gallos & Teutonicos *Pag. 1.*

 ab an-

Digitized by Google

ab antiquis temporibus ad hanc vſque diem, magna exſtitit controuerſia, quis aurei illius de Imitatione Chriſti Operis auctor cenſendus ſit.

ROS-VVEYDVS. Nunc duas tantum nationes inter ſe cõmitti video, pugnam tamen non deprehendo. Scio equidem, in ipſâ typographiæ infantiâ, nunc Bernardi, nunc Gerſonis nomine librum hunc olim editum; ſed abſque vllâ controuerſiâ vel pugnâ. Typographorum ea res fuit lucrum captantium. Nempe vt tabernarij ocliferia quædam exponunt, quæ per ſe ſplendent & oculos tranſeũtium feriunt, ac emptores prolectant; idem ſpecioſus titulis, quos vulgò in pretio eſſe ſciunt, ſæpè ementiuntur typographi. Equidem crediderim librum hunc olim vulgo expoſitum, abſque certo familię nomine, ſine vllis, quibus dignoſci poſſet, crepundijs. quę res occaſionem typographis dedit, vt certæ eum familiæ, eique illuſtri, insereret. Et ſanè in nullis Thomæ Kempenſis autographis, quibus tum hæc, tum alia eius Opuſcula continentur, nomen vllum præfixum inuenio.

CAP-

CAP. II.

Quâ ætate auctor librorum de Imitatione Chriſti vixerit.

CAIETANVS. Non longè à S. Franciſci ætate vixiſſe, non perperã colligitur ex eiuſdem verbis iſtis: *Nam quantum vnuſquiſque eſt in oculis tuis, tantum eſt & non amplius, ait humilis ſanctus Franciſcus.* Ita habet autographum Aronenſe, ſicut & alia multa exẽplaria, cùm in Hẽrici Sommalij codice loco illius verbi *ait*, malè legatur, *agit*. Pag. 47. De Imit. Chriſt. lib. 3. cap. 50. in fine.

ROS-VVEYDVS. Iam te proximè ſequar, Caietane, de auctoris ætate differentem, vbi priùs Sommalij codicem ab errore, ipſum Sommalium ab incuriâ liberauero. Næ tu palato valdè delicato es, qui tantâ ſubtilitate vinum Sommalij vitioſum beneq; limphatum deprehendiſti. Quaſi verò non perſępè victorum vitio, dum vina elutriantur, & de vaſe in vas transferuntur, vitium aliquod contrahant. Codex autographus Sommalij rectè habet, *ait*. Ioannes Moretus typographus, qui primus quatuor Thomæ à Kempis de Imitatione libros ex Sommalij recenſione prælo ſubiecit, & in primâ editione ſuâ anno M. D. XCIX. & in ſecundâ anno M.DC.I. & in tertiâ anno M.DC.VII. rectè expreſſit, *ait*. Quam lectionem ſi in poſterioribus editionibus typothetæ corrupêre in *agit*, quę hîc Sommalij culpa? Quis (amabò) feriò exiſtimabit Sommalium voluiſſe producere *agit* pro *ait*, tamquam nouam lectionem è codice ſuo MS? vel puer, qui à limine Latinas ſcholas ſalutauit, hîc typographi vitium animaduertat.

Et verò candorem hîc quoque tuum requiro, Caietane, qui cùm tribus te editionibus librum de Imitatione Chriſti vſum teſteris, Antuerpienſi, anno Chriſti M.D. XCVI. & M.DC. deinde Colonienſi, M.DC. X. è neſcio quâ editione errorem typographicum ſublegeris, quem in alijs animaduertere poteras eſſe emendatè editum: quem dum perſequor & inquiro, tandem in Colonienſi editione ſumptibus Conradi Butgenij procuratâ deprehendo, *agit humiliè ſanctus Franciſcus*. Quis ignorat, eam deprauatiſſimam eſſe? Poteras eodem negotio & errorem *humiliè* in codicem Sommalij conferre.

Quòd Antuerpienſes editiones allegas, anno M.D.XCVI. & M.DC. nullas tales agnoſcunt Moreti, ſed annorum M.D.XCIX. & M.DC.I.

Quòd ſi eodem tecum iure agere velim, Caietane, tot tibi errores è Romanâ tuâ editione producerem, vt Heminam errorũ Belgicæ editionis dolio Romano ſis compenſaturus. Quos omnes ſi ad autographum tuum referam, imperitum me dices, quòd neſciam inter autographi & typographi errores diſtinguere. Sed otio hîc abuti nolo. Pergamus te audire de ętate huius auctoris.

Pag. 47. CAIETANVS. Hac itaque Scriptoris huius atteſtatione facilè conficitur, vixiſſe illum circa annum Chriſti M. CC. XX. Illud namque *(ait humilis ſanctus Franciſcus)* coniecturam haud leuem parit, auctorem hunc noſtrum de Franciſco, cum mortalibus adhuc conuerſante, locutum fuiſſe. Vt quid enim Franciſco anno M. CC. XXVI. in cælos tranſlato, & anno M. CC. XXVIII. catalogo Sanctorum adſcripto, prudens

Digitized by Google

dens doctor addere voluerit vocem illam, *humilis*? Apophthegma enim iſtud ex ore B. Franciſci quàm ſæpiſſimè auditum eſſe, S. Bonauentura etiam teſtatur.

Ros-vveydvs. Ergóne quia auctor ſanctum Franciſcum *humilis* titulo afficit, eius eum ætate conficietur vixiſſe? Ita ſanè omnis eui homines S. Franciſco facilè ſuppares facies. Non exiſtimo quemquam futurum, qui hæc leget, quin aceti hîc aliquid Italici ſit deſideraturus. Vel ipſe Thomas noſter, qui duobus ſæculis poſt S. Franciſci ætatem vixit, hîc intercedet. Nónne ille libello de tribus Tabernaculis cap. 1. S. Franciſci meminit cum eodem epitheto *humilis*? Scribit enim: *Benè veniat domina mea paupertas, caſtitas, & obedientia. Iſta ſcilicet paupertas & duæ prædictæ ſorores eius, ſunt præcipua vota religionis. Hæc de humili dixi Franciſco*. Idem III. parte Sermonum ad Nouitios, Ser. IX. *Plus enim ſanctitatis & dulcedinis inuenit humilis Franciſcus in paſſione Chriſti, quam ſubtilis aſtronomus in ſpeculando ſidera cæli*. Quis hinc (emunctioris naris eſſe qui velit) conficiet, Thomam noſtrum ſancti Franciſci ætate vixiſſe, quia eum *humilem* vocat? Nec feliciùs ſuccedit coniectura, quam ſubiungis.

Caietanvs. Quòd ſi cuipiam non ſatis veriſimile ſit, Franciſcum in humanis adhuc agentem, *Sanctum* fuiſſe appellatum; ſaltem fateri neceſſe eſt, hunc librum Franciſco paulò antè è mortalibus erepto, cùm recens memoria ſanctitatis eius in animis hominum vigeret, fuiſſe elucubratum: atque ideò au- *Pag. 12.*

ctorem

ctorem noſtrum ſuis auribus ea, quę de Franciſco commemorat, ab illius ore audiuiſſe, vel aliorum relatu de viuente accepiſſe.

ROS-VVEYDVS. Vide, quęſo, in quantas te anguſtias coniectura illa tua de voce *humilis* conijciat. Primò, eâ vocis vſurpatione confici vis, horum librorum auctorem de Franciſco, cùm adhuc in viuis ageret, locutum: deinde cùm ſubueritus eſſes, ne quis replicaret, non facilè quemquam *ſancti* titulo affici antequam è viuis exceſſiſſet; pertendis librum hunc ſaltem ſcriptum non diu poſt mortem S. Franciſci. Quid igitur Thomæ Kempenſi facies, qui ducentis annis poſt Franciſcum vixit, qui Manuali paruulorum cap. v. eum & *humilem* & *ſanctum* vocat? *Quid fecit humilem & ſanctum Franciſcum tam deuotum & Deo dilectum in hac vitâ, & tam altum in gloria? Verè profunda humilitas ſua.* Vide quàm familiare Thomæ noſtro fuit Franciſcum & humilem & ſanctum vocare. Aliquando afficit eum ſolo epitheto *humilis*, ſubinde & *humilis* & *ſancti*, vti iam vidimus; nonnumquam *ſancti* tantùm. In vitâ Ioannis Cacabi: *Speciali deuotione ſibi prælegit ſanctum Franciſcum, paupertatis amatorem.*

Quòd ſi tua ratiocinatio vel vmbram aliquam veritatis haberet, hęc clarâ luce omnibus ſe proderet: Thomas à Kempis cap. I. libelli de tribus tabernaculis, & Serm. IX. ad Nouitios III. par. S. Franciſci meminit cum ſolo epitheto *humilis*, ergo certiſſimò eius ætate vixit. Si enim eo in Diuos relato vixiſſet, eum non *humilem*, ſed *ſanctum* indigetaſſet. Quis non videt ratiocinationis huius futilitatem? Pergis:

Digitized by Google

CAIETANVS. Hoc etiam eſſe veriſſimum, SS. Thomæ & Bonauenturę, qui à Sancto Franciſco non multùm ætate diſtarunt, loca ex hoc ipſo auctore totidem verbis deſumpta, de quibus anteà mentionem fecimus, indubitatè teſtantur. Pag. 48.

ROS-VVEYDVS. De S. Bonauenturâ infrà cap. XII. prolixè ſatisfaciam, vbi etiam cap. ſequenti, dum ex S. Thomâ argumentaris, te aquam in mortario tundere oſtendam. Cur enim potiùs credam S. Thomam ex huius libri fonte ſuum riuulum deriuaſſe, quàm contrà? vt mirari ſatis non poſſim, cur tam aſſeueranter indubitatum teſtimonium hinc deduci velis.

CAP.

Digitized by Google

CAP. III.

An libri de Imitatione Chriſti D. Bernardo adſcribendi ſint.

ROS-WEYDVS. Neminem vnum vidi, qui dicto Bernardo librum hunc adſcripſerit. Quia tamen Achilles Statius (vti monet Caietanus) libro ſuo Thomæ à Kempis Pariſijs edito, anno Chriſti M.D.XLI. annotauerat, *veterem impreſſionem Brixianam S. Bernardo hunc libellum tribuere*; & editio Flandrica anno M. D. V. in fine moneret hunc libellum à quibuſdam D. Bernardo tributum, monēdus es, Lector, hunc errorem temerè in vulgus emanaſſe; cùm & ſtylus huius libri longè diuerſus ſit à ſtylo Bernardi, & temporum quoque ratio ætati Bernardi repugnet: nam lib. III. cap. I. auctor huius libri S. Franciſcum in teſtem adducit: *Quantum vnuſquiſque eſt in oculis tuis, tantum eſt & non ampliùs, ait humilis S. Franciſcus.* Atqui Bernardus obijt anno M. C. LIII. Franciſcus autem M.CC.XXVI.

Memineris tamen, Lector, hinc quoque confirmari opinionem meam, quam mox cap. IV. producam nimirum libellum hunc olim ſine nomine auctoris circumlatum; vnde quidam D. Bernardo, alij Ioanni Gerſoni inſcripſere, quòd vtroſque meminiſſent fuiſſe viros pientiſſimos, & valdè ſpirituales.

CAP.

Digitized by Google

CAP. IV.

Vtrùm libri de Imitatione Chriſti Ioanni Gerſoni tribuendi ſint.

ROS-WEYDVS. Vetuſtiſſimæ quæque editiones librum hunc Ioanni Gerſoni inſcripſere. ita vetus editio Mediolanenſis impenſis Leonardi Pachel de Alemaniâ; & Veneta apud Bernardinum de Benaliis, vtraque anno M. CCCC. LXXXVIII. Pariſienſis apud Georgium Mitellhus an. M. CCCC. XCVI. præferunt; qui error apud plurimos typographos inualuit, pænè ad noſtra vſque tempora. Sed & doctiorum tum animos hominum occupaſſe vult Caietanus. Ait enim:

CAIETANVS. Et quidem tantus error adeò inualuit in hominum etiam doctiorum pectoribus, vt Lucas Pinellus ſuum De perfectione religioſa Opuſculum *Gerſonem* inſcripſerit.

ROS-WEYDVS. Ita quidem ille inſcripſit libellum ſuũ verè aureum de Perfectione religioſâ, quòd ita vulgò in Italiâ libellus de Imitatione Chriſti notior eſſet, quem in eo imitari ſtatuerat. non errore igitur vllo, ſed ſtudio eum libro ſuo titulum dedit: nec enim ignorabat eum ab aliis Thomę à Kempis tribui. Ita enim ille pręfatur ad religioſos Dei ſeruos: *Inſtitutum meum eſt, religioſe Lector, ſtylo ſimplici & perſpicuo libellum conſcribere, non abſimilem illi qui de* IMITATIONE CHRISTI, *auctore Gerſone vel Thoma de Kempis inſcribitur, ſed religioſorum profeſſioni in primis accommodatum.*

Et quidem Ioanni Gerſoni tribuendum non eſſe, rectè ita probat Caietanus:

CAIETANVS. Verùm enimuerò libellos hoſce

Ioanni

Ioanni Gerſoni minimè adſcribi debere, primùm manifeſtè docemur ex teſtimonio ipſius Gerſonis fratris, qui in epiſtolâ quadam ad Anſelmum (Cæleſtinum etiam monachum) ſcriptâ, dum eiuſdem omnia ſcripta ſingillatim enumerat, horum tamen de Imitatione Chriſti librorum nequaquam meminit. Imò quicumque is fuerit, in illâ certè Gerſonis laude, quam ante primam eiuſdem Opuſculorum partem attexuit, ita teſtatum reliquit: *Alij autem tractatus, qui ſibi nonnumquam tribuuntur, ſed tamen auctorem certum habent; vt eſt libellus de Contemptu mundi, quem conſtat à quodam Thomâ Canonico Regulari editum.*

Adhæc in omnibus fermè vbicumq; euulgatis exēplaribus tale quidqiā verbis iſtis animaduertitur: *Quāuis iſte libellus dicatur Ioānis Gerſon, auctor tamen ipſius fuit Thomas de Kempis Canonic. Regul.*

Antonius inſuper Poſſeuinus in Apparatu in Ioanne Gerſone: *Neque adeò defuerint, qui eidem adſcripſerint, quæ non cenſentur eſſe fetus ipſius: qualis eſt liber de Imitatione Chriſti, varijs iam linguis editus, cuius fuit auctor Thomas de Kempis.*

Ros-weydvs. Rectè hactenus Caietanus, rectè. quem tamen poſteà memorem fore optaverim trium horum teſtimoniorum, quæ dum à Gerſonis Operibus librū hunc proſcribunt, Thomę à Kempis vno velut calamo ſimul adſcribunt.

Quibus accedunt editiones (quas quidem vidi) omnes Operum omnium Ioannis Gerſonis, vti Colonienſis anno M.CCCC.LXXXIII. apud Ioannem Koelhoeff de Lubeck, Argentinenſis anno M. CCCC. LXXXVIII. apud Petrum Scottum; Argentinenſis anno M. CCCC. XCIV. apud Martinum Simum, Argento-

gentoratenſis anno M. D. XIV. apud Ioannem Knoblauch; Baſileenſis anno M.D.XVIII. Pariſienſis anno M.D.XXI. apud Ioannem Paruum, & Franciſcum Regnault ; Pariſienſis anno M. DC. VI. apud Societatem Typographicam, quarum nulla libros de Imitatione Chriſti nomine Ioannis Gerſonis expreſſit, ſed ab operibus eiuſdem reſecuit & excluſit.

Et verò ne neſcias quis ille fuerit, qui ante primam Opuſculorum Gerſonis partem, laudem eiuſdem attexuit; fuit ille Petrus Schottus Typographus Argentinenſis, qui Argentinæ in folio Tomis tribus Gerſonis Opera edidit anno M. CCCC.LXXXVIII.

Ioannem verò Gerſonem, qui Gallus fuit, huius libri auctorem eſſe non poſſe, vel inde poſteà, præter alia argumenta, maximè probabitur, quòd liber hic Flandriciſmis aliquot ſit reſperſus, quos Gallica lingua non admittit.

Sed quæ origo, quæ occaſio eſſe potuit inſcribendi hunc librum Ioanni Gerſoni?

CAIETANVS. Quâ de cauſſâ Ioanni huic Gerſoni Cancellario libellos illos quatuor de Imitatione Chriſti adſcripsêre permulti, vno excepto nominum penè ſimilium aucupio, neſcire me fateor. *Pag. 5.*

ROS-WEYDVS. Et ego hîc ignorantiam meâ profiteri malim, quàm temerè quid ſtatuere. Exiſtimat igitur Caietanus, nominũ ſimilitudine Ioannis Gerſen & Ioannis Gerſon errorem hunc contigiſſe. Quia igitur manuſcr. Aronenſis codex pręfert nomen Ioannis Gerſen (quem ille Abbatem, Italo-Benedictinum vult fuiſſe, etſi hactenus incognitũ) inde exiſtimat Ioanni Ger-

ſon Gallo, viro per totum orbem celeberrimo, librum eum olim inſcriptum.

Ego verò ita ſtatuo, nullum vmquam Ioannem Gerſen diſtinctum à Ioanne Gerſon extitiſſe, ſed errore ſcriptoris Gerſen vel Geſſen pro Gerſon poſitum, Cedò, vel vnus teſtis proferatur, qui Ioannis Gerſen vel Geſſen meminerit. Qui ſi inuentus fuerit, probandum adhuc reſtabit, eum librorum horum auctorem eſſe. Nónne ſcriptoris incuria & oſcitantia manifeſta deprehenditur, dum eumdem auctorem in eodem libro nunc *Geſen*, nunc *Geſſen*, nunc *Gerſen* exprimit? Scripſiſſet *Gerſon*, & communi errori, quo Ioannes Gerſon horum librorum auctor tunc exiſtimabatur, ſe cōformaſſet. Nunc nouus auctor ex antiquarij imperitiâ & lapſu Caietano cuditur. Vide infrà cap. v. de Gerſen ſeu Geſſen fuſiùs.

Quòd ſi diuinare liceat, cur Gerſoni libri hi de Imitatione Chriſti inſcripti fuerint, fortè hæc non improbabilis cuiquam videbitur coniectura. Quia Thomas à Kempis nullis vmquam Opuſculis ſuis ex humilitate nomen ſuum præfixit (vnde & dum Vitam B. Liduuinæ in compendium redigit, etſi ad Canonicos Regulares monaſterij S. Elizabeth prope Brielam eam mittat, tamen *fratris N. pauperis peregrini* velo ſe obtegit, quo etiam velamento vtitur in Prologo Sermonum ad Nouitios) hinc factum, vt dum varij ea exſcriberent, in diuerſas prouincias ſine nomine auctoris peruenerint. Adeò vt in Germanicum quoque ſermonem transfuſa & impreſſa fuerint anno M.D.XLV. nullo auctoris expreſſo nomine, vt tuteipſe diffiteri non potes, qui paginâ 13. eius rei Conradum Geſnerum (damnatę li-

cet

cet notæ ſcriptorem) in teſtem vocas. Quia verò Ioannis Gerſonis quoque Opuſcula à variis expetebantur, & deſcribebantur (cùm ipſe diu ante inuentam Typographiam obierit) euenit, vt libri de Imitatione Chriſti ſine auctoris Thomæ à Kempis nomine, coniuncti fuerint Opuſculo Ioannis Gerſonis de Meditatione cordis. Quod quia Ioannis Gerſonis nomen præferebat, creditum fuit, eumdem etiam præcedentium librorum, qui inibi coniuncti erant, auctorem eſſe; vnde vetuſtiſſimæ editiones libellum Ioannis Gerſonis de Meditatione cordis coniunctum exhibent cum libris de Imitatione Chriſti. Hoc probabilis fortè coniecturæ locum apud poſteros obtinebit.

CAPVT V.

An libri de Imitatione Chriſti Ioanni à Geſſen ſint aſſerendi.

ROS-WEYDVS. Cõſtantinus Caietanus vno potiſſimùm argumento libellum hunc Ioanni à Geſſen adſerere conatur, ex Aronenſis perantiqui, vt ait, codicis fide.

CAIETANVS. Exſtat ad anguſtias Verbani Galliæ Ciſalpinæ lacus, Arona Borromæorum Princ pũ oppidum, naturâ loci & arce munitiſſimũ; necnon Aronẽſe Benedictinorum monaſterium SS. Gratiniani & Felini martyrum, olim celeberrimum, nunc Patrum Societatis IESV Domus Probationis. In huius porrò Archiuo Ioannis Geſſen Abbatis manu exara- *Pag. 15.*

tum, vel eo dictante ab alio conſcriptum, in ouinâ paginâ Opuſculum adſeruatur. Atque idem Geſſenſis dum non tantùm in fine (prout in ſuo illo exemplari Thomas à Kempis obiter notabat) verùm etiam & in vniuſcuiuſque libelli tam inſcriptione quàm ſubſcriptione nomen ſuum apponit, eoſdem libellos à ſe compoſitos atteſtari voluiſſe quis non videt? Sic enim ibi: *Incipiunt capitula libri primi, Abbatis Ioannis Geſen. Incipit Tabula libri ſecundi, Abbatis Ioannis Geſen. Incipit Tabula tertij libri, Abbatis Ioãnis Geſen. Incipiũt Capitula quarti libri, Abbatis Ioannis Geßen Explicit liber quartus & vltimus Abbatis Ioannis. Gerſen, de Sacramento Altaris.*

ROS-WEYDVS. Ergóne rurſus ad auguria me vocas, Caietane? Vnde, quæſo, tibi conſtat, quod tam aſſeueranter dicis, libellum hunc, qui in Aronẽſi Domo noſtrâ exſtat, *Ioannis Geſſen Abbatis manu exaratum, vel eo dictante ab alio conſcriptum?* quem teſte, quas tabulas producis? Nullas profectò, præter eas ipſas, quæ certiſſimò euincunt contrarium. Cui enim iudicioſo perſuadebis, auctorem ipſum nomen ſuum ignoraſſe, vt nunc *Geſen*, nunc *Geßen*, nunc *Gerſen* ſcripſerit aut dictauerit?

Quòd ſi mihi quoque augurari liceat, dixerim librum eum deſcriptum ex libro, qui Ioannis Gerſon nomen præferebat, ſiue impreſſus ille ſiue manuſcriptus fuerit. Nunc quàm facile fuit ſcriptori Aronenſis codicis ſcribere *Gerſen* pro *Gerſon*: cùm ipſe in eodem libro ſatis ſuam inconſtantiam & incuriam prodat, dum eumdem auctorem nunc *Geſen*, nunc *Geſſen*, nunc *Gerſen* inſcribat? Vnde quoque conſequitur, nullum vnquam

quam Ioannem à Geſſen libelli huius auctorem in Italiâ exſtitiſſe, niſi fortè exſcriptor aliquis vel herus libri eo nomine appellatus fuerit, qui nomen ſuum ita præſcripſerit.

Quòd ſi quiſpiam pręterea roget, ſi Gerſon in Gerſen ſeu Geſſen mutatus eſt, vnde Gerſoni nomen *Abbatis* adhæſerit; in re incertâ nonniſi coniecturis vti licet. Quid ni fieri potuit, vt Scriptor ille in alijs incorrectus, ex propriâ opinione addiderit nomen *Abbatis*; quòd videlicet aliquoties eum in his libris legeret monachorum meminiſſe, & ijs velut præcepta præſcribere, quod mirum videri non debet, cùm Caietanus pag. 48. & 49. in eam opinionem ijs ex locis ſe ipſe induerit, vt non ſolùm monachum, ſed & monachorum Præſulem ſeu Abbatem fuiſſe, apertiſſimè inde colligi velit.

Quòd ſi ea coniectura minùs placet, vide an altera hęc magis ſatisfaciat. Eius tituli occaſio fortè in quorundam animis oboriri potuit, quòd Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis fratrem habuerit eiuſdem nominis, qui Prior fuit Cæleſtinorum Lugduni; quod video Poſſeuino noſtro contigiſſe in Apparatu ſacro, vbi vtrumque confundit: vel certe legerant quidam in eius Operibus, in cauſſis ob quas Cancellariam dimittat, quòd Prælaturâ aliquâ præditus fuerit. Ibi enim ille ita de ſe: *Conſideretur, quod perfectus eſſe Brugis poteſt ſolo etiam vitæ exemplo, ſi verba deeſſent: vbi tamen proficere beneficium notabile perſtringit Prælatura tam ſolemnis*. Non fuit tamen Prælatura illa Abbatia aliqua, ſed potiùs Decanatus Canonicorũ. Ita enim ibidẽ ait: *Cogor prouidendo Decanatũ tenere, vbi proficere verbis & exẽplis ſum adſtrictus*

 Sed

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Sed pergit Caietanus auctorem ſuum Geſſen inquirere.

Pag. 20. CAIETANVS. Quod inſuper ad familiæ nomē Geſſen attinet, nihil certi affirmare poſſū. Hoc tamen veriſſimū eſt, familiam de Geſſen vel de Geſſate, Mediolani inter nobiles quaſque numeratā fuiſſe: vt etiam antiquiſſima ciuitatis eius monumenta demonſtrant, ac rerum Mediolanenſium Scriptores teſtantur. Mediolani quoque noſtrum S. Petri monaſterium, ac prope illud viæ ſiue domus, ab eadem familiâ denominantur de Geſſe, aut de Geſſate, vulgò Geſſa. Sed & non longè ab eâ ipſâ ciuitate exſtat prætereà oppidum Geſſatum.

ROS-WEYDVS. Vbi monumēta familię de Geſſen vel de Geſſate produxeris, credam talem aliquam eſſe; virum tamen aliquē ex eâ familiâ huius libelli auctorem eſſe non credam. Aliud loquuntur certiſſimæ tabulæ Belgicæ non vnæ, teſtantur viri graues & Thomæ coęui. Equidem inconſtantia tua dum nunc *de Geſſen*, nunc *de Geſſe*, nunc *de Geſſate*, nunc in *Geßâ* citas, dubium me reddit de certâ auctoris familiâ. Vereor ne nomina ad arbitrium ſint detorta. Certè vir grauis Mediolani habitans hæc monet: *Mediolani nulla eſt familia de Geſſen, aut Gerſen, quod ſciam, neque Genuæ. Eſt Mediolani tantum monaſterium Ordinis S. Benedicti, quod dicitur S. Petri in Geſſato; in quo verbo fortaſsis D. Conſtantinus exultat. ſed ego exiſtimo eſſe cognomen loci quemadmodum Thomæ à Kempis.* Ita ille. Quidquid ſit, ſiue Mediolani ſiue Genuæ talis aliqua familia ſit, nihil ad cauſam facit. Proferendus aliquis ex illâ familiâ qui Abbas fuerit. nec hoc ſatis: reſtabit enim probare cum

Digitized by Google

re eum auctorem libri de Imitatione Chriſti fuiſſe.

CAP. VI.

Libri de Imitatione Chriſti, Thomæ à Kempis, Canonico Regulari ex Ordine S. Auguſtini, vindicandi ſunt. cuius ſententiæ prima ratio ducitur ab auctoritate Ioannis Buſch, qui eidem vicinus eodem tempore vixit.

ROS-WEYDVS. Cùm anno M. DC. XV. Caietanus Romæ bellum ſtatuiſſet indicere Thomæ à Kempis, ſcripſit ad me R. P. Iacobus à Quaille pro ſuppetijs. Hunc ergo tunc primipilum primâ in acie poſui. *Epiſt. ad P. Quaille 4. Iunii 1615.*

Ioannes Buſch (quem manu-ſcriptum ex S. Martini monaſterio Louanienſi habeo) Canonicus Regularis Capituli VVindeſimenſis, in libro, quem ſcripſit de Viris illuſtribus Ordinis Canonicorum Regularium in VVindeſem, diœceſis Traiectenſis, in Præfatione dicit, ſe hoc opus aggredi, *quia omnes penè Patres noſtros in Vindeſem, primitiuos Magiſtri Gerardi Magni, Dominiq; Florentij Radevvini diſcipulos vidi & agnoui à quibus ad iſtum Ordinem à primæuo ſum ſuſceptus*. Dicit prętereà ſe ſcripturum, *quæ oculatâ fide coram poſitus vidi, audiui, inſpiratus ſum*. In capite verò XXI. vbi agit de morte Ioannis de Heuſden Prioris VVindeſem, qui obijt anno M. CCCC. XXIIII. ait; *Contigit ante paucos dies ſui obitus, vt duos fratres notabiles de Monte ſanctæ Agnetis*

prope Svvollis, Ordinis noſtri, dictum Priorem noſtrum ſub certis rebus conſulturi, in VVindeſem aduenirent. Quorum vnus frater Thomas de Kempis, vir probata vita, qui plures deuotos libros compoſuit, videlicet, Qui ſequitur me de Imitatione Chriſti, cũ alijs, nocte inſecutâ ſomnium vidit, præſagum futurorum.

Vin' clarius teſtimonium, quàm ab ipſius Thomæ coquo? Auctor hic ętatem ſuam, quâ hęc ſcripſit, prodit in Præfatione ante ſequens Opuſculum de Origine monaſterij in VVindeſem: *A me autem in VVindeſem pro tunc ſimplici fratre, poſt aliquorum monaſteriorum reformationem. & Prælaturarum tranſactionem iſta ſunt inchoata; ſed in Sultenſi Prælaturâ Ordinis noſtri & Capituli noſtri in Saxoniâ, anno Domini M. CCCC. LXIV. vtcumque completa.* Quo tempore Thomas à Kempis adhuc viuebat: quare nihil de eo præter iam ſuprà dicta attingit.

Hæc ego tunc Romam litteris meis perſcripſi; quæ tam teſtata eſſe exiſtimaui, vt repertum iri neminem crederem, qui tabulis his non ab annis, non à fide laborantibus, fidem abrogaret. Quid tamen ad hæc Caietanus?

Pag. 8.

CAIETANVS. Nũquid forſan & Ioannes iſte Buſch eodem errore, quo & Sommalius, vel ante hunc alij, decipi non potuerit? Nec mirum profectò eſſe debet, ſi Scriptor hic ſparsâ apud ſuos, falsò licet, famâ ſit hallucinatus; quandoquidem & de certis librorũ auctoribus non modò vulgares, ſed eruditiſſimos etiam quoſque homines ab antiquiſſimis ad hæc noſtra tempora, deluſos eſſe cognoſcimus.

ROS-WEYDVS. Scio equidẽ libros ſæpè circumlatos & editos alienis nominibus, quod varià

riâ occaſione fieri potuit. Sed cùm Ioánes Buſch eodem cum Thomâ tempore, in eodem Ordine, in monaſterio vicino, quod niſi vno milliari à Thomæ Kempenſis monaſterio diſtat, vixerit; quæ hîc vel leuis vmbra famæ falsò ſparſæ eſſe potuit? Vixit Ioannes Buſch in monaſterio Canonicorum Regularium in VVindeſem, prope Svvollam, quod fundatum eſt anno Domini M. CCC. LXXXVII. Thomas à Kempis in monaſterio S. Agnetis prope Svvollam, quod initium cœpit anno M.CCC.XCVIII. In huius ciuitatis confinio ſita erant altrinſecus duo illa monaſteria recens exſtructa, cùm Thomas à Kempis & Ioannes Buſch ea incolerent, ita ſibi vicina, vt vnâ die ſæpiùs hinc inde commeare poſſis. Religioſi ſæpè ſe inuicem inuiſebant, libros communicabant; & hîc de famâ falsò ſparsâ comminiſci audes? Ioannes Buſch è primis Capituli VVindeſimenſis ſcriptoribus, cùm in acta, vitam, ſcripta ſuorum Religioſorum inquirit, cùm fundationes monaſteriorum, quæ ſub Capitulo VVindeſimenſi cenſentur, exequitur; ea ſe ſcribere ait *quæ oculatâ fide coràm poſitus vidi, audiui, inſpiratus ſum*, quis hîc de famâ, & quidem falsò ſparsâ, ſuſpicari poteſt? Miror equidem virum qui in ſacra monumenta inquirit, tam leuiter à monumento teſtatiſſimo recedere. Paginâ 13. credis auctori Vitę Thomæ à Kempis, qui Thomam numquam viderat, ſed tantùm quædam à Confratribus Thomæ ſuperſtitibus acceperat; & auctori Ordiniſque ſui actuario fidem derogas, qui Thomam conſpexit, cum eo verſatus eſt. Quis non hîc iudicium requiret? Quamquam nec auctor Vitæ Thomæ à Kempis à tuis ſtat partibus,

prope Svvollis, Ordinis noſtri, dictum Priorem noſtrum ſub certis rebus conſulturi, in VVindeſem aduenirent. Quorum vnus frater Thomas de Kempis, vir probata vita, qui plures deuotos libros compoſuit, videlicet, Qui ſequitur me de Imitatione Chriſti, cũ alijs, nocte inſecutâ ſomnium vidit, præſagum futurorum.

Vin' clarius teſtimonium, quàm ab ipſius Thomæ coquo? Auctor hic ętatem ſuam, quâ hęc ſcripſit, prodit in Præfatione ante ſequens Opuſculum de Origine monaſterij in VVindeſem: *A me autem in VVindeſem pro tunc ſimplici fratre, poſt aliquorum monaſteriorum reformationem. & Prælaturarum tranſactionem iſta ſunt inchoata; ſed in Sultenſi Prælaturâ Ordinis noſtri & Capituli noſtri in Saxoniâ, anno Domini M. CCCC. LXIV. vtcumque completa*. Quo tempore Thomas à Kempis adhuc viuebat: quare nihil de eo præter iam ſuprà dicta attingit.

Hæc ego tunc Romam litteris meis perſcripſi; quæ tam teſtata eſſe exiſtimaui, vt repertum iri neminem crederem, qui tabulis his non ab annis, non à fide laborantibus, fidem abrogaret. Quid tamen ad hæc Caietanus?

Pag. 8. CAIETANVS. Nũquid forſan & Ioannes iſte Buſch eodem errore, quo & Sommalius, vel ante hunc alij, decipi non potuerit? Nec mirum profectò eſſe debet, ſi Scriptor hic ſparsâ apud ſuos, falsò licet, famâ ſit hallucinatus; quandoquidem & de certis librorũ auctoribus non modò vulgares, ſed eruditiſſimos etiam quoſque homines ab antiquiſſimis ad hæc noſtra tempora, deluſos eſſe cognoſcimus.

ROS-WEYDVS. Scio equidẽ libros ſæpè circumlatos & editos alienis nominibus, quod variâ

riâ occaſione fieri potuit. Sed cùm Ioãnes Buſch eodem cum Thomâ tempore, in eodem Ordine, in monaſterio vicino, quod niſi vno milliari à Thomæ Kempenſis monaſterio diſtat, vixerit; quæ hîc vel leuis vmbra famæ falsò ſparſæ eſſe potuit? Vixit Ioannes Buſch in monaſterio Canonicorum Regularium in VVindeſem, prope Svvollam, quod fundatum eſt anno Domini M. CCC. LXXXVII. Thomas à Kempis in monaſterio S. Agnetis prope Svvollam, quod initium cœpit anno M.CCC.XCVIII. In huius ciuitatis confinio ſita erant altrinſecus duo illa monaſteria recens exſtructa, cùm Thomas à Kempis & Ioannes Buſch ea incolerent, ita ſibi vicina, vt vnâ die ſæpiùs hinc inde commeare poſſis. Religioſi ſæpè ſe inuicem inuiſebant, libros communicabant; & hîc de famâ falsò ſparsâ comminiſci audes? Ioannes Buſch è primis Capituli VVindeſimenſis ſcriptoribus, cùm in acta, vitam, ſcripta ſuorum Religioſorum inquirit, cùm fundationes monaſteriorum, quæ ſub Capitulo VVindeſimenſi cenſentur, exequitur; ea ſe ſcribere ait *quæ oculatâ fide coràm poſitus vidi, audiui, inſpiratus ſum*, quis hîc de famâ, & quidem falsò ſparsâ, ſuſpicari poteſt? Miror equidem virum qui in ſacra monumenta inquirit, tam leuiter à monumento teſtatiſſimo recedere. Paginâ 13. credi vis auctori Vitę Thomæ à Kempis, qui Thomam numquam viderat, ſed tantùm quædam à Confratribus Thomæ ſuperſtitibus acceperat; & auctori Ordiniſque ſui actuario fidem derogas, qui Thomam conſpexit, cum eo verſatus eſt. Quis non hîc iudicium requiret? Quamquam nec auctor Vitæ Thomæ à Kempis à tuis ſtat partibus,

vti tibi falsò perſuades; ſed egregiè cum Ioanne Buſch conſpirat. Ille igitur paulò pòſt nobis, vel te iudice, teſtatiſſimum dabit teſtimonium. Pergis porrò Ioannis Buſchij de Thomà fidem eleuare.

Pag. 12. CAIETAN. Buſchij de illo teſtimoniũ: *Contigit vt duo fratres notabiles de Monte S. Agnetis prope Zvvollis, Ordinis noſtri, dictum Priorem noſtrum ſub certis rebus conſulturi, in VVindeſem aduenirent: quorum vnus frater Thomas de Kempis, vir probatæ vitæ qui plures deuotos libros cōpoſuit, videlicet: Qui ſequitur me, de Imitatione Chriſti, cum alijs:* valde ſuſpectum redditur Lectoribus: à quopiam enim poſt Buſchium addita ea eſſe verba, quis non videt? Nam ſi duo fratres erant notabiles, cur vnus tam affectatis & extra rei propoſitum effuſis verbis exprimitur, alter verò tam ignobili ſilentio prætetitur?

ROS-WEYDVS. Quę hæc demũ argũtãdi ratio? Quia præuidebas non facilè te perſuaſurũ Lectori, vt Ioãni Buſchio, qui cũ Thomâ verſatus eſt, fidem abrogaret, & innominato auctori vitæ Thomæ, qui eum numquam viderat, fidem commodaret (quamquam nec ipſe Buſchio cõtrarius eſt, vt pòſt videbimus) quid non comminiſceris? Vis verba ea, quæ Thomam libri de Imitatione Chriſti auctorem faciunt, poſt Buſchium addita. quo quęſo fundamento? *Nam*, inquis, *ſi duo fratres erant notabiles, cur vnus tam affectatis & extra rei propoſitum effuſis verbis exprimitur, alter verò tam ignobili ſilentio præteritur?*

Vtinã, Caietane, hîc in te ipſum penitiùs deſcendiſſes, aduocaſſes iudicium, perpenſiùs teſtimonium hoc conſideraſſes; non diceres, *vnũ tam affe-*

affectatis & extra rei propoſitũ effuſis verbis exprimi. Nempe non animaduertiſti, Thomã à Kempis hîc teſtem magnę rei aduocari. Non vides de illo ſolo dici, *quòd nocte inſecutâ ſomnium vidit, præſagum futurorum*? Cui bono, ſocio eius fides præſtrueretur, vel vitæ vel ſcriptorum commẽdatione, cùm illi nulla viſio contigiſſet, cùm ad nullam conteſtationem aduocaretur? Prudenter igitur Buſchius Thomæ ſocium ſilẽter præterijt, vnum Thomam nominatim honorificeq; expreſſit; cui vni ac ſoli ſomniũ futurorũ præſagum obtigerat, qui vnusſoluſque teſtimonium ſanctitati Ioannis Heuſden Prioris VVindeſimẽſis dixerat ac mortẽ prædixerat. Quòd ſi viſionẽ illam, ſi ſomniũ, ſi prędictionem videre deſideras, conſule Thomę Vitam, quam hîc in calce habes; vbi in Notis calamo Ioannis Buſchij rem totam dedi. Vides nunc, Caietane, nec verba illa poſt Buſchium eſſe addita, nec affectatis & extra rei propoſitum effuſis verbis vnum exprimi, & alterum ignobili ſilentio præteriri.

Et verò ne vlla tibi dubitatio inhæreat, quaſi vel margini vel textui ea verba poſtmodum fuerint appoſita vel inſerta, librum Ioannis Buſchij habeo, eâ ipſâ ętate auctoris ſcriptum, in quo nullum marginale, nihil addititium apparet. Et plura ſunt in Belgio talia exemplaria, quæ vbi opus fuerit, teſtimonium dicent.

CAP.

CAP. VII.

Secunda ratio, quâ libri de Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis vindicantur, ducitur à teſtimonio Trithemij.

ROS-WEYDVS. Secundò accedit teſtimoniũ Trithemij de Scriptoribus Germaniæ; vbi narrat, ſuo tempore dubitatum, an Opuſculum hoc de Imitatione Chriſti eſſet Thomæ à Kempis ſenioris an iunioris. Nam duo in eodem loco, eodem nomine vixerunt. Et ibi ſententiam ſeniorum ſuorum, qui eodem tempore vixerant, refert.

Pag. 9. CAIETANVS. Verũ enim verò & hoc Trithemij teſtimonio, quod Ros-vveydus tãquam ſententiæ ſuæ fauens propoſuit, nos, Ioannis Buſch fides, pro Thomâ à Kempis aſſerta, quantum vacillet, adhuc oſtendamus. *Et notandum* (ait Trithemius) *quòd duo feruntur huius fuiſſe nominis, ambo de Kempis, ambo Regulares in Monte S. Agnetis, ambo ingenio præſtantes & ambo varia cudentes Opuſcula: quorũ primus temporibus magiſtri Gerardi Magni ad Religionem conuerſus, diuinis reuelationibus dignus habitus, ea, quæ ſuprà recenſuimus, Opuſcula ſcripſiſſe dicitur. Secundus verò adhuc noſtris temporibus penè viguit in humanis, & varia compoſuit, quæ ad manus noſtras non venerunt. Et forſitan primo nonnulla ſunt adſcripta, quæ ſecundus feciſſe putatur. Libellus autem de Imitatione Chriſti primi fertur auctoris, quem ante multos annos ſeniores noſtri ſuos ferunt legiſſe ſeniores: quamuis ſciam nonnullos in hac re ſentire contrarium.* Hęc Trithemius iam ſcripſerat anno

I. Trith. Catal illuſtr. Vir. Germaniæ.

Digitized by Google

anno Domini M. CCCC. XCV. quod apertè conſtat ex ipſo eius Opere de Illuſtribus viris Germanicæ nationis: vt videas hunc illum eiuſdem Thomæ, qui obijt anno M. CCCC. LXXI. etiam coæuum: & Ioanni Buſch, qui eo in Opere Arnoldus de Buſco vocatur, ætate per omnia æqualem exſtitiſſe. Nihilominùs auctor Germanus, & in eiſdem Germaniæ partibus, & per ea ipſa ſcribens tempora, vano aliquorum rumore quaſi conſtrictus, affirmare non dubitauit: *Libellus de Imitatione Chriſti primi fertur auctoris.* Fertur, inquam, ait Trithemius: nam quòd ab eo hîc obiter dici contigerit, non niſi ex aliorum relatione ſe potiùs referre fatetur. Quod autem certò ſcire idem poterat, indubitanter aperit; dum ait: *Quamuis ſciam nonnullos in hac re ſentire contrarium.* Quòd ſi Thomas à Kempis verus fuiſſet illius libri auctor, minimè quidem tanta ſententiarum diuerſitas, ipſo vix mortuo, ſuperfuiſſet. Et eò maximè, quòd Thomas à Kempis ſenior, licet ætate prior, eodem tamen quo iunior Thomas, eodem quo Trithemius & Buſchius, ſæculo vixit.

ROSWEYDVS. Neſcio equidē quam hîc rutubam moueas, Caietane: ita nec Trithemium percipis, vel certè non percipere præte fers, vt eum in alienum ſenſum detorqueas.

Primò, Dictum illud Trithemij, *Quamuis ſciam nonnullos in hac re ſentire contrarium*, ita interpretaris, quaſi vtrique Thomæ, & ſeniori & iuniori, librum de Imitatione Chriſti abiudicet, vel certè ab aliis abiudicari ſentiat. Nihil tale vel ſenſit, vel cogitauit Trithemius. vbi diſſidium narrauit de vtroque Thomâ ſeniore & iuniore, vtri liber

ille

ille adſcribendus ſit, dicit famâ ferri, ſenioris eſſe; *quamuis*, ait, *ſciam nonnullos in hac re ſentire contrarium*, id eſt, ſciam nonnullos ſentire iunioris eſſe. De iis enim duobus tantùm erat inter contubernales ſuos diſceptatio. Fuit igitur Thomas à Kempis, etiam Trithemio teſte, verus eius libri auctor: quamquam in medio relinquat vtrius fuerit, ſenioris an iunioris. Nullo verò modo dubitaſſe Trithemium quin alterutrius Thomæ liber ille fuerit, vel inde manifeſtum euadit, quòd idem in libro Eccleſiaſticorũ Scriptorum (quem poſt librum de Scriptoribus Germaniæ ſcripſit, cùm hunc in illo citet) ſimpliciter & abſolute Thomæ à Kempis eum librum eſſe aſſerat. Cùm verò addis, Trithemium, dum ait, *Quamuis ſciam nonnullos in hac re ſentire contrarium*: his verbis *indubitanter aperire, quod certò ſcire idem poterat*, vides quàm certum mihi & indubitatum pro Thomâ Kempenſi iuniore teſtimonium à Trithemio præbeas.

Secundò, Mirari ſatis non poſſum, quomodo aſſeras Trithemium Ioanni Buſch *ætate per omnia æqualem extitiſſe*; cùm ipſe Buſch Thomę à Kẽpis ætate pænè æqualis fuerit & ſuppar, vt tũ ex eius libro de Illuſtribus viris Ordinis ſui colligitur, tum ex Prologo libri de Origine monaſterij in VVindeſem; vbi ſcribit, ſe ea vtcumq; compleſſe anno M. CCCC. LXIV. cùm ipſe eſſet iam plus quàm ſexagenarius: Thomas verò à Kempis obierit nonagenario maior, anno M. CCCC. LXXI. Trithemius autem natus eſt anno M. CCCC.LXII. Fuerit igitur ipſe tunc tantùm bimulus, cùm anno M.CCCC.LXIV. Buſchius teſtatur ſe ſupra ſexaginta annos vixiſſe.

Certum

Digitized by Google

Certum eſt igitur, Trithemium puerum fuiſſe, cùm Buſch iam decrepitâ erat ętate. Imò Trithemius exiſtimauit etiam Thomam iuniorem ante ſua tempora mortuum. Ideò enim dicit: *Secundus verò adhuc noſtris temporibus penè viguit in humanis.*

Tertiò, Errorem errore cumulas. Nam cùm hîc dicas, *quòd Thomas à Kempis ſenior, licet ætate prior, eodem tamen quo iunior Thomas, eodem quo Trithemius & Buſchius, ſæculo vixit:* quomodo paginâ 47, verba Trithemij, *quem ante multos annos ſeniores noſtri ſuos ferunt legiſſe ſeniores*; trahis ad tempus *cuius memoria non exſtat?* Ætate Trithemij certum erat, librum de Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis eſſe; ſed tãtùm dubium erat, (cùm duos Thomas fuiſſe in eodem monaſterio exiſtimaſſent) vtrius ille liber eſſet. Ita igitur ratiocinatur Trithemius: *Cùm duo Thomæ à Kempis fuiſſe dicantur, & dubium ſit cui hic liber tribuendus ſit, quidam exiſtimant ſenioris Thomæ eſſe.* rationem addit: *Quia cùm ſeniores noſtri qui meo tempore viuunt, dicant ſeniores ſuos iam ante multos annos eum librum legiſſe, videtur ſequi, eum librum ſenioris Thomæ eſſe, cùm iunior Thomas noſtris penè viguerit temporibus*: atque ita ſi ille iunior eius libri auctor eſſet; non videtur apparere, quomodo ſeniores (non qui ętate Trithemij viuebant, ſed qui iam ante multos annos vixerant, cùm ſeniores ætate Trithemij viuentes, adhuc iuuenes eſſent) eum librum potuerint legere. His tamen non obſtantibus, ait fuiſſe nonnullos, qui contrarium hac in re ſenſerint, id eſt, Thomæ iuniori librum de Imitatione Chriſti tribuẽdum cenſuerint. Quorum veriſſima eſt ſententia; modo ſeniorẽ ſciant

non

non Thomam a Kempis, ſed Ioannem à Kempis fuiſſe vocatum: quam animaduerſionem non grauate mihi concedes, cùm Trithemius dicat, *quod duo feruntur huius fuiſſe nominis*. Noſti enim quam modicæ fidei apud te ſit, *ferri* aliquid, etiã in hoc ipſo Trithemij loco.

Vixêre igitur in Monte S. Agnetis duo Kempenſes germani fratres, quorum maximus natu Ioannes dicebatur, alter Thomas. Ita clarè Ioannes Buſchius refert in libro de Viris illuſtribus Capituli VVindeſimenſis.

Ioannes a Kempis in Ordinem ſuſceptus eſt anno M. CCC. LXXXVII. vti ſcribit idem Buſch cap xiij. de Origine monaſterij in VVindeſem, & tertius inter ſex fratres primitiuos profeſſione fuit, vt ibidem dicitur, & capite xxxv. de Viris illuſtr. quo poſteriore loco cùm dicatur obijſſe, poſtquam xl. annos in ordine compleuerat; ſequitur eum deceſſiſſe circa annum M. CCCC. XXVII. vel M. CCCC. XXVIII. Varijs locis Priorem egit, etiam in Monte S. Agnetis, vbi Thomas á Kempis eius frater ei conuixit. Nihil inuenio eum ſcripſiſſe ſeu compoſuiſſe, ſed tantùm Excerptum aliquod ex S. Bernardo confeciſſe, & varia exſcripſiſſe, illuminaſſe, & emendaſſe volumina.

Thomas verò à Kempis, eius frater, addixit ſe Ordini anno M. CCCC. & obijt anno M. CCCC. LXXI. poſtquam LXX. annos in Ordine vixiſſet, vti refert innominatus auctor Vitæ Thomæ à Kempis, tantopere Caietano laudatus.

Ex his iam clarum euadit, quomodo ſeniores tempore Trithemij anno M. CCCC. XCV. dicere po-

re potuerint, ſeniores ſuos iam ante multos annos librum de Imitatione Chriſti legiſſe. Certum eſt enim ex Thomæ autographo, vbi annorum notam appoſuit; librum eum ſcriptum anno M. CCCC.XLI. Scripſit tunc quidem hoc exemplar, ſed fortè annis aliquot antè compoſuerat, & aliud exemplar ſcripſerat. Nónne multi anni ſunt LIIII. qui inter annum M.CCCC. XLI. & M. M.CCCC.XCV. intercedunt? Cùm hæc prima editione ſcripſeram, nactus ſuum poſteà exemplar Nouiomagenſe ſcriptum anno M.CCCC. XXVII. Ergo inter annum M.CCCC.XXVII. & M.CCCC.XCV. pęne ſeptuaginta anni intercedũt. Hactenus de Trithemii, in causâ Thomæ Kempenſis meæque opinionis, teſtimonio.

CAP. VIII.

Tertia ratio, quâ libri de Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis vindicantur, ducitur à phraſi Flandricâ.

ROS-WEYDVS. Scripſeram ego in epiſtolâ meâ priuatâ pro tertiâ ratione: Phraſis Teutonica ſeu Flandrica Flandrum auctorem loquitur. Contra quam ſic replicat Caietanus.

CAIETANVS. Quid ſi demõſtraremus id à Ros-vveydo gratis excogitatum, & quòd potiùs phraſis Italica Italum auctorem loquatur? *Pag.* 18.

ROS-WEYDVS. De Italicâ phraſi viſuri ſumus cap. xv. Nũc agamus de eo quod prę manibus eſt. Ne gratis quidquã à me excogitatũ ſuſ-

Digitized by Google

picetur Caietanus, ecce manipulos aliquot Teutonicę ſeu Flādricæ phraſis; quos in epiſtolâ meâ prætermiſeram, quòd ad Flandrum eam ſcriberem, qui vnà mecum linguam eam callebat, qui ſimiles quoq; ipſe animaduerterat. Nec nouiter hæc ratio à me excogitata eſt, cùm eius iam olim meminerit editio Pariſienſis anno M. D. XXI. apud Iodocum Badium Aſcenſium in 8. in tomulo tertio Enchiridij piarum mentium; vbi dicitur, quod libri hi perperàm M. Ioanni Gerſoni adſcribi ſolent: ſtylus enim totus Teutonicam redolet phraſim. Nec tamen hactenus quiſpiam fuit, qui id gratis excogitatum ſcripſerit. Satisfaciamus igitur Caietano, & Teutoniſmos in medium producamus.

Libro primo cap. I. §. 3. *Si ſcires totam Bibliam exteriùs*, **Al coſt ghy den gheheelen Bybel van buyten.** Quis memoriâ aliquid tenere, dixit *exteriùs ſcire*? Hæc phraſis ſolis Flandris vulgò vſitata eſt. Eam quoque (quod epimetri loco addo) vſurpat Florentius Thomæ noſtri moderator in epiſtolâ ad Henricum Balueren, qui fuit veſtiarius in VVindeſem, vti refert Ioannes Buſch Thomæ quoque vicinus collega, in libro de Viris illuſtr. Capituli VVindeſimenſis, cap. XXXIX. *Cōſulo tibi quòd habeas circa te Speculum monachorum, aut Speculum Bernardi, ſecundùm quod omnes actus tuos potes ordinare: quod etiam ita diſcas exteriùs, vt in omnibus operibus tuis occurrat tibi, quomodo te debeas habere.* Item: *Et hoc erit tibi leue, quādo promptâ conſuetudine libellum ſcis exteriùs.* Quæ phraſis Aronenſis codicis ſcriptori, Italo cęlo, ita inſolens viſa fuit, vt *exteriùs* primo capite de Imitatione Chriſti omiſerit, non capiens quid auctor

Teuto

Teuto eà ſibi vellet. Eam tamen vocem & duo MSS. autographa & editiones omnes exhibent, vnâ exceptâ, quæ *exteriùs* in *memoriter* mutauit, ſenſum videlicet Latiniùs ad omnium captum exprimens:

Cap. IV. §. 2. *Magna ſapientia eſt, non eſſe præcipitē in agendis, nec pertinaciter in proprijs ſtare ſenſibus.* Merus Flandriſmus, *in proprijs ſtare ſenſibus.* **op ſyn eyghen ſinnen ſtaen.**

Cap. VI. §. 1. *Leuiter etiam indignatur, ſi quis ei reſiſtit.* Hìc *leuiter indignari*, eſt **lichtelijck gram worden/** id eſt, facilè indignari, non autem parum vel venialiter: quæ locutio auctori noſtro valdè frequentatur. ſic cap. XI. §. 5. *facere cum leuitate*, id eſt, facilitate: capite XIV. §. 1. *leuiter peccare*. cap. XIX. §. 3. *leuiter deficere*. cap. XXI. §. 6. *leuiter conqueri*. Lib. II. cap. II. §. 2. *leuiter ſatis facere*. Libro III. cap. XXX. §. 3. *leuiter trahi*.

Libro ſecundo cap. IX. §. 3. *quando homo ſtat ſuper ſeipſum*. purus putus Teutoniſmus, *ſtare ſuper ſeipſum*, **op ſijn ſeluen ſtaen.** Sic dixit lib. I. c. 7. §. 1. *Ne ſtes ſuper teipſum.*

Cap. IX. §. 3. *facilè labitur ad conſolationes humanas.* Item: *Non cadit ſuper conſolationes.* Non facilè obuium in aliâ linguâ quàm Flandricâ *labi & cadere ſuper conſolationes*, **vallen op trooſt/** id eſt, confugere ad conſolationes.

Libro tertio cap. XLI. §. 1. *fili noli tibi attrahere*, Flandricè **aentrecken/** & cap. XLIV. in titulo: *De non attrahendo ſibi res exteriores.* Cap. XLIV. §. 1. *Si benè ſteteris cum Deo, faciliùs te victum portabis.* Vſitatiſſimum Flandris, *benè ſtare cum aliquo*, **met iemandt wel ſtaen/** id eſt amicum alicui eſſe.

Cap.xlvi.§.1. *Quare tam parua tibi ad cor tranſeunt?* Nihil frequentius Belgis, *Hoc tranſit mihi ad cor*, **dat gaet my ter herten.** Sic etiam loquitur cap.xlvii.§.4. *O ſi tibi hæc ſaperent, & profundè ad cor tranſirent.*

Lib. iv. cap. i. §. i. *Ad capienda tanta myſteria me reuerberat propria conſcientia*. Quod Flandris eſt, **dit verſlaet my**/verbo vertit, *hoc me reuerberat*, id eſt, percellit. Sic lib. iii. cap. xx. §. 2. *Hoc eſt quod me frequenter reuerberat.*

Cap. x. §. 3. *Propter aliquam paruam turbationem vel grauitatem, ſacram non dimittas Communionem.* Verbotenus **ſwarigheyt**/ *grauitas*, pro tribulatione. quòd ſæpiùs tum in his libris, tum in aliis eius Opuſculis occurrit. Sic dixit li. i. cap. xii. §. 1. *habere grauitates*. cap. xiii. §. 8. *grauitatem nõ ſentire*. Lib. ii, cap. 12. §. 14. *perferre magnas grauitates*. Lib. iii. cap. vii. §. 3. *tẽpus grauitatis*. cap. xxv. §. 2. *ſentire grauitatem*. cap. xxx. §. 3. *inhærere grauitati*. Ibidem §. 5. *admittere grauitatem*. cap. xxxv. §. 3. *habere grauitates.*

Poſſem compluria eius generis producere, quæ ſolis Teutonibus in quotidiano vſu ſunt. Sed hęc iudicioſo Lectori ſuffecerint. Illud certò mihi affirmare poſſe videor, nullâ omnino linguâ omnes ſuprà dictos idiotiſmos & loquendi formulas reperiri; vel ab auctoribus Latinis, præterquam apud Flandros, vſitatos eſſe. Atque ita Caietano ſatisfactum ſpero, me nõ gratis rationem tertiam de phraſi Flandricâ, pro libris de Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis aſſerendis, excogitaſſe.

CAP.

CAP. IX.

Quarta ratio, quâ libri de Imitatione Chriſti Thomæ á Kempis vindicantur, ducitur ab auctoritate Manuſcriptorum.

ROS-WEYDVS. Scripſerã in priuatã meâ epiſtolâ & hoc argumentum, quo Thomæ Kempenſi Opuſculum hoc aſſcribebam: Omitto alia argumenta, vt quod Opuſculum hoc ſemper in manuſcriptis (quæ aliquot vidi) inueniatur inter alia Thomæ Opuſcula, de quibus non dubitatur, inſertum: quibus Caietanus hanc gloſſam appinxit.

CAIETANVS. Id ſi verũ eſſet, vt hîc tantopere aſſeueratur (quod niſi de codice recentiſſimè ſcripto non crediderim) quam ob rem idẽ Opuſculũ, quod ſuam ob excellentiam aliis Thomæ ipſius Opuſculis abſque dubio præferri debuerat, ſicut ſemper (vt vnus Ros-vveydus ait) in manuſcriptis, ita & in excuſis aliquando ſaltem inſertum non inuenitur? Vnde quiſquis ille fuerit, qui omnium primus Antuerpię ſalutis anno M.D.LXXIV. & Henricus Sommalius, qui in eadem ciuitate anno M.DC. inter Kempenſis Opuſcula illud de Imitatione Chriſti inſerere auſi fuêre, non immeritò culpandi forent, niſi communis error iis aliquam præberet excuſationem. Pag. 20.

ROS-WEYDVS. Multa hîc ſane, Caietane, congeris, & à fide hiſtoriæ & cãdore aliena. Nul-

lus hîc *cōmunis error*, nulla Typographi Antuerpienſis vel Sommalij noſtri *culpa*, nihil Roſ-vveydus *vnus* aſſeuerauit, quod non prolatis teſtatiſſimæ fidei tabulis probetur. Age, videamus ſingula.

Communem errorem non eſſe, iam tot teſtibus probauimus. Sed nec vllam *culpam* Typographi Antuerpienſis, & Sommalij noſtri hîc intercedere, etiam communi errore quem tibi fingis ſecluſo, vel inde manifeſtum euadit, quòd pæne integro antè ſeculo liber ille de Imitatione Chriſti reliquis Thomæ Operibus fuerit inſertus & adiunctus. Nam editio Norimbergenſis anno M. CCCC. XCIV. reliquis Thomæ Operibus eum præfigit. Quem deinde imitati ſunt reliqui Typographi, qui Thomę Kempenſis Opera integrè expreſsêre. Ita Iodocus Badius Aſcenſius Pariſijs anno M. D. xxiij. in folio; Ioannes Roginius Pariſiis anno M. D. xlviij. in folio. Vt omittam alias editiones non paucas, quæ etiam ſeparatim libellos hos Thomæ nomine ante annum M. D. lxxiv. impreſsêre. Immò etiam editio Veneta anni M. D. xxxv. apud Stephanum Sabienſem, libros de Imitatione Chriſti nonnullis Thomæ Kempenſis Opuſculis interſerit, quæ anno vno editionem Venetam, cui tantopere fidis, ex officinâ D. Bernardini, vbi libri illi temerè omittuntur, præuertit. Vide nunc quàm improuidè, quàm nullâ fide hiſtoricâ audaciam Typographo Antuerpienſi (erat is Philippus Nutius) affingas; quaſi ille primus anno M. D. LXXIV. librū de Imitatione Chriſti, reliquis Thomę Operibus inſeruerit, cùm tot duces annis tam variis habuerit.

Nec

Nec *vnus* Ros-vveydus tantùm aſſeruit, librum de Imitatione Chriſti in manuſcriptis ſemper alijs Operibus adiungi. Vidit hoc ipſe P. Sommalius, qui ante me recenſuit: videt Belgium, in quo non vnus manuſcriptus huius auctoris liber reperitur.

Non eſt quoque, vt codices, quos citaui, recentiſſimos ſuſpiceris. Illi ipſi quos adduxi, ętate Thomę ſcripti ſunt, ipſius auctoris manu, quorum vnus quoque certum annum exhibet, videlicet M.cccc.xli. Illéne recentiſſimus codex huius auctoris cenſendus eſt? Auctor ipſe in fine miniatâ litterâ teſtatur: *Finitus & completus anno Domini* M.cccc.xli. *per manus Fratris Thomæ Kēpis in monte S. Agnetis prope Svvollis.* Initio autem Opuſculorum (nam varia ſunt coniuncta) habetur: *Liber monaſterij Canonicorum Regularium in Monte S. Agnetis virginis ac martyris, prope Svvollis.* Vbi Ioannes Bellerus typographus Antuerpienſis ita ſubſcripſerat: *quem F. Ioannes Latomus profeſſus Ord. Regularium in Throno B. Mariæ prope Herentals, eiuſdem Ordinis Generalis Miniſter, factâ viſitatione monaſterij B. Agnetis prope Svvollam, eiuſdem monaſterij ruinis ereptum, ne penitùs interiret, Antuerpiam allatum Ioanni Bellero amico veteri & fideli DD. anno ſalutis* M.D.lxxvii. *Porrò Ioãnes Bellerus PP. Societatis* Ieſu *in gratiam ſuorum filiorum, quos eadem Societas religioſos fouet, lubens donauit. Kalēdis Iunij* M.D.XC. Cùm autē Bellerus ex autographo de Imitatione Chriſti petijſſet ſibi exſcribi apographū, præſtari hoc curauit R. P. Duras, hoc adiungens teſtimonium: *Ego Georgius Duras, Rector Collegij Societatis* Ieſu *Antuerpiæ, fateor hoc exemplum ex ipſo autographo auctoris, quod à*

D. Ioanne Bellero dono accepi, eſſe deſumptum; ac deinde factâ relectione, per omnia emendatum cùm autographo cõuenire. Ecce grauiſſimorum virorum teſtimonia pro manuſcripto Antuerpienſi Societatis noſtræ. Nec codex Louanienſis S. Martini antiquitate cedit, qui eiuſdem auctoris manuſcriptus eſt; quod & idẽ character, eædem abbreuiationes, & idem per omnia contextus manifeſtiſſimè probant. Ne mirere igitur, Caietane, me id tam aſſeueranter affirmaſſe, cùm tam ſolidum affirmationis meæ fundum haberem: nec eſt quòd ampliùs codicem recentiſſimè ſcriptum ſuſpiceris.

Quòd autem Thomas ipſe in fine Opuſculorum ſuorum ponit, *Finitus & completus per manus fratris*, &c. ſcio non inde ſequi, quòd ea compoſuerit (nam potuiſſet tantùm ſcripſiſſe:) ſed cùm conſtet reliqua Opuſcula, quibus libri de Imitatione Chriſti adiunguntur, à Thomâ ipſo ſine vllo dubio compoſita, cur de ſolis libris de Imitatione Chriſti dubitabimus? maximè cùm nullis Opuſculis ſuis auctor ipſe nomen ſuum ex humilitate præfixerit, vti ſuprà cap. IV. oſtendimus. Quin & venerandus ſenex Societatis noſtrę P. Ioannes Haſius ad me ſcribit paſſim codices manuſcriptos librorum de Imitatione Chriſti, pręſertim in Regularium Canonicorum monaſterijs reperiri, etiam ipſius Thomæ à Kempis ætate exaratos, qui nomen eius tamquam auctoris pręferant: *Cuiuſmodi*, inquit, *ante aliquot annos reperi Confluentia in Collegio noſtro, cui obuenerant plerique codices è deſolato Regulariũ monaſterio.* Ne igitur nũc dubita de veritate & antiquitate manuſcriptorũ quæ citaui, cùm tam grauia accedant teſtimonia.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT. X.

Quinta ratio, quâ libri de Imitatione Christi Thomæ à Kempis vindicantur, ducitur ab auctore Vitæ eius.

ROSVVEYDVS. Quæſo, Lector, attentiùs hanc rationem perpende; aduerte telũ non ex meâ ſed ex Conſtantini pharetrâ depromptũ. Videbis eum proprijs concidere vulneribus. Prouocat me ad auctorem Vitæ Thomę à Kempis, quem maximi facit, vt verè debuit. Conſidera, quęſo, quo eum telo armet, quo amento telum inſtruat; viſurus deinde quem feriat.

CAIETANVS. Inter Opuſcula Thomę Vita exſtat litteris cõſignata. Sed & qui eadẽ Opuſcula primùm in Germaniâ recenſuit, licèt religionis causâ nomen ſuum reticendum putauerit, attamen ſpectata ipſius fides in ijs ſe ipſam commendat; ait enim: *Thomas de Kempis cognomen habens Malleus, natus fuit de ciuitate cui nomen Kempis, diœceſis Colonienſis, qui ſtuduit Dauentriæ in domo Fratrum, ſcilicet Clericorum; qui ingenioſus & docilis fuit, & tractabilis, & ideò multùm fuit amabilis Domino Florentio & eius Fratribus.* Et paulò pòſt, *Intrauit Ordinem Canonicorum Regularium, qui tunc temporis breuî fuerat reformatus, in domum ſcilicet in Monte S. Agnetis prope Zvvollis anno Domini ſcilicet* M. CCCC. *& fuit inueſtitus ibidem anno Domini* M. CCCC. VI. *& ſic fuit per ſex annos probatus, antequam inueſtitus. quia tunc* *Pag. 11.*

temporis fuit conſuetudinis, quòd ſic probabantur priùs, antequam inueſtiebantur, tamquam aurum in fornace. Subdit etiam: *Anno Domini M. CCCC. LXXI. obijt iſte deuotus Pater Thomas de Kempis: & ſic ſeruierat Domino in Ordine Canonicorum Regularium ſeptuaginta annis, in magnâ auſteritate vitæ & feruore ſpiritus.* Sed quantâ fide hęc de Thoma ſcripta ſint, audias: *Adhuc multa alia de eius vitâ & conuerſatione audiui à Fratribus illius Conuentus, qui adhuc viuunt.* Ex quibus ſtudiosè adeò deſcriptis, quilibet poteſt perpendere, maiori fuiſſe vſum diligentiâ antiquum hunc auctorem, quàm Ioannem Buſch in illuſtrando Thomâ.

ROS-WEYDVS. Valdè mihi auctoris huius fides, valdè ſtudiũ, valdè diligẽtia placet. Sed vide ne hoſtem tuum laudaueris & armaueris. Quid igitur auctor ille Thomæ ſynchronos de Thomâ, deque eius ſcriptis? *Iſte bonus Pater ſolitus erat dicere quando fuit cum conuentu ſpatiando, vel cum alijs, quando ſenſit inſpirationẽ diuinam, quando ſponſus eius, ſcilicet Ieſus Chriſtus, voluit cum ſponsâ loqui, tunc humiliter petijt licẽtiam dicendo: Dilecti fratres, oportet me ire, vnus mę exſpectat in cellâ. Et fratres piè annuentes petitioni eius, multùm ædificati fuerunt. Et*
Oſeæ 2. *ſic impletum fuit in eo illud:* Ducam eum in ſolitudinem, & ibi loquar cum eo. *Et ipſe Thomas ad Dominum illud:* Loquere Domine, quia audit ſeruus
1. Reg. 3. tuus. *Quid tunc loquebatur Domino, & quid loquebantur ad inuicem, habemus in Tractatu eius* de Internâ Chriſti locutione ad animã fidelẽ: *qui Tractatus habet hoc idem pro themate, in ſecundo capitulo:*
1. Reg. 3. Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. *quod Samuel propheta etiam dixerat ad Dominum, quando Dominus eum vocauerat.* Fidẽ tuam conteſtor, Caietane,

ſetane, quid de hoc auctoris teſtimonio cenſes? Non aduertis hîc tertium de Imitatione librum Thomæ à Kempis ab auctore Vitæ eius tribui? Quis enim ille Tractatus *de internâ Christi locutione ad animã fidelem*, quàm liber tertius de Imitatione Chriſti? in quo hoc lemma primi capitis eſt; ſicut thema ſecundi capitis, *Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus*. Ergo & auctor ille & Buſchius egregiè in fide ſententiaque conſpirant. Non mihi nunc, ſed tibiipſi crede, qui tam lautum auctori Vitæ Thomę dediſti teſtimonium, cuius fidem ita dilaudas, diligentiamque deprædicas. Non licuerat mihi ante in hoc armamentarium introire, cùm editio mihi deeſſet, in quâ Vita illa continetur. Tuo indicio inueni, intraui, & hoc ſpiculum deprompſi. Sit ſane indicinæ tuę præmium.

CAP. XI.

Primum Caietani argumentum, libros de Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis non eſſe, ob ſtyli diuerſitatem à reliquis eius Operibus.

CAIETANVS. Tametſi non ignorem eos etiam ſcriptores, qui Latini ſermonis elegãtiam neglexerunt, diuerſitate ſtyli, & varia ſcribendi ratione inter ſe facilè diſcerni poſſe; ego tamen hac in re operæpretium non arbitror diutiùs immorari. Quantum enim Thomas à Kempis & Ioannes Geſſen orationis phraſe, ac toto ſcribendi genere inter ſe diſtent, non Pag. 18.
eſt

eſt meum in præſentiâ definire; ſed eruditis viris litem hanc ſine magno labore diiudicandam relinquo.

ROSVVEYDVS. Túne hîc ſtyli diuerſitatē ſubodoraris? Non roſa roſam magis redolet, quàm liber de Imitatione Chriſti ſimilis eſt reliquis Thomæ à Kempis ſcriptionibus. Sed quia in hac re ipſe iudicium declinas, & nos ad emunctiores eruditorū virorū nares remittis, non abibo hîc à tuis ipſius ſcriptis. Vide quid paginâ 17. ex Cardinale Bellarmino lib. De ſcriptoribus Eccleſiaſticis in Ioanne Gerſone cites: *Hinc apparet, quia non inueniebatur hoc Opus inter Opera Ioannis Gerſonis Cancellarij Pariſienſis, tributum fuiſſe Thomæ à Kempis, ob ſimilitudinem aliquam ſtyli*, quid etiā pag. 16. ex Bernardino Roſſignolo apud Poſſeuinum in Apparatu ſacro: *Libellus de Contemptu mundi & Chriſti Imitatione ab alijs propter ſtyli ac phraſeos formulas tribuitur Thomæ à Kempis.* Et verò qui aliquot Opuſcula inter ſe comparere voluerit, nullo ille negotio paritatem ſtyli deprehendet.

Non ignoro equidem libellum hunc præ alijs auctoris libris nectare fluere; ſed non tam ex ſtylo id, quàm ex materiâ exundat. Quis neſcit vnum eiuſdem auctoris Opus frequentiùs & delectabiliùs altero legi? Vel de ſuarum Confeſſionum libris idipſum teſtatur Auguſtinus, libro de Bono perſeuerantiæ, cap. xx. *Quod meorum Opuſculorum frequentiùs & delectabiliùs innoteſcere potuit, quàm libri Confeſſionum mearum?* Scripſit eos auctor vnius humilitatis ſtudio, vti teſtatur Poſſidius Epiſcopus Calamenſis in eius Vitâ, vbi in Prologo ait, eum libros Confeſſionum ideò ſcripſiſſe.

Digitized by Google

pſiſſe, *ne de ſe quiſquam hominum ſupra quàm ſe eſſe nouerat, aut de ſe auditum ſuiſſet, crederet vel putaret.* Quod ipſum Auguſtinus ipſe quoque prodit, mittens libros Confeſſionum ſuarum Dario Comiti, qui eos petierat: *Sume* (inquit epiſtolâ cc. lxiv.) *libros quos deſideraſti Confeſſionum mearum: ibi me inſpice, ne me laudes vltra quàm ſum: ibi non alijs de me crede, ſed mihi: ibi me attende, & vide quid fuerim in meipſo per meipſum: & ſi quid in me tibi placuerit, lauda ibi mecum, quem laudari volui de me.* Placuit ea Auguſtini humilitas poſteris, placuit ſingularis auctoris in eo Opuſculo ſpiritus, ideoque frequētiùs & delectabiliùs legitur. Non mirum idem Thomæ noſtro contigiſſe, vt vnus eius libellus præ aliis placeat, geſtetur ſinu, legatur frequentiùs, delectabiliùs relegatur; non ob ſtyli diuerſitatem, quàm nullus doctior & cordatior hîc deprehendit; ſed ob materiam valdè variam & omni ſtatui aptam, & ſingularem in eo relucentem ſpiritum. Vt iure optimo de his libellis dici poſſit, quod olim de ſancti Auguſtini Opuſculis Seuerus aſſeruit (epiſtolâ xxxvii. apud Auguſtinum) *Fauos eſſe nectaris plenos, delicias animæ; ex quibus ea quidquid in ſe minus inuenit, aut imbecillum ſentit, reſarciat atque ſuffulciat.* Tales libros hoſce B. P. N. *Ignatius* (vti ſuprà in Elogiis dedi) in ſe expertus eſt.

CAP.

CAP. XII.

Secundum Caietani argumentum, libros de Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis non eſſe, quòd à D. Bonauenturâ citentur, qui CC. annis Thomam à Kempis præceſſit:

ROS-WEYDVS. Hîc verò totius controuerſiæ cardo vertitur. Si enim D. Bonauentura, tantò Thoma Kempenſi anterior, vt duobus eum ſæculis anteuerterit, librorum de Imitatione Chriſti meminit, & ex ijs integrum caput citat, quis tam effrons futurus, qui hîc obluctari audeat?

Equidem pridem audieram, in Hiſpania rumorem circumferri, Thomam Kempenſem auctorem non eſſe horum librorum; ſed præter rumorem nulla prætereà ratio ad aures meas peruenerat. Cùm ecce Româ litteras accipio à R. P. Iacobo van Quaille Belgâ, Thomæ à Kempis amantiſſimo, quæ nuntiabant Romam ex Hiſpania appuliſſe virum reuerendum & grauem, qui hanc rumoris Hiſpanici rationem adferebat, quod apud Bonauenturam (qui antiquior eſt Thoma Kempenſi) Tomo VII. Operum, Opuſculorum parte IV. Collatione VII. inter octo quas habuit Toloſæ, habeatur ad verbum bona pars capitis vltimi ex libro primo de Imitatione Chriſti, cum his verbis in fine illius Collationis: *& cetera, vt patet in deuoto libello de Imitatione Domini noſtri* IESV *Chriſti.*

Vnde

Vnde colligi videtur, libellum controuerſum tunc temporis exſtitiſſe, vel certè ſimilem cum iiſdem verbis. Quod argumentum primùm publicè proditum inuenio à Don Pedro Manrique Licentiato (vel quiſquis eo nomine latet) in libro Hiſpanico quem inſcripſit: *Apareios para administrar el Sacramento de la Penitentia*; quem Mediolani, in ipſo Ducis palatio, Marcus Tullius Malateſta impreſſit, anno CIƆ. IƆC. IV.

Arriſit hoc argumentum Romæ viris aliquot grauiſſimis: & verò tale videbatur, vt nihil ambigendum iam eſſet, quin Thomas à Kempis hactenus malę fidei poſſeſſor fuerit, & de poſſeſſione ſua ſit deturbandus. Ego prima fronte perſtrictus hærere cœpi, & iam pænę de vadimonio relinquendo cogitare. Placuit tamen antè Bonauenturę Collationes illas excutere, mantellum detegere, frontem inſpicere. Cum ecce impoſtorem deprehendo alienis ornatum plumis & ætatem non ſuam mentientibus. In hunc igitur modum tunc Romam perſcripſi.

Argumentum, quod aſſerit, à Bonauentura in Collationibus Toloſæ habitis citari libellum de Imitatione Chriſti, non videtur mihi habere difficultatem. Nam in Collationibus illis citatur Vbertinus, quem conſtat diu poſt S. Bonauenturam vixiſſe: vel certè ſi non diu poſt S. Bonauenturam vixit, non eſt vero ſimile D. Bonauenturam eum citaſſe vel coæuum, vel ſe recentiorem. S. Bonauentura obijt anno M. CC. LXXIII. vel M. CC. LXXIIII. Vbertinus ſuum librum abſoluit anno M. ccc. v. vt patet ex primo

primo eius Prologo. Hęc ego tunc ſcribebam, innuens Collationes illas Bonauenturæ non eſſe, quòd Vbertinus, qui in iis citatur, poſt Bonauenturam vixiſſet. Quid ad hæc Caietanus?

Pag. 23. & 24.

CAIETANVS. Nos, poſtquam aliqua ex rerum Franciſcanarum ſcriptoribus præmiſerimus, contrarium dicere non difficile ſperamus.

In primis itaque animaduertendum eſt, quòd anno Chriſti M.CC.XLIII. F. Haymo Generali Ordinis Minorum Miniſtro; S. Bonauentura eius Religionis habitum induit: anno autem M.CC.XLVIII. electus eſt Generalis Miniſter F. Ioannes à Parmâ, qui rexit annos octo, & F. Vbertinum à Caſali ad Ordinem recepit. Hoc ipſum præter huius Religionis hiſtoricos, idem Vbertinus de ſe ita teſtatur: *Romana ſanctuaria viſitans, & ad angelum faciei* IESV *verè ſanctiſsimum Ioannem de Parmâ ad rupem deueniens, lætus, & ab ipſo confortatus, abſolutus & inſtructus, in die indulgentiæ ſecundæ diei Auguſti; intraui eccleſiam Beatæ Mariæ de Portiunculâ de Aſſyſio, & iuxta eam per noctaui: in quâ glorioſa Virgo Maria, quæ primò Chriſti perſonam in Bethlehem pepererat, in Franciſco & Clarâ, & eorum Ordinibus, peperit eius vitam. Vbi tantam immutationem accepi, & nomen vitæ, ſpiritum Chriſti, & ſanctæ Regulæ intellectum, quòd tunc fruſtrà credidi me vmquam communibus relaxationibus inquinari. Sic de nouo genitum alumnis fidelibus ſpiritu* IESV *tradidit nutriendum,*

Vbertin. in Prolog. 1. Arbor. vit. Crucifix.

Animaduertendum præterea, quòd Vbertinus huiuſmodi de vitâ Chriſti exercitationes ab ipſo ſuo in Religionem ingreſſu, quoquo modo in libros redigens, ſibi conſcripſerat. Vnde

ait:

Digitized by Google

ait: *Hic eſt ſpecioſa myrrha faſciculus, qui à primæuo Nouitiatus mei inter vbera mea ſe collocare ſtuduit.* & non longè pòſt: *Sicq; mihi indigno tam fortiter ſe immiſit, quòd à Nouitiatus principio in totum cor meum occupare vellet in actibus vitæ ſuæ; quam & mihi diſtinxit ſeptenario, iuxta numerum dierum ſeptimanæ. Vt ſic cùm in orbem tranſiiſſent dies totius vitæ* IESV, *& reuerendiſſimæ Matris ſuæ, in corde meo volueretur decurſus.* In hiſce autem Chriſti IESV vitæ ſtudiis (vt opportunè etiam animaduertit Marcus Vlyſſiponenſis) poſtquam quatuordecim annorum ſpatio Vbertinus ſe exercuiſſet, religioſorum virorum hortatu res illas ſacras, quas non adeò effusè primùm tractauerat, pergrandi mox volumine apud Aluerniæ montem, licèt neque tunc ab extremâ manu, concluſit. Marci, inquam, Vlyſſiponenſis ex eodem Vbertini in Opus ſuum Prologo, verbis in Latinum tranſlatis, atteſtatio hæc eſt: *Diuinæ gratiæ lumine optimè informatus, poſt annos quatuordecim, in quibus huiuſmodi ſanctis exercitiis delectatus eſt, piorum hominum conſilio, de Chriſti vitâ eiuſq; ſectatorum, librum compoſuit.* Itaque S. Bonauentura, qui nonniſi anno Domini M. CC. LXXIV. obiit, eam ſummā dictorum, quæ Vbertinus circa ſalutis annum M. CC. LXIV. perſcripſit, ſuum in libellum de octo Collationibus vtique transferre potuit. Summam, inquam, eorum, quę fuſiùs poſteà diſſeruit Vbertinus, excerpſit Bonauentura: vt ex hoc etiam intelligas, Doctorem hunc, ſicut in ſeptem reliquis Collationibus, diuerſorum ſententiis; ita & in primâ Vbertini vſum fuiſſe teſtimonio.

Vbertin. vbi ſupra.

M. Vlyſſ. Chron. Fratrum Min. parte 2. l. 7. cap. 2.

ROS-WEYDVS. Multa hìc peccas, multa per omnem modum, Caietane.

Primò aſſeris, Vbertinum in ordinem Minorum receptum à Fr. Ioanne à Parmã, cùm Generalis eſſet. Id nullo modo ſubſiſtit, vt mox intelliges.

Secundò ais, id huius Religionis hiſtoricos teſtari: & tamen cùm aliquot eius opinionis eſſe inſinues, nullum producis. Exiſtimo te id legiſſe apud Petrum Rodolphum Seraphicæ hiſtoriæ libro II. vbi ita habet: *Refert ipſe ſub Fr. Ioanne Parmenſi Generali ſuſcepiſſe habitum, annum agentem* XIV. Sed iam intelliges, Rodolphum Vbertini mentem non precepiſſe.

Tertiò affirmas, Vbertinum ipſum id de ſe teſtari, productis eius verbis. Ego verò ex eius verbis contrarium potiùs colligo. Nam cùm ſcribit, Romana ſanctuaria ſe viſitantem deueniſſe ad Ioãnem de Parmâ *ad rupẽ*, intelligit rupem illam, quę eſt prope Reate, in quâ triginta circiter annis Ioannes de Parmâ iam Generalatu defunctus habitauit, vt habetur in Chronico Marci Vlyſſiponenſis lib. I. capite lvii. Ad hanc igitur deuenit Vbertinus intra triginta illos annos.

Sed apertiùs id probatur ex ipſis Vbertini verbis, quæ prioribus à Caietano citatis paulò poſt ſubnectit: *Ad Prouinciã Tuſciæ veniens ſub titulo ſtudij,* &c. *adſuit tunc cùm prædictis magiſtris practicis Seraphicæ ſapientiæ Doctor ſpeculatiuus & Chriſti vitæ defenſor precipuus, Deo chariſsimus Fr. Ioãnes Oliui.* Hic autem Fr. Ioannes Oliui (vt cõſtat ex Chronico Marci Vlyſſiponẽſis lib. v. cap. xxiii.) duodennis fuit à proprio patre oblatus Religioni anno M. CC. LIX. Ergo anno M. CC. XLVIII. octo ſequentibus, quibus officio Generalis functus eſt Ioannes à Parmâ, erat hic Fr. Ioannes

Vbert. Col. 4.

Oliui

Oliui adhuc puer, non Doctor Theologiæ: vnde non potuit tunc eum conuenire Vbertinus; ſed multis annis poſteà, cùm ſcilicet Ioannes à Parmâ Generalatu defunctus commorabatur ad rupem, vt ſuprà dictum eſt.

Accedit, quod ex ipſo Vbertino colligi poſſe videtur annus, quo ad Ordinem ſuſceptus eſt, vel certè quo Ioannem à Parmâ conuenit. Nam cùm dicat, ſe menſe Septembri librum ſuum terminaſſe; *Terminaui*, inquit, *in Vigiliâ Michaëlis Archangeli anni præſentis* M. CCC.V. *à feliciſsimo ortu veri Solis* Ieſu, *à meâ verò vili conuerſione anno* xxxii. ſequitur, conuerſionem eam contigiſſe anno M.CCLXXIII. anno vno ante mortem S. Bonauenturæ. *Vbertin. Col. 8.*

Quartò pertendis, Vbertinum ab anno ætatis xiv. quo Religionem eſt ingreſſus, ſuas Exercitationes quoquo modo in libros redegiſſe, ſibique conſcripiſſe. Quod merum commētum eſt: quia nuſquam hoc dicit Vbertinus, neque vllo modo ex eius verbis id colligi poteſt, ſed planè contrarium; hæc enim ſunt eius verba: *In primis quoque exercitiis ſic quaſi per quatuordecim annos circa forinſeca* IESV *me ſuus ſpiritus occupabat, nondum me introducens ad altas ſuæ mentis perfectiones.* Quibus verbis nihil aliud indicat Vbertinus, quàm ſe tot annis verſatum fuiſſe circa forinſeca IESV, poſteà verò circa altiores mentis perfectiones. Nihil autem hìc meminit de ſcriptione libri; ſed longè infrà multis verbis narrat, quomodo & qua occaſione librum illum componere ſit aggreſſus; imò, nec ipſe eum ſcripſit, ſed alteri tantùm dictauit: *Nouit*, inquit, IESVS, *qui librum iſtum, vt arbitror, ipſe complebit, quòd tantùm eram extraneus à prædi-* *Vbertin. Col. 3.* *Vbertin. Col. 6.*

ctis in corde meo, licèt verbis tranſirem cum poſtulantibus hæc, quaſi ſicut modò mihi videor extraneus ab ædificio manuali. Huius autem difficultatis ratio mihi ab infantiâ infuit: quia vix vnquam potui vnam modicam dictiunculam, vel aliquid aliud ſcriptitare, vel cuicumque ſcribenti dictare, quantumcumque vtile vel deuotũ, etiam importunis nõ tam precibus quàm conatibus à pluribus moleſtatus; de quibus plenam experientiam habuit, qui mihi præerat Guardianus, cuius importunis moleſtiis ſæpiùs iteratis, illius manu hoc modo liber iſte incepit. Animaduertis nunc, Caietane, quã & ſecunda tua animaduerſio procul à ſcopo aberret, cùm vis pergrandi mox volumine Vbertinum tractaſſe, *quod non adeò effusè primùm tractauerat*. Imò verò ſerò manum ſcriptioni admouit, vel potiùs mentem applicuit, alterius libraria manu vtẽs. Marcus Vlyſſiponenſis, ſi aliud voluit, non rectè Vbertini mentem eſt aſſecutus.

Vin'adhuc clarius Vbertini teſtimonium, quòd hoc demum tempore vel verſiculos primò tantũ incepit ſcribere, & parum explicare, vt nulla eſſe poſſit ſuſpicandi occaſio, quòd olim quædam *non adeò effusè tractauerat?* Nunc enim primùm dicit ſe incipere vel mediâ lineâ verſiculos explicare. Nã, inquit, *vterinus frater & mihi curâ filius, quẽ ad Ordinẽ ſanctum adduxi, qui minor tempore, ſupra me virtute ſeneſcit, me moleſtabat continuè precibus dum præſens eſſet, litteris abſens, & Guardianum prædictum, vt me propulſaret, quòd ſaltem verſiculos, qui ſunt huius vitæ capitula, cum eo quod ſentiebam de cordiali paſſione* IESV, *ſcribenti Guardiano loquendo edicerem, quia neuter eorum ſperabat meam adhuc nimiam duritiam ad amplius emolliri. Qui magis motus moleſtiâ quàm complacentiâ, acceptaui ſolùm verſiculos, intendens tranſ-*

tranſcurrere. Nam eos ex aliorum dictis, & à Chriſto IESV *mihi immiſsis, compereram ad Chriſti vitæ faciliorem recolligendo memoriam, & præſentis ſtatus miſeriam cordialiter deplorandam. Suadente verò mihi prædicto ſcriptore, quòd breuiter vel eorum intellectum exponerem, illud intendi, vix alicubi mediam lineam pro expoſitione verſiculi ponens.* Vide quàm clarè. Dicit ſe *loquendo edicere*, non ex chartâ dictare. Dicit ſe intendiſſe *vix alicui mediam lineam pro expoſitione verſiculi ponere.* quid, quæſo, antè poſuerat, cùm eum dicis, quædam olim *non adeò effusè tractaſſe*? Pugnant hęc cum verbis Vbertini. Sed pergit Caietanus Bonauenturę Opuſculum propugnare. *Pag. 36.*

CAIETANVS. Huius porrò de octo Collationibus Opuſculi germanum auctorem eſſe S. Bonauenturam, nemo hactenus dubitauit.

ROS-WEYDVS. Immò verò dubitaſſe aliquos, tuteipſe dices, qui neſcire non potes, cùm *aliquid ferri* in auctoribus legis, quod incertam tunc famā & rem dubiam fuiſſe in tuâ Concertatione pronuntias. Iam verò nonne in ipſa Vaticanâ editione Collationibus hiſce præfigitur, *vt in impreſsis hactenus Opuſculis fertur*? Dubitaſſe igitur nonullos, de auctore harum Collationum inſinuat. Nec vniuersè verum eſt, *in impreſsis hactenus Opuſculis* Collationes illas haberi: nā deſunt in Argētinenſi editione anni M. CCCC. LXXXIX. Sed pergit Caietanus Collationes illas Bonaēturæ aſſerere. *Pag. 10.*

CAIETANVS. Accedit etiam, quòd cùm F. Franciſcus Zamora, Ordinis Minorum Generalis Miniſter, hortatu Bernardi Freſnedæ, Cōchenſis Epiſcopi, & Philippi II. Hiſpaniarum Regis à cōfeſſionibus & conſiliis, omnia ipſius Bonauenturæ *Franciſc. Zamor. ep. dat Trident. Kalend.*

August. 1563. præfix. 1. Tom. Opuſc. S. Bonauent.

ræ Opuſcula, tam ex MSS. quàm editis exemplaribus (vt eius epiſtolæ atteſtatione clareſcit) recenſita, Venetiis à Dominico Nicolino M. D. LXIIII. imprimenda curaret, hunc ipſum de octo Collationibus libellum, ſicut & Vaticana Sixti V. editio, Tomo Operum ſeptimo, Bonauenturæ indubitanter inſcripſit. Nam quæ incerta fide eidem Doctori attribuuntur, in Appendicem reiecta ſunt.

ROS-VVEYDVS. Iã proximè oſtẽdi, quàm nõ indubitãter Collationes illas inter Opera Bonauenturę retulerit Vaticana Sixti V. editio, cùm verbo illo dubioſo, *fertur*, vtitur. Et ſatis inſinuat, ſe nullum eius Opuſculi MS. exemplar inueniſſe. nec enim aliàs diceret ſe id in *impreſsis hactenus Opuſculis* inueniſſe: addidiſſet, *& MSS.* quare manifeſtè inſinuat ſe illas inter MSS. nuſquam inueniſſe: ſicut etiam non inueniũtur inter alia eius Opuſcula MSS. quæ adſeruantur in Bibliotheca Vaticanâ, nec etiam in Columnianâ, Sforzianâ, & Congregationis Oratorij, nec in vllo S. Franciſci de Vrbe monaſterio, nec Bononię, nec Toloſæ, vbi tamen habitæ dicuntur. Quare iure ſuſpicatur R. P. Iulius Nigronius noſter, omnia Opuſcula ſpiritualia, quæ ſine auctore circumferebantur in Ordine Minorum à pio viro collecta, data eſſe in lucem ſub nomine S. Bonauenturæ.

Nec clauſula tua certâ fidê conſiſtit, quâ ſcribis, *quæ incertâ fide eidem Doctori attribuuntur, in Appendicem reiecta eſſe*. Audi enim, quàm multa extra Appendicem ſint, quæ inter Opera indubitata Vaticana editio retulerat, de quibus tamen non tam dubium eſt, quàm certiſſimò conſtat Bonaventurę non eſſe.

Nónne

Nónne in editione Vaticana Tom. vii. parte iv. Opuſculorũ pro indubitato Bonauẽturæ Opuſculo ponitur, *Speculum diſciplinæ ad Nouitios*, cum Prefatione R. P. Henrici Sedulij Cliuienſis, tunc Guardiani Antuerpienſis, nunc Prouincialis, qui id egregiè recenſuerat, & typis Plantinianis apud Moretum emiſerat anno M. D. XCI? Audi tamen quid ipſe Sedulius in ſecunda editione anno M. DC. apud eumdẽ Moretum Lectorem præmoneat: *Te præmoneo, nonullos opinari S. Bonauenturam non eſſe huius Speculi auctorem non ago cenſorem: ſed hîc præſcribo, quod vetus exemplar Argentinenſe editum anno M. CCCC. XCV. in recenſu Operum S. Bonauenturæ partis ſecundæ his verbis præſcribit Speculum diſciplinæ, quod in hanc formam redactum eſt à Fratre Bernardo de Beſſâ, Prouinciæ Aquitaniæ. Nam ab ore S. Bonauenturæ fuit ſcriptum: & inordinatè relictum, in quo cæleſtes homines mores diſcerent, quibus proficerent.* quibus ſubnectit idem Sedulius: *Firmamentum trium Ordinum S. Franciſci refert ſub decimo Generali F. Hieronymo de Eſculo, quendam eximium magiſtrum inter alia* Speculũ diſciplinę *comcompoſuiſſe. Sítne ille, quem ſuprà dixi, tu cogita.* Vide quàm cautè & prouidè Sedulius de Opuſculo hoc cenſeat, quod tibi indubitatum eſt, quia inter Opera Bonauenturæ ex typographia Vaticana prodiit.

Habes in editione eadem Vaticana librum primum *de Profectu Religioſorum* inter libros Bonauenturę, qui eius certò eſſe exiſtimantur, quem etiam idẽ Sedulius anno M. D. XCI. eius nomine typis Plantinianis imprimi curauerat. qui tamen anno M.DC. eumdem D. Bonauenturæ abdixit. Eum audi: *In priore editione, libello* de Profe-

ctu Religioſorum *nomen S. Bonauenturæ præſcripſi: verùm erraui ouium more pergens, non quò eundum erat, ſed quò ibatur, ſecutus pluria exemplaria; quorum, quotquot videre hactenus potui præſertim Gallicana, vnanimiter in S. Bonauenturam conſentiunt. Porrò quæ ſcripſi, reſcribo. Nec eſt leuitas à cognito errore diſcedere*: & ingenuè fatendum eſt, Aliud putaui, deceptus ſum. *Illius auctorem non eſſe Bonauenturam, ſed* Fr. Dauidem ab Auguſta, *item ex Ordine Minorum, opinor æqualem S. Bonauenturæ, certiſſimis rationibus docuit me vir pius & eruditus* Marcus Velſerus Auguſtanus, *amicus meus: nempe teſtimonio Ioannis Trithemij, & manuſcriptis Germanicis quamplurimis codicibus nomen* F. Dauidis *præferentibus: vt iure auctori ſuo aſſertus in lucem prodierit hoc titulo*: Formula interioris hominis, *Auguſtæ anno* M.D.XCVI. Hactenus R. P. Sedulius: & rectè in Auguſtana editione deeſt prior Prologus, qui eſt in Vaticana & editione P. Sedulij. nam adiectitius eſt. Vides, poſt Vaticanam & Sixtinam editionem vnum Opuſculum Bonauenturæ certò detractum, alterum dubioſum redditum?

Nonne in eadem editione Vaticana exſtat *de Profectu Religioſorum liber ſecundus*, qui agit de ſeptẽ Proceſſibus religioſi profectus: atqui iſte liber cum ſuperiori libro Auguſtę editus eſt nomine *Dauidis* iam citati, qui ibi titulum præfert, *de ſeptem Proceſſibus religioſi ſtatus*. Eum quoque Trithemius libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis in recenſu Operum Dauidis eodem titulo ponit. Eum quoque P. Sedulius in priore editione libro proximè citato adiunxerat, quem in poſteriore retraxit.

Digitized by Google

Quid ſi & quartum adiiciam? Vaticana editio, Bonauenturæ adſcribit partem primam *de Inſtitutione Nouitiorum*; quam tamen inter Opuſcula F. *Dauidis* Auguſtæ impreſſa reperies hac inſcriptione: *Formula Nouitiorum de exterioris hominis reformatione.* Cui ipſe Dauid Prologum præfixit ad Fr. Bertoldum, qui illi chariſſimus erat. Eum quoque librum Trithemius inter Opuſcula Dauidis recenſet.

Sic olim *Stimulus diuini amoris*, qui liber nũc in editione Romana tanquam certus D. Bonauenturæ inſcribitur, ſine vllius auctoris nomine impreſſus eſt Coloniæ 1502. etſi in fine libri ſcribatur: *ſecundùm quoſdam à S. Bonauentura, ſecundùm alios verò à quodam deuoto patre Henrico de Balma, ordinis Seraphici Franciſci feliciter editus.*

Quid ſi & Thomas à Kempis hîc Vaticanos Typographos repetundarum agat? Nónne inter Opuſcula Bonauenturæ cenſetur *Alphabetum monachorum*? Atqui hoc Thomæ à Kempis omnes editiones vindicãt, etiã antiquiſſima, quæ penes me eſt, vbi nec locus, nec annus, nec typographus exprimitur, vt ſolẽne erat, cũ typographia adhuc in cunabulis verſaretur. Nec eſt, quòd Caietanus hîc tergiuerſetur, quaſi Thomas à Kẽpis hoc Bonauenturæ ſurripuerit, cùm ipſe ſuprà cap. x. auctorem Vitæ Thomæ à Kempis à ſpectata fide, ſtudio, diligentiaq; commendet; quippe qui ex ore Thomæ ſodalium ſua perceperit; atqui ille *Alphabetum monachorum* inter Opera Thomæ à Kempis impreſſit; quod etiam habetur in editione Veneta ex officina D. Bernardini, quam velut Achillem aliquem in hac Concertatione ſua producit; vbi licèt in indi-

ce non ponatur, in textu tamen exprimitur.

Et verò neſcio quo caſu factum, vt omnia prædicta Opuſcula controuerſa, in editione Vaticana ſeſe ſubſequantur, *Alphabetum monachorum, Collationes octo, Speculum diſciplinæ ad Nouitios, de Profectu Religioſorum liber primus, de Profectu Religioſorum liber ſecundus, de Inſtitutione Nouitiorum pars prima*; niſi quòd perca ſemper ſepiam ſequitur. Sed proſequitur Caietanus pro Vbertino à Bonauentura citato agens.

Pag. 36. CAIETANVS. Ros-vveydum prætereà non mirari non poſſum, aſſeuerantem videlicet: *Vel certè ſi Vbertinus non diu poſt S. Bonauenturam vixit, non eſt veriſimile D. Bonauenturam eum citaſſe, vel coæuum, vel ſe recentiorem.* Quibus ego, ne prolixior ſim, illud vnum adiiciam, quod in ſcholis, præcipuè Societatis IESV, coæuorum & recentiorum Scriptorum conteſtationes quàm frequentiſſimè adductas, nos ipſi audiuimus. Toleti Commentaria in Ariſtotelis Logicam & Philoſophiam, ipſo adhuc viuente, ab ætate prioribus, non modò æqualibus, publicè prælecta, nos minimè ignoramus. Quid de Franciſci Suarez, Gregorii de Valentiâ, Roberti Bellarmini, aliorumque ex eadem Societate Doctorum ſcriptis recentiſſimè editis ediſſeram?

ROSVVEYDVS. Nempè cùm nec aciem nec agmen poſſes perrumpere, in exercitus tergum conaris impetum facere, ſi quem fortè ſegregem & ſolitarium poſſis inuadere. Sed hæreat is agmini ſuo, & nullus euiceris. Probaui manifeſtiſſimè, Vbertinum diu poſt mortem ſancti Bonauenturæ librum ſuum ſcripſiſſe: addidi, etſi non diu poſt Bonauenturam vixiſſet, non eſſe tamen veriſi-

veriſimile D. Bonauenturam eum citaſſe, vel ſibi coæuum, vel ſe recentiorem. Non dixi, certum hoc eſſe, ſed tantùm, veroſimile. Et nónne tale prudenti Lectori videbitur, qui conſiderauerit D. Bonauenturam Generalem ſui Ordinis & Doctorem Theologum fuiſſe. Vbertinum eius ſubditum, immò ab Ordine ſuo diſſidentem? quæ gratia, vt Generalis aliquis in Capitulo adducat exhortationem aliquam Religioſi, qui à communitate diſſidet? Hoc mihi viſum non vero ſimile. Coæuum à coæuo citari poſſe nimis notum, maximè cùm liber aliquis impreſſus eſt, & publici jam iuris factus.

CAIETANVS. Ad hæc (vt cetera veritati repugnantia prętermittamus) Vbertinum anno Chriſti M.CCC.V. & conuerſionis ſuę XXXII. librum ipſum terminaſſe, cùm ex ſuperioribus falſum apparuerit, mendum in codice latère omnino dicendum eſt. Pag. 38.

ROS-WEYDVS. Ne quæſo, prætermitte aliquid veritati repugnans. Quomodo aliquid prætermitteres, qui etiam in apices inquiris, dum pag. 47. P. Henrico Sommalio noſtro obiicis, quòd non rectè ex codice ſuo manuſcripto *agit* pro *ait* expreſſerit, de quo ſuprà cap. 11. obiter actum: vbi tamen aſſertio tua è diametro veritati repugnabat.

Iam verò quòd effracto etiam muro euadere conaris, non effugies: vel per apertam portam retrahêris. Nullum errorem in anni numerum irrepſiſſe, ipſe Vbertinus clariſſimè teſtabitur. Poſtquam enim narrauit, quomodo impulſus fuerit ad ſcribendum, & in difficultatibus roboratus à virgine prudentiſſimâ de ciuitate Caſtelli, infert:

Et

Vbertin. Col. 1. *Et iuxta quod ipſa prædixit, dans mihi terminū menſis Septembris, illo menſe terminaui in Vigiliâ Michaëlis Archangeli anni præſentis M.CCC.V à feliciſſimo ortu veri ſolis IESV, à meâ verò vili conuerſione anno XXXII. Si exprimerem quæ mihi intimabat de contentis in libro Thymeo, quaſi incredibile foret legentibus. Nam ſeptem menſium tempore durauit huius libri tractatus; & fuit quatuor vicibus impedimentis notabilibus, longo dierum ſpatio, interruptus: à IX. die Martij in Quadrageſimâ, in feſto XL. Martyrum, quæ dies fuit feria 3, poſt Dominicam Quadrageſimæ, quādo legitur Euangelium ſecundùm Matthæum, in quo dicitur, quòd intrauit IESVS in templum & eiecit ementes & vendentes de templo, inchoatus eſt iſte liber, prædicto dierum numero, cum multo cordis mei ſtupore, cùm recogito, fuit die prædictâ finitus.* Quid hac annorum epochâ clarius? Ad calculos, quæſo, Lector, ſede; conſidera annum, vide diem, perpēde feriam, & omnia cōquadrare dices. Nónne anno M.CCC.V. aureus numerus fuit XIV. cyclus Solis XXVI. ac proinde littera Dominicalis C. & dies Cinerū III. Martij, atq; adeò Dominica Quadrag. VII. Martij, & dies IX. Martij, feriâ III. ſequēti? Aduerte nūc, Caietane, quàm iure ſcripſerim, Vbertinum non potuiſſe citari à D. Bonauenturâ, cùm Vbertinus teſtetur, ſe primùm abſoluiſſe ſuum librum, idque trium menſium ſpatio, anno M. CCC. V. ipſe verò Bonauentura obierit anno M.CC.LXXIV. Sufficiat hæc nunc breuis Mathematica demonſtratio, nullum errorem in anni aſſignatione interueniſſe. Sed pergit Conſtantinus librum Vbertini mendi arguere.

Pag. 28. CAIETANVS. Mēdum quoque eſt, quòd idem

idem ipſe trium menſium ſpatio, vel circa, totum eumdem librum ſcripſerit. Nam (præter id, quod ex eius Operis Prologo & libro vltimo cõtrarium colligitur) ingens reuerà volumen eſt, vtpote libris quinque, qui vno & centum capitibus diuiduntur, profuſo ſatis ſermone contextum: quod quilibet, aliis etiam Religionis ſuæ exercitiis addictus, vix commodè legere, nedum componere valeat.

ROS-WEYDVS. Equidem mirari ſatis nõ poſſum, Caietane, hominem qui ſacris litterarum monumentis præeſt, tam parum reuerenter ea tractare, vt quidquid auctores ipſi manifeſtè ſcripſerint, in dubium reuoces, & de mendis libros, cùm ſententiæ tuæ minùs ſuffragantur, ſuſpectos habeas. Auctoris verba propoſuiſſe, cõfutaſſe eſt ſuſpicionem tuam. Ita igitur clarè Vbertinus, poſtquam dixit impulſione ſpiritus IESV ſe ad ſcribendum fuiſſe motum, *Ad ſcribendum*, inquit, *ipſe ſine cogitatione præambula impellebat. Nam in more ſolitudinis, vbi librorum penuria, vbi poſſem dubia reuidere, non plus quàm trium menſium & ſeptem dierum, vel circa, ſpatium temporis in ſcribendo totum hunc librum, de quo ſcribendo vix vmquam cogitaueram, occupare permiſit: & tunc etiam, niſi quando dictabam, vel ab aliis libris accipiebam, valdè parùm cogitare ſinebat. Quòd ſi præcogitabam aliquando, dum poſteà dictarem ſcriptori, vt ſæpiùs, IESV totaliter alterabat, & nullo modo formabat conceptum. Nec quod ſcriptum eſt adhuc potui vel curſoriè reuidere: propter quod habeat me Lector excuſatum.* Videat nunc Lector, vtri æquum ſit credere, Caietano ſine iuſtâ ratione neganti, an Vbertino clarè id affirmanti? *Vbert. Col. 7*

Quòd

Quòd verò Caietanus ex eius Operis Prologo & libro vltimo contrarium colligi vult, fruſtrà eſt. Locum non adducit, diuinare vix poſſum. Exiſtimo, eum ob oculos habuiſſe locum hunc Prologi: *Nam ſeptem*, inquit, *menſium tẽpore durauit huius libri tractatus*. Ita quidem Vbertinus: ſed meminiſſe oportuerat Caietanum, auctorem ipſum dicere ſe quater opus interrupiſſe ſeptem illorũ menſium ſpatio. quibus interruptionibus demptis, impendit tantùm tres menſes & dies aliquot. Nam proximè citatis verbis ſubiungit: *Et fuit quatuor vicibus impedimentis notabilibus, longo dierum ſpatio, interruptus*, cum reliquis, quæ iam antè citaui.

Vbertin. Col. 8.

Nec mirum cuiquam videri debet, librum illum trimeſtri ſpatio cum aliquot diebus abſolutum; cùm ducenta tantùm & aliquot ſupra quadraginta folicula contineat, eaque in paruo folio. Etiamſi in diem dictaſſet Vbertinus duo ſolummodò folicula cum medio, quod facile eſt, diebus præſertim interruptis, ſpatio trium circiter menſium librum abſoluere poterat.

Credes nunc, Caietane, non temerè libros conuellendos eſſe, non trahendos auctores obtorto velut collo in tuam ſententiam, cùm tot errores in vno Vbertino admiſeris? Et ne pergas errorum funiculos nectere, huius te quoque monẽdum eſſe cenſeo, Caietane, ne dum Vitam S. Franciſci, à S. Bonauenturâ conſcriptam percurris, in errorem rurſum incidas. Vereor enim ne dum cap. XVI. (in quo de miraculis à S. Franciſco poſt obitum editis agitur) §. IX. exemplo VI. legeris Vbertinum nouitium à paralyſi & amentia meritis S. Franciſci curatum, ſtatim illud velut ἕρ-

μαιο,

μερίον aliquod arripias, inclamiteſque εὕρηκα εὕρηκα. atque ita argumentari incipias : Bonauentura in Vita S. Franciſci meminit Vbertini ; ergo & in Collationibus illis eiuſdem meminiſſe potuit.

Sed memineris, illum Vbertinum dici de Ripariolo, noſtrum verò de Caſali. Et fortè Bonauentura eius miraculi ſcriptor non eſt, cùm Bonauenturæ commentator R. P. Sedulius ſe hoc adſcripſiſſe ex duobus antiquis manuſcriptis teſtetur. Hęc ad cautionem dicta ſunto.

CAPVT XIII.

Tertium Caietani argumentum, libros de Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis non eſſe, quòd D. Thomas de Aquino ex illis quædam excerpſerit in Officio Corporis Chriſti.

CAIETANVS. Quid ſi Thomam illum Aquinatem Doctorem Angelicum, Bonauenturæ Doctori Seraphico coætaneum, ex eodem Ioannis Geſſenſis Opere ſua quoque litterarum monumenta perornaſſe dixerimus? Pag. 43.

ROS-WEYDVS. Quàm tu hoc facilè dixeris, tam ego id facilè negauero. Adducis quidē tria loca, in quibus D. Thomas quædam habet, de venerabili Sacramento communia cum Thomâ Kempenſi, ſeu tuo Geſſen; ſed vter ab altero acceperit, id verò non probas. Quamquam duo poſteriora loca non omnino videntur ex mutuis ſcriptis expreſſa. Solus primus eadem in vtroque verba repræſentat. Ego verò aſſero, Thomam à

Kempis

Kempis ex Officio Corporis Chriſti à D. Thomâ cōpoſito, quædam verba libro ſuo quarto de Imitatione Chriſti cap. XIII. inſeruiſſe. Quod mirum videri non debet, cùm & alijs Opuſculis ſuis quædam ex Officio Eccleſiaſtico inſeruerit. Nam libro de tribus Tabernaculis capitulo tertio de Patientiâ habet Thomas à Kempis; *O conſolator optime, dulcis hoſpes animæ, dulce refrigerium.* quod deſumptum ex Sequentiâ de Spiritu ſancto.

Et verò cùm omni teſtium genere probauerimus, Thomam à Kempis auctorem eſſe librorū de Imitatione Chriſti; omnino æquius & procliuius eſt concludere, Thomam à Kempis in materia de venerabili Sacramento è Thomâ Aquinate quædam deſumpſiſſe.

CAP. XIIII.

Quartum Caietani argumentum, libros de Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis non eſſe, quòd auctor horum librorum videatur fuiſſe monachus, imò Abbas Benedictinus.

Pag. 48 & 49. CAIETANVS. Ex ijſdem ipſis libris nō niſi monachum & monachorū Præſulē fuiſſe, apertiſſimè colligimus. Ait enim ille lib. III. cap. X. *Feciſti vltra omnem ſpem miſericordiam cum ſeruo tuo, & vltra omne meritum gratiam & amicitiam exhibuiſti. Quid retribuam tibi pro gratiâ iſtâ? Non enim omnibus datum eſt, vt omnibus abdicatis ſæculo renuntient, & monaſticam vitam aſſumant.* At quæ

Digitized by Google

que etiam lib. 3, cap. c. 56. *Suſcepi, ſuſcepi de manu tuâ crucem, portabo & portabo eam vſque ad mortem ſicut impoſuiſti mihi. verè vita boni monachi crux eſt & dux Paradiſi. Inceptum eſt, retrò abire non licet, nec relinquere oportet. Eia, fratres, pergamus ſimul,* IESVS *erit nobiſcum: propter* IESVM *ſuſcepimus hanc crucem, propter* IESVM *perſeueremus in cruce.* Poſtremò (vt multas eiuſmodi teſtificationes præteream) alio loco lib. 1, cap. vltimo ſic ait: *Quomodo faciunt tam multi alij Religioſi, qui ſatis arctati ſunt ſub diſciplinâ clauſtrali? Rarò exeunt, abſtractè viuunt, pauperrimè comedunt, groſſè veſtiuntur, multum laborant, parum loquuntur, diu vigilant, maturè ſurgunt, orationes prolongant, frequenter legunt, & ſe in omni diſciplinâ cuſtodiunt. Attende Carthuſienſes, Ciſtercienſes, & diuerſæ Religionis monachos, qualiter omni nocte ad Pſallendum Domino ſurgunt: & ideò turpe eſſet, vt tu deberes in tam ſancto opere pigritare, vbi tanta multitudo Religioſorum incipit Deo iubilare.*

ROS-VVEYDVS. Hæc nempe vna cauſſa fuit, cur Caietanus ſuam concertationem inſtituerit, vt libellum hunc natalibus Benedictinæ familiæ inſereret. Hinc in omnes ſe hactenus partes verſauit, nunc MSS. fidem eleuando, nunc typographos, nunc Sommalium, nunc me, nunc doctiſſimos quoſque viros erroris arceſſendo. Ergo pro argumento contra Thomam adfert, quòd auctor libelli ſe monachum fuiſſe inſinuet. Nihil hactenus dicis, nihil concludis, Caietane. quis negauit libri huius auctorem monachum fuiſſe; ſiquidem laxè ea vox, vt ſæpè fit, capiatur? Vtinam vel obiter Thomæ Kempenſis reliqua Opuſcula inſpexiſſes, inueniſſes profectò, cùm

monachi nomen vſurpat, vel monachos ad virtutem exhortatur, non ſuos Canonicos Regulares excluſiſſe, ſed cuiuſcumque Ordinis Religioſos intellexiſſe. Quid enim volunt inſcriptiones horum librorum, *Alphabetum monachi*, *Epitaphium ſeu Enchiridion monachorum*, *Vita boni monachi*? Cenſebíſne auctorem hæc alijs Religioſis omnibus ſcripſiſſe, ſolis Canonicis Regularibus eximijs? Quin Innocentius III. Pont. Max. (vti habetur lib. 1. Decretalium Gregorij IX. Tit. 1x. de Renuntiatione, cap. xi.) monachorum nomenclaturâ etiam Canonicos Regulares comprehendit. Nam ſcribens ille Epiſcopo Fauentinenſi in Archiepiſcopum Rauennatenſem electo, de Canonico Regulari (qui relicto Epiſcopatu Samatenſi ad Ordinem Canonicorũ Regularium ſancti Frigdiani Lucanenſis tranſierat) nunc rurſus in Epiſcopum Fauentinenſem electo, ait, non videri poſtulationẽ eam admittendam, quòd Conſtantinopolitani Concilij capitulo ſtatutum ſit, *vt quicumq; de Pontificali dignitate ad monachorũ vitam & pœnitentiæ locum deſcenderit, nequaquam vlteriùs ad Pontificatum reſurgat*. Vbi Pontifex per *monachorum vitam* etiam intelligit vitam Canonicorum Regularium, cùm eo loco de Canonico Regulari agatur. Omitto compluria alia auctorum loca, in quibus Canonici Regulares in monachorum quoque cenſum veniunt. Non ignoro interim, in Iure Canonico monachos ſubinde à Canonicis Regularibus diſtingui. Satis nobis eſſe poterat, Thomam Kempẽſem etiam in alijs ſuis, præterquam de Imitatione Chriſti, Opuſculis, monachorum nomine Canonicos quoque Regulares comprehendiſſe.

Quòd

Digitized by Google

Quòd verò addis, ijſdem verbis apertiſſimè colligi, auctorem libri monachorum Præſulem fuiſſe; nihil ego hìc tale diſpicere poſſum. An quia fratres ſuos adhortatur, ideò Præſul erit? Nec id minùs procedit. valdè velles, vt video, ſuppoſititio tui auctoris titulo *Abbatis* patrocinari. Nec hìc tamen ſiſtis. Etiam Benedictinum fuiſſe ex ijſdem verbis conaris exſculpere.

CAIETANVS. Quibus ex verbis manifeſtiſſimum redditur, ſępiùs citati Operis auctorem in Regulâ S. Benedicti militaſſe, quando & is monachorum ſuorum mores, ex laudabili eiuſdem inſtituti ſectatorum diſciplinâ ad normam redigendos cenſuit. Quòd ſi Canonicus exſtitiſſet S. Auguſtini Regulæ addictus, vt Thomas à Kempis, extra rei ſanè propoſitum æſtimare deberet, quòd ſeipſum potiùs monachum, quàm Canonicum vel Clericum appellitari voluerit; & Concanonicos ſuos multò magis præmonere ex Benedictinorum Regulis, quibus ipſi adſtricti non erant, quàm ex Auguſtinianorum ſanctionibus, quas ſtatutis votis obſeruare debebant. Pag. 49. & 50.

ROS-VVEYDVS. Quo te non rapit affectus tuus, vt auctorem libelli de Imitatione Chriſti Benedictinum facias? Ain' verò, Caietane, quia Thomas à Kempis ſuos Concanonicos hìc ad exemplum aliorum Religioſorum exſtimulat, debuiſſe potiùs producere exẽpla ſub Regulâ Auguſtini militantium quàm Benedicti? Ego verò contrarium aſſero. Militabat Thomas à Kempis ſub Auguſtini Regulâ, ſed ritè obſeruatâ, & certis adhuc legibus, ſeu, vt ipſi vocant, ſtatutis, ſub Capitulo VVindeſimenſi aſtrictâ. Quos, quæſo, Religioſos ſub Auguſtini Regulâ militantes in

medium produxiſſet, quorum exemplo ſuos ad meliora chariſmata ęmulanda inuitaſſet? Imò verò, quia VVindeſimenſi Capitulo parentes (inter quos erant Religioſi Montis S. Agnetis prope Svvollas, quibus Thomas conuiuebat) ſtrictiſſimè Regulam S. Auguſtini obſeruare profitebantur, vt ſuos ſodales ad obſeruationem Regularum ſuarum ſtrictiorem incitaret, aduocat incenſa Religioſorum aliorum ſub diuerſâ Regulâ militantium ſtudia. Ita in alijs ſuis Opuſculis nunc S. Bededictum, nunc S. Bernardum ſuis ob oculos ſtatuit. In Vitâ boni monachi cap. VI.

Imitare ſanctum Benedictum,
Quære Ieſum cum Bernardo.

Vt verò in hanc opinionem deſcenderes, auctoremque horum librorum crederes ſub Benedicti Regulâ militaſſe, occaſionem tibi quoque fortè dederit, quòd cum P. Roſſignolio noſtro existimaueris, librum MS. quem Aronenſem indigetatis, reliquum fuiſſe ex vetuſtâ Bibliothecâ monaſterij Aronenſis Benedictinorum, vbi nunc eſt Domus probationis Societatis noſtræ. Quod aliter omnino accidit. Ecce enim P. Andreę Maioli noſtri teſtimonium, qui fatetur ſe librum illum Genuâ Aronam deportaſſe. *Pag. 17.*

Ego Andreas Maiolus, Presbyter Societatis IESV, *teſtificor, me anno* M,D.LXXIX. *cùm Genuâ proficiſcerer Aronam ad Domum probationis Societatis* IESV, *vt in eam admitterer, detuliſſe mecum codicem manuſcriptum de Imitatione Chriſti, ſub nomine Io. Abbatis de Geſſen, ſiue Gerſen, quem in domo paternâ reperi, nec ſcio vnde venerit, eumq; reliqui Aronæ in eadem Domo, vbi conſeruatus eſt multos annos, & inde accepit nomen Aronenſis codicis à P. Bernardino Roſſignolio,*

ſignolio, & alÿs, qui legerunt Aronæ; & ignorantes quòd ego illum attulerim, exiſtimarunt, ibidem ab antiquis monachis, qui illud monaſterium inhabitarunt, eſſe relictum. In quorum fidem hoc teſtimonium meâ manu ſubſcripſi. Cremonæ, die XXVIII. Ianuarÿ, M.DC.XVII.

Quare nullam nunc rationem ſuppetere video, quâ horum librorum auctor in familiam Benedictinorum adſciſci poſſit.

CAP. XV.

Quintum Caietani argumentum, libros de Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis non eſſe, quòd phraſim Italicam reſonent.

CAIETANVS. Phraſis Italica Italum auctorē loquitur. Et ideò nos nonnulla, quæ ad rem hanc demonſtrandā faciant, ex eodē Opuſculo in medium adferamus. Lib. I. cap. III. *Quanto aliquis magis ſibi vnitus, & interiùs ſimplificatus fuerit.* Cap. IV. *Cum ſapiente & conſcientioſo viro conſilium habe.* Cap. XV. *Totaliter ad Deum refert, à quo fontaliter omnia procedunt.* Cap. vltimo: *Pauperrimè comedunt, groſſè veſtiuntur.* Lib. III. cap. III. *Erubeſce ergo ſerue piger & queruloſe.* Cap. VIII. *Si autem me vilificauero, & ad nihilum redegero, atque ſicut ſum pulverizauero.* Cap. XV. *In manu tuâ ſum, gyra & reuerſa me.* Cap. XLVI. *Cùm enim baſſari refugit & confundi pro defectibus, conſtat vtique quòd nec verus humilis ſit.* Cap. L. *Ne deſpicias peccaminoſam vitam meam.* Et iterùm: *Non me ſinas ſecundùm auditum aurium hominum imperitorum* Pag. 18.

ſententiare. Cap. LVIII. *Illi benè & optimè contentantur, ſi homines ſcirent contentari.* Et demum lib. IV. cap. XII. *ille nihil aliud habeat ad retribuendum beneficijs eius, niſi ſe humiliando, & ei regratiando.* Hæc igitur pauca ex ſcriptis viri illius exempli gratiâ in medium propoſuiſſe ſufficiat.

ROS-WEYDVS. Qui Italum libri huius auctorem faceret, legi neminem præter Caietanum: nam etſi Bernardinus Roſſignolius Societatis noſtrę Theologus apud Poſſeuinum in Apparatu ſacro in Thomâ de Kempis, & Cardinalis Bellarminus de Script. Eccl. in Ioanne Gerſone, exiſtimauerint, ſolo Aronenſi codice nixi, librum hunc Ioanni de Geſſen tribuendum, nihil tamen de auctoris patriâ prodidère. Vnus Conſtantinus hîc augurem egit, regiones lituo deſcripſit, garritum auium captauit. Sed videamus quàm illi auguralis lituus, quam auris faueat.

Equidem ſi hæc pauca, vt tu quidem exiſtimas, Italum auctorem arguunt, quò me vertam vbi plura produxeris? Amphotides mihi adhibendæ erunt, ne Belgica auris Italis his vocibus velut cæſtibus obtundatur. Sed dic, ſodes, quas tu hîc voces Italas agnoſcis? Nullas exprimis, integras ſententias produxiſſe contentus. Fors quędam barbara & ſimpliciora verba Italo cœlo adſcribis. Quid ſi ego ex Belgicis ſcriptoribus, imò ex reliquis Thomæ ipſius Operibus, non iam ſimilia, ſed eadem vocabula producam? Etiámne ea ſcripta Italiæ deputabis? Maluiſſem te, Caietane, parciùs auguratum. Quia tamen me prouocaſti, & ad augurium hoc obtorto, quod aiunt, collo rapuiſti; patere, quæſo, vt fallacem tibi lituum, aures minùs purgatas fuiſſe oſtendam.

Ecce

Ecce enim & cælo noſtro voces hæ reſonant, *baſſari, contentari, groſſè, gyrare, queruloſus, regratiare, totaliter, vilificare*, & aliæ ſimiles, quas in Italiâ tantùm notas exiſtimaſti.

Baßari. Thomas à Kempis in vitâ Gerardi Magni poſt cap. XVIII. vbi agit de libris ſacris ſtudendis: *Humilis illa adoratio & baſſatio corporis decens Deo, & menti congrua.* Idem in Vitâ boni monachi, cap. VIII. *caput denudare, baſſè inclinare, genua curuare Crucifixi pedibus.* Vita Florentij cap. XII. *Pro illis fecerat ſibi parua & baſſa calopodia.*

Contentari. Thomas à Kempis parte II. Serm. V. ad Nouitios in exemplo: *Nullatenus poſſum in conſcientiâ contentari.* In Vitâ Ioannis Cacabi de Vianâ, capite II. *Si quis nobiſcum habitare deſiderat, oportet quòd ſe humiliet, & omnibus minorem ſe faciat: & talis paradiſum hîc habet, & optimè contentatur.*

Groſſè. Thomas à Kempis in Vita Gerardi Magni poſt cap. XVIII. titulo, de Sacris libris legendis: *Vt videas groſſos Eccleſiæ primitiuæ fructus.* Idem lib. de tribus Tabernaculis, in Paupertate: *Statim cùm groſſiora quæque & abiectiora eam viderint diligere.*

Gyrare. Thomas à Kempis Serm. V. ad Nouitios parte II. *Ille verò Religioſus eſt, qui ſæculo ſponte renuntiat, & corde ad ſæculum non regyrat.*

Queruloſè. Thomas à Kempis in Hoſpitali pauperum capite V. *Verus obediens non eſt tardus, nec negligens, nec queruloſus.*

Regratiare. Thomas à Kempis III. parte Serm. ad Nouitios, Serm. X. *Ita & nos multò deuotiores eſſe debemus regratiando Deo.* Item Sermo-

ne I. *Quàm delectabile eſt pro omnibus bonis datis & creatis etiam pro minimis Deo regratiari.* Vitâ Ioannis Keſſel: *Regratians benefactori ſuo.* In Epitaphio ſeu Enchiridio monachorum cap. I. *Nam menſa egenorum in mœrore & fletu dolorum Chriſti verſari debet, & Deo regratiari.*

Totaliter. Thomas à Kempis in Valle liliorum cap. IV. *Verus amator Dei amat purè Deum totaliter & finaliter propter ſuam infinitam bonitatem.* Sępius eo aduerbio vtitur.

Vilificare. Thomas à Kempis in Hoſpitali pauperum cap. V. *Semper in gaudio eſt & pace, qui ſeipſum vincit, abnegat, ſpoliat, & vilificat.*

Vide nunc, quàm omnia pænè verba, ex quibus putabas te poſſe colligere, auctorem librorum de Imitatione Chriſti Italum eſſe, & ita Thomæ Kempenſi Belgæ eos eripere, etiam Belgico cælo reſonent. Vt nihil ex illis vocabulis confieri poſſit, quod non Thomæ potiùs, qui ijs etiam in alijs ſuis Opuſculis vtitur, quàm alteri, cuiuſcumque ille ſit nationis, ſuffragium ferat. Sed pergit Caietanus pro Italo auctore agere:

Pag. 19. CAIETANVS. Superioribus etiam rationibus addi poteſt & alia coniectura, fortaſſe non contemnenda, ex ijs quæ habentur capite vltimo libri primi, ipſius Operis, deſumpta. Quo loco cùm monachos, quibus ille præerat, aliorum exemplo inflammare vellet, inter alia his verbis vtitur: *Attende Carthuſienſes, Ciſtercienſes, & diuerſæ Religionis monachos & moniales.* Ex quibus probabiliter ſatis deducitur, auctorem non in Galliâ vel Germaniâ, ſed in Italiâ vixiſſe: etenim illa Religionum diuerſitas inter monachos

chos & moniales, vbinam locorum extra Italiam ſpectari tunc temporis, aut ad exemplum proponi poterat? Sanè (præter monachos nigros, necnon Carthuſianos & Ciſtercienſes) erant in Italiâ Camaldulenſes, Fontiſ-auellani, Vallis-vmbroſæ, Humiliati, & Montiſ-virginis: omnes inter ſe diuerſę, & tam genere veſtium, quàm modo viuendi diſtinctę monachorum familiæ. Sed hos Religioſorum Ordines ſatis conſtat Italiæ fines non exceſſiſſe. En igitur auctor Italũ tacitè ſe profitetur. Cur enim, ſi Tranſalpinus fuiſſet, eruditus ipſe Chriſti diſcipulus, ac optimus animarũ medicus, exempla aliorum monachorum in remotiſſimis oris degentium, tamquam quotidiana, & in conſpectu ſita, ſuis imitanda propoſuiſſet monachis?

ROS-VVEYDVS. Hic verò criſim tuam, Caietane, nullus non deſiderabit. quamquam dum coniecturam vocas, valdè rem mitigas. Quid? Nullibíne præter *Carthuſienſes & Ciſtercienſes* dicendi ſunt eſſe *diuerſæ Religionis monachi*, niſi ibi ſint *Camaldulenſes, Fontiſ-auellani, Vallis-vmbroſæ, Humiliati, & Montis-virginis*? Quo igitur numero cenſes Dominicanos, Franciſcanos, Carmelitas, Auguſtinianos, qui toto hoc Belgio frequentes nunc ſunt, & ætate Thomæ noſtri paſſim florebant? An in monachorum cenſum venire non poſſunt? Iam ſuprà monui cap. XIII. auctorem noſtrum *monachi* nomen laxè capere pro quouis Religioſo.

CAP. XVI.

Sextum Caietani argumentum, libros de Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis non eſſe, quòd auctor Vitæ eius nullam horum librorum mentionem faciat.

Pag. 13. CAIETANVS. Auctor Vitæ Thomę à Kempis, quiſquis ſit, ſynchronos tamen eorum temporum, quę ſcribit de Thomâ ac eius ſcriptis, ab eiuſdem Confratrum Conuentus S. Agnetis, Thomæ ſuperſtitum, ore ſe habuiſſe cùm teſtetur, nihilominùs & in deſcribenda illius Vitâ, & in euulgandis Opuſculis, quorũ catalogus ab eo Trithemij minimè differt, ipſorum de Imitatione Chriſti librorum meminiſſe nequaquam voluit. Quòd certè euidentiſſimum ſignum eſt, Thomam à Kempis huiuſmodi Opuſculi auctorem non extitiſſe: reuerà enim ſi eſſet, fratres ij, qui in eadem domo, in quâ & ipſe Thomas diu vixit, degebant, rem tantâ laude dignam neutiquam ſilentio contexiſſent: immò virum illum Operum Kempenſium illuſtratorem vltrò docuiſſent.

ROS-VVEYDVS. Concidere profectò poteram vel ad adſpectum tam amentati teli, niſi experientiâ didiciſſem, arundinea plerumque eſſe, quæ primâ fronte creduntur cornea. Primò dicit Caietanus Opuſculorum Thomæ catalogum, quem auctor ille vulgat, ab eo Trithemij minimè differre. Hoc ſi verum eſt, telum in

in ſe ipſe retorquet. Ecce enim Opuſculorum Thomæ catalogum apud Trithemium de illuſtribus Germaniæ Scriptoribus:

De Contemptu mundi & imitatione Chriſti, lib. IV.
Sermonum ad Nouitios, lib. III.
Dialogus Nouitiorum, lib. I.
Sermonum ad fratres, lib. I.
De Vitâ ſolitariâ, lib. I.
De tribus tabernaculis, lib. I.
De verâ compunctione, lib. I.
Hortulus roſarum ſpiritualium, lib. I.
Vallis liliorum, lib. I.
Alphabetum monachi, lib. I.
Conſolatio pauperum, lib. I.
Epitaphium monachi, lib. I.
Qualis debeat eſſe monachus, lib. I.
Manuale paruulorum, lib. I.
Doctrinale iuuenum, lib. I.
De vanitate mundi & contemptu eius, lib. I.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. I.
Et alia.

Quæ omnia Trithemius rurſus exprimit in Catalogo Virorum illuſtrium totius orbis. Nónne hîc Trithemius libros IV. de Imitatione Chriſti Thomæ tribuit, & in fronte Opuſculorum eius ponit? Si igitur catalogus ille, quem auctor Vitę concinnauit, ab eo Trithemij minimè, vt ipſe ait, differt; nónne ſuo ſe iaculo velut alter Philoctetes vulnerat? Scio in Catalogo, quem citat ſed non exprimit, non comparere quatuor illos libros de Imitatione Chriſti. Ecce enim illum ipſum, quem editio Veneta quam citat, in officinâ D. Bernardini an. M.D.XXXVI. præfert:

De diſciplina clauſtralium.

Soli-

Soliloquium.
Sermonum prima pars.
Sermonum ſecunda pars.
Sermonum tertia pars.
Item ſermones nouem.
Dialogus Nouitiorum.
Eiuſdem epiſtola.
De paupertate, humilitate, & patientia.
De verâ compunctione cordis.
Hortulus roſarum.
Vallis liliorum.
Manuale paruulorum.
Doctrinale iuuenum.
Hoſpitale pauperum.
De vitâ auctoris breuis Annotatio.

Sed & hoc ſcio, in aliâ Venetâ editione per Stephanum Sabienſem anno M.D.XXXV. quæ alteram illã vno anno præceſſit, & in contextu & in Catalogo poſt Hortulum roſarum exprimi & recẽſeri *de Imitatione Chriſti libros quatuor*. In illâ editione etiam Vita illa Thomæ cõtinetur eodẽ auctore. Si antiquiorem editionem quærit, occurret Norimbergenſis anni M. CCCC.XCIV. quę & Vitam illam, & libros de Imitatione Chriſti, & plures alios Thomæ tractatus, qui in editione Venetâ D. Bernardini deſiderantur, repræſentat. Quid? quòd in vtraque editione Venetâ *Alphabetum monachorum* in Catalogo Operum Thomæ à Kempis non recẽſetur; & tamen vtraque editio textum illius Alphabeti ante Soliloquium exprimit & repræſentat.

O miſerit igitur Venetus ille typographus in officinâ D. Bernardini libros de Imitatione Chriſti reliquis Thomæ Opuſculis inſerere, quòd ſci-

ret

ret eos Gerſonis nomine in Italiâ notiores eſſe.

Secundò, Non rectè cenſet Caietanus, catalogum illum Venetæ editioni anni M.D. XXXVI. præfixum, eſſe cõcinnatum ab auctore qui Vitã Thomæ compoſuit. Imò verò longè ille copioſiorem concinnauit, quem habes Norimbergenſi editioni præmiſſum. Suſpicor enim typographum ex Thomæ vitâ, quæ in medio libri in eâ editione ponitur, eum catalogum ad primum folium retraxiſſe. Quod clarum apparet, cùm auctor in fine vitæ hęc verba habeat: *Et quia multos tractatus ſcripſit & dictauit in Vita, & pauci ſciunt quomodo intitulantur vel vocantur, ideò tabulam de eius tractatibus & libris hic intitulare & ſcribere intendo, vt omnes, qui legunt vel audiunt, poßint ſcire quot ſunt:* & tamen ibi catalogus ille in eâ editione non repræſentetur. Hinc apparet etiam, vtramque editionem Venetam valdè imperfectam eſſe, cùm hæc vltima verba proximè citata eis deſint. Vnde quoque conſequitur, eos tantùm quoſdam tractatus ex omnibus Thomæ Operibus ſelegiſſe; ideoque illa verba, quæ tabulę omnium Operum meminêre, prudentes ſcienteſque omiſiſſe.

Tertiò, Mirari ſatis non poſſum, quî Caietanus ſibi perſuadere potuerit, eum catalogũ Operum Thomę, qui Venetæ editioni D. Bernardini præfigitur, perfectum eſſe, cùm in eo deſint Vitæ Gerardi Magni, Florentij, & aliorum, quas certiſſimò conſtat à Thomâ compoſitas, cùm in ijs tyrocinia ſtudiorum ſuorũ ipſe deſcribat, & eorũ aliqui eius magiſtri, alij eius ſodales fuerint.

Quartò, Iam ſuprà cap. x. ex eo ipſo auctore, qui Vitam Thomæ deſcripſit (cuius fidem mirificè

rificè Caietanus deprædicat,) oſtendimus, quàm egregiè ſententię noſtræ ille ſuffragetur; cum in ipſâ Thomæ Vitâ, libri tertij de Imitatione Chriſti mentionem faciat, adducto lemmate capitis primi, & themate capitis ſecundi ex eodem libro. Vt nullum iam dubium eſſe debeat, quin hoc Caietani argumentum arundine fragilius ſit cenſendum: immò in eum validiſſimè retorqueatur, vti ſuprà cap. x. oſtendimus.

Quintò, Næ valdè ſui immemor Caietanus eſt, cùm me Trithemij & innominati auctoris Vitæ Thomæ catalogo conſtringere conatur; qui ignorare non poteſt, quot Opuſcula Bonauenturæ Trithemius omiſerit, quæ nuper Sixtinâ editione prodierunt Romę, an. M. D. LXXXVIII. adeò vt titulus præferat: *Libris eius multis vndique conquiſitis aucta Opera*. vt F. Conſtantius Cardinalis Sarnanus initio Tomi primi poſt catalogum Operum Bonauenturæ à Trithemio commemoratorum hæc ſubnectat: *Alia ſanè verò longè plura, quæ ſuprà præſertim à Trithemio diligentiſſimo veterum ſcriptorum inueſtigatore, commemorata ſunt S. Bonauentura perenni quodam ſcribendi ſtudio vtiliter ſapientérque edidit*. Si Trithemius *diligentiſſimus* aliàs *veterum ſcriptorum inueſtigator* omiſit *alia longè plura Opuſcula*, quàm commemorauit; cur quæſo tam acer exactor eſt, vt ad vnam Trithemij auctoriſque illius innominati trutinam nos Thomæ Kempenſis ſcripta examinare velit? Quamquam iam quoque vtriuſque lancem in noſtram partem propendere, manifeſtè monſtrauerim.

CAP.

CAP. XVII.

Quæ horum librorum inſcriptio, quis numerus, quis ordo, quæ methodus, quæ peritia.

ROS-WEYDVS. Quod ad *inſcriptionem* ſeu *titulum* attinet, quatuor potiſſimùm inſcriptiones inuenio in libris editis. Vel enim inſcribuntur *de Imitatione Chriſti.* vel, *de Contemptu mundi.* vel, *de Imitatione Chriſti, & contemptu omnium vanitatum mundi.* vel, *Qui ſequitur me.* Ita quidem libri hactenus editi paſſim pręferunt.

Quarum inſcriptionum ratio ex capite primo libri primi deſumpta eſt. Nam titulus primi capitis ita concipitur: *De Imitatione Chriſti & contemptu omnium vanitatum mundi.* Initium verò eiuſdem libri & capitis: *Qui ſequitur me.* Et quidem omnes quatuor libri paſſim *de Imitatione Chriſti* inſcribuntur.

Ego verò dum manuſcriptos conſulo, ne vnum quidem quatuor librorum ita inſcriptum inuenio; ſed primum: *Incipiunt admonitiones ad ſpiritualem vitam vtiles.* ſecundum: *Incipiunt admonitiones ad interna trahentes.* tertium: *Incipit liber internæ conſolationis.* quartum: *De Sacramento.*

Atq; ita ante ſingulos libros auctor titulũ manu ſuâ notauit. Qui dum initio Opuſculorũ ſuorum in libris manu ſuâ ſcriptis catalogum præfigit, ſingulos hos notat initialibus vocabulis primorum capitum. primum: *Qui ſequitur me.* ſecundum: *Regnum Dei.* tertium: *Audiam quid loquatur.*

loquatur. quartum: *Venite ad me*. Nec aliter citant Scriptores Thomæ coæui, vt Buſchius ſuprà cap. v I. *Qui ſequitur me, de Imitatione Chriſti*. vbi & initium primi libri, & inſcriptionem capitis primi exprimit: & auctor Vitæ Thomæ ſuprà cap. x. vbi librum tertium de Imitatione Chriſti ab inſcriptione ſeu lemmate capitis primi, *De internâ Chriſti locutione*, citat & indicat.

Quod *numerum* ſpectat, quatuor quidem vulgò feruntur eſſe libri de Imitatione Chriſti, ſed eum numerum nulli manuſcripti certò aſſerunt.

Nam Corſſendonckanus manuſcriptus vnum tantum habet, videlicet primum. Louanienſis S. Martini manuſcriptus tres libros tantùm exhibet, primum, ſecundum, & tertium, diuerſis ſingulos inſcriptionibus, ſicut iam monſtraui. Antuerpienſis Collegij noſtri manuſcriptus quatuor quidem libros habet, ſed diuerſis quoque ſingulos inſcriptionibus. In nullo autographo ordinalis nota *primi, ſecundi, tertii*, & *quarti* præfigitur.

Quod ad *ordinem* attinet, nec vllum hîc certum auctor ipſe preſcripſit. Nam Antuerpienſis manuſcript. eum, qui vulgò quarto loco imprimitur, reponit tertio.

Ex quibus omnibus manifeſtum euadit, nullam auctori mentem fuiſſe, hos quatuor libros inſcribẽdi *de Imitatione Chriſti* (cùm ſingulis ſuos titulos prefixerit) ſed ſolùm primum ita inſcribi poſſe ratione tituli & argumenti, quod præfert caput primum. Placuit tamen, ne quid in re tã vulgatâ immutarem, omnes quatuor communi inſcriptione retinere eodem quoque numero & ordine.

Iam verò, qui *methodum* aliquam *practicam* in his

his libris inueniunt, næ pium eorum ſtudium vehementer laudo: quamquam auctori, cùm hęc ſcriberet, nullam ſibi hîc methodum præfixiſſe, planè mihi perſuadeam. Cur enim ipſe aliàs nec eumdem librorum numerum ſeruaſſet, nec eumdem ſemper ordinem? Credo eum potiùs, vt Spiritus quęque dictabat, ſua elocutum. Et quidem ſinguli libri ita perſparſi ſunt variorum condimẽtorum materiâ, vt quodcumque caput fortuitò inſpicias, conuenientia ſemper præſenti neceſſitati remedia inuenias; quod & prudentiſſimè animaduertit, & pientiſſimè in ſe expertus eſt B.P.N. Ignativs, mirificus libelli huius æſtimator.

Quare peritiùs quoque egit, qui primus horum librorum *Peritiam* (ita eam vocant Belgicæ editiones, vbi Caietanus habet *Breuem Epitomen*) quàm qui *Methodum practicam* concinnauit. Nam cùm vterque concinnator quatuor his libris agi velit de triplici viâ, Purgatiuâ, Illuminatiuâ, & Vnitiuâ, prudenter *Peritiæ* concinnator quamque viam per quemque librum ſparſam recognouit, cùm reuerà auctor quouis libro de ſingulis aliquid attigiſſe dici poſſit. Vt ordine proceſſerit, quod *methodi Practicæ* collector exiſtimauit, nulli facilè perſuadebitur, cùm ne quidem inter ipſos libros certus & ſtabilis ordo in veteribus MSS. reperiatur, vt paulò antè declaraui. Vnde mirari ſatis non poſſum iudicium Caietani, qui cùm editioni ſuæ & *Methodum Practicã*, & *Breuem Epitomen* ſeu *Peritiam* præfigat, non animaduertit alteram cum alterâ pugnare: cùm collector Methodi Practicæ velit ab auctore perfectionem, velut feram, vno tenore inueſtigatam recto tra-

mite; Peritię verò concinnator diuerſis vijs, nunc huc, nunc illuc, nunc antrorſum, nunc retrorſum, recurrendo quoquò ſe inter dumeta condat, quaquà caput efferat, perſequendam iudicet. Sed nec Peritiâ, nec Methodo hîc opus, cùm auctor nullum certum ordinem librorum ſeruauerit, vt iam dixi. Peritia tamen loco indicis ſeruire poſſit; etſi liber nullo magnopere indice indigeat. Permiſi tamen aliquem in fine adijci.

Atque ita ego de horum librorum *inſcriptione, numero, ordine, methodo, peritiâ* ſtatuendum cenſuero. Quia tamen Caietanus de *inſcriptione* aliter cenſet, eum audiamus, ne quid intactum à me prætermiſſum conqueratur.

Præf. ad Lectorem.

CAIETANVS. Cur titulos vnicuique libro à nonnullis præfixos, necnon aliquot voces ante verborum contextum appoſitas, quales ſunt illę, *Vox Chriſti. Vox diſcipuli*, omiſerim, illud in cauſſâ fuit, quia cùm in omnibus vetuſtioribus codicibus, tam Aronenſi manuſcripto, quàm impreſſis, qui cum eo optimè conſentiunt, deſiderentur (licèt in eo, qui Thomæ à Kempis manum prę ſe fert, reperiantur) iure mihi perſuadeo, illius viri eſſe gloſſemata potiùs, quàm Auctoris germanum partum.

ROS-WEYDVS. Næ tu ſemper Andabatarum more in tenebris pugnas, aërem verberās inani conatu, fruſtratorijs ictibus. Ego verò proximo capite cominus in luce loca vtriuſque codicis, Aronenſis & Belgici, tam clarè inter ſe committam, vt quiuis Lector facilè iudicaturus ſit, quis in gradu ſtet, quis arenam mordeat. A Belgico ſtaturos omnes codice, nullus dubito.

Cedò verò, Caietane, quem tuus Aronenſis codex

Digitized by Google

codex titulum in fronte ſingulorum librorum prẹſert? Nullum planè exprimis pag. 15. vbi tamen inſcriptionem vniuſcuiuſque libelli refers. Nam primi libri titulum ita tantùm citas: *Incipiunt Capitula libri primi Abbatis Ioannis Geſen*; & ſequentium librorum non alij tituli ſunt. Quomodo igitur ſine teſtimonio eius libri MS. quem tanti facis, auſus es *de Imitatione Chriſti* ſingulos libros inſcribere? An hoc ex fide agere, eius rei non monito Lectore? Ego verò ſine teſte nihil adduxi, dum titulos & inſcriptiones prẹſcribo; vti nec ante me P. Sommalius. Indicem capitum, qui ſingulis quibuſque libris præfixus erat, initio primi libri ſimul ſub vno obtutu dedi, Lectoris commodo.

CAP. XVIII.

Comparatio manuſcripti Italici Aronenſis, quo vſus eſt Caietanus, cum manuſcriptis Belgicis Antuerpienſi & Louanienſi, quibus vſus eſt Sommalius, & Roſ-vveydus.

ROS-VVEYDVS. Valdè paſſim Caietanus Aronenſem codicem extollit, Belgicum Sommalij deprimit. Sed omnino vereor, ne illimi fonte relicto, ad lacunas infectas & vitiatas ſe contulerit, ne æruginem pro aurugine elegerit. Eum de Aronenſi codice audiamus.

CAIETANVS. Nemo inficiabitur, Aronenſis monaſterij codicem, eoſque qui Mediolani & Venetijs, anno Chriſti M. CCCC. *Pag. 20.*

 LXXXVIII.

LXXXVIII. & poſt obitum ipſius Thomæ decimo ſeptimo, ſub Ioannis Gerſon nomine editi fuere, illi ab eodem Thomâ ſcripto auctoritate præcellere, cùm longè ſint emendatiores; ita vt valdè probabile ſit, ab archetypo fuiſſe deſumptos.

Ros-weydvs. Si ſimpliciter aſſeruiſſe, probaſſe eſt, iam euiciſti. Sed pari ego iure contrarium aſſeruero. Sed nolo ſolâ aſſeueratione videri vincere fruſtratoria præſumptione. Tu hic Tuſce aquilex, tu libripens, cum bilance aſſidete. Cuiuſque venæ, cuiuſque momenti præſtantiam pariter expendite.

Lib. 1. cap. 1. §. 3. Manuſcriptus Belgicus habet: *Si ſcires totam Bibliam exteriùs.* Manuſcriptus Aronenſis: *Si ſcires totam Bibliam*. Nempe non cepit exſcriptor Aronenſis phraſim Belgicam *ſcire exteriùs*, **van buyten weten**/quod eſt *memoriâ tenere*, omiſit iſtud *exteriùs*, quod non intelligebat, & vitioſum exiſtimabat. Reperitur quoque editio Ægidij Steelſij Antuerpię anni M. D. LXXV. quæ loco *exteriùs* ſuppoſuit *memoriter*.

Cap. 11. §. 1. MS. Belgicus: *Scientia ſine timore Dei quid importat?* MS. Aronẽſis non rectè omittit *Dei*. Scio te in calce libri inter addenda reponere *Dei*: ſed ex ingenio tuo, non ex MS. quâ in re fidem tuam non nemo requiret, Caietane, qui non mones te ſenſu ita flagitante id addere.

Cap. 111. §. 1. MS. Belgicus *Quid prodeſt magna cauillatio de occultis.* Vbi malè pro *magna* eſt *modica* in MS. Aronenſi. Ibidẽ §. 2. MS. Belgicus: *Et quid curæ nobis de generibus & ſpeciebus?* Nõ rectè in Aronenſi MS. omittitur *curæ*. Ibidem §. 3. MS. Belgicus: *Quanto aliquis magis ſibi vnitus.*

Digitized by Google

tus. MS. Aronenſis imperfectè: *Quanto quis magis vnitus*. Ibidem §. 5. MS. Belgicus: *O ſi tantam adhiberent diligentiam ad extirpanda vitia, ſicut ad mouendas quæſtiones*. MS. Aronenſis nè rectè: *ſicut mouendi quæſtiones*. Ibidem §. eodem MS. Belgicus: *Non quæretur quàm benè diximus ſed quàm religioſè viximus*. MS. Aronenſis pro *diximus* malè exhibet *diſcimus*. Ibidem §. 6. MS Belgicus poſt *in cogitationibus ſuis* habet hanc ſententiam: *Verè magnus eſt, qui magnam habet charitatem*. quæ tota in Aronenſi omittitur.

Cap. XIX. §. 3. MS. Belgicus: *Semper tamen aliquid certi proponendum eſt, & contra illa præcipuè, quæ ampliùs nos impediunt*. MS. Aronenſis omittit, *contra*; quod tamen ad ſenſum & ſcopum auctoris hîc requiritur.

Cap. XXII. §. 2. MS. Belgicus: *Quantò homo voluerit eſſe ſpiritualior, tātò præſens vita ſit ei amarior*. Vbi MS. Aronenſis loco *amarior* habet *amantior*, planè contra ſenſum, quod ex ſequentibus verbis colligitur. Dicit enim, homini ſpirituali idem præſentem vitam fieri amariorem, *quia*, inquit ſubiungendo, *ſentit meliùs, & videt clariùs humanæ corruptionis defectus*.

Cap. XXIII. §. 5. MS. Belgicus: *Noli confidere ſuper amicos & proximos*. Vbi MS. Aronenſis loco *confidere* malè exhibet *conſiderare*.

Cap. XXV. §. 1. MS. Belgicus: *Hæc intra ſe reuoluit*. vitioſè in Aronenſi, *inter*, qui error imperito librario contigit ex compendiariâ ſcriptione, vt paulò pòſt hoc capite oſtendam.

Lib. II. cap. IX. §. 2. M.S. Belgicus: *Ita & tu aliquem neceſſarium & dilectum amicum pro amore Dei diſce relinquere*. Non rectè in Aronenſi codice

 aliquid,

aliquid, cuius erroris cauſſam mox prodam.

Lib. III. cap. III. §. 3. MS. Belgicus: *Pro ſummo bono & gloriâ interminabili.* deſideratur hoc in Aronenſi MS. exſcriptoris oſcitantiâ.

Cap. V. §. V. MS. Belgicus: *Amor ſicut viuax flamma & ardens facula ſurſum erumpit.* Vbi impetitè librarius Aronenſis *fauilla* pro *facula* ſcripſit.

Cap. VI. §. 3. MS. Belgicus: *Nec eſt illuſio, quòd aliquando in exceſſum ſubitò raperis.* Ineptè Aronenſis: *quòd aliquando in excelſum ſubitò rapiaris ſeu raperis.*

Cap. XXV. §. 3. MS. Belgicus: *Nec te iuſtificaueris, quaſi hac tantaq; pati non deberes; ſed me in omnibus diſpoſitionibus iuſtificaueris, & ſanctum laudaueris.* MS. Aronēſis tantùm habet: *Nec te iuſtificaueris & ſanctum laudaueris*, omiſſis intermedijs, quæ ad perfectum ſenſum requiruntur. Quis non videt hîc antiquarium hallucinatum, cùm integram ſententiam tranſilit, quia bis occurrebat, *iuſtificaueris*? Qui error ſimili occaſione exſcriptoribus ſæpè obuenit.

Cap. LVIII. §. 9. MS. Belgicus: *Multi quærunt quis maior ſit in regno Dei, qui ignorant an cum minimis erunt digni computari.* Purum putum aurum hoc præ ſcoriâ Aronenſis codicis, in quo: *Multi quærunt, quis maior ſit in regno cælorum ſiue Dei, qui ignorant, an tam minimis debeant computari ſiue erunt digni computari.* Et dubitabit quiſpiam an Belgicus codex Aronenſi præſtet?

Cap. LIX. §. 2. MS. Belgicus: *Totum & infirmum & inſtabile inuenio, quidquid extra te conſpicio.* Vbi MS. Aronenſis profert *fumum* pro *infirmum*, manifeſto errore. Pro *infirmum* in manuſcr. compendiariâ ratione erat *inf mum*, inde

Digitized by Google

de *ſumum* improuidus exſcriptor fecit.

Lib. IV. cap. I. §. I. MS. Belgicus: *Quia ergo tua ſunt, & vera*. MS. Aronenſis : *Quia ergo tua ſunt verba*. Prior lectio genuina, & vera, quia reſpicit ad proximè præcedentia : *Hæc ſunt verba tua, Chriſte, veritas æterna*.

Has ego nunc paucas ex Aronenſi lamâ guttas, è Ioannis Geſſen fodinâ Italicâ ęris ramenta produxi; tu vide, Lector, quid hæc ad Thomæ Kempenſis fontem, quid ad aurum Belgicum ſint. Notum, aquam, quò à fonte magis abit, impuriorem ſemper fluere: quod & picturis euenit, quæ exprimuntur ex antitypis tantò poſterioribus prototypo. Quare placet omnino epiphonema Caietani.

CAIETANVS. Sicut enim in picturis vſu venire experientiâ compertũ eſt, vt prima exemplaria magis ſpeciei, quam imitantur, ſimilitudinem exprimant; ita etiam libros ex ipſorum auctorum autographis deſcriptos, quis neſcit minùs mendoſos eſſe, & ad eorum ſinceritatem propiùs accedere? Pag. 23.

ROS-VVEYDVS. Nil pote melius. Age porrò, epiphonemati ſuper acclama.

CAIETANVS. Videant igitur, quâ ſe ratione tueantur, qui Thomę à Kempis exemplar in autographum transformant. Præfat. ad Lector.

ROS-VVEYDVS. Nullâ hîc metamorphoſi opus. Ipſe codex Belgicus Thomæ à Kempis planè integer & illibatus præſtantiam ſuam Lectori probauit, præ Aronenſi veſtro Ioannis Geſſen mutilo & delumbato; vt mirari ſatis non poſſim, quomodò pag. 16. ſcribere audeas: Pag. 16.

CAIETANVS. Eſt autem liber ille Aro-

 nenſis

nenſis ſanè quàm emendatè ſcriptus: vt hoc etiam nomine illi codici, quem Henricus Sommalius pro autographo Thomę Kempenſis edidit, erroribus ſcatētem (vt ex eius lectione cuiuis apparere poteſt) longè præſtet. Neque etiam in vulgari papyro, vt ille eſt deſcriptus, ſed in membranâ, & quidem peruetuſtâ; ita vt ijs, qui vtrūque inſpexerunt, probatæ fidei teſtibus, non ſolùm Italis, ſed etiã Belgis & Gallis, minimè perſuaderi potuerit, ſcriptorem eiuſdem tam recenti ſæculo, quo Thomas in humanis fuit, exſtitiſſe.

ROS-VVEYDVS. Immò verò ex lectione & vtriuſque codicis comparatione contrarium iam apparuit. Non hîc recuſo cuiuſuis Lectoris (quaquâ ille natione ſit) ſubire iudicium. Et quis ille Belga, Gallus, Italus, qui aſſeruit codicem noſtrum in vulgari papyro deſcriptum? Addidiſſet membranam hinc inde mixtam, & ex vero de codice Belgico retuliſſet. Non eæ erant opes Thomæ Kempenſis monaſterio tunc recens exſtructo, vt libros omnes ſuos membranâ ſcribere poſſet. Abundauerit Aronenſis ſcriptor maioribus opibus, membranâ ſcripſerit: quaſi verò non multi libri hoc proximo ſęculo membranâ ſcripti ſint, etiam typographiâ inuentâ. Vidi ego Gandaui Virgilium, Auſonium, & alios aliquot auctores veteres membranâ elegantiſſimâ ex chartaceo impreſſo exemplari deſcriptos. Non ſemper igitur membrana vetuſtatem arguit.

Qui illi periti antiquarij ſint, qui Romę de abſente codice noſtro ferunt iudicium, equidem ſcire aueo. Vel lyncei illis oculi fuerint, quibus tam procul noſtratia peruideant; vel valdè illis fauet imaginatio, & memoria, cui tam fideles ſpecies impreſ-

impreſſerint. Ego verò Româ intelligo codicem Aronenſem non magnam præ ſe ferre vetuſtatē. Quòd ſi de codice noſtro, etſi anni indicium ſecum ferat, nondum vobis liquet, lubens quædam eius ſolicula Romam tranſmittam, vt cum Aronenſibus folijs comparentur.

Etſi præcedentia omnia ſatis clarè oſtendant, vter manuſcriptus alteri præſtet, vter autographus, vter apographus ſit; ne quod tamē dubium animo alicuius poſſit adhuc obhæreſcere, clariùs rem ipſam patefaciam.

Manuſcriptum Aronenſem non eſſe autographum, vel ab auctore dictatum (quod tamen Caietanus exiſtimauit pag. 15. immò ne quidem ab archetypo deſumptum (vt idem opinatur Præfatione ad Lectorem) multis manifeſtis indicijs deprehenditur.

Lib. 1. de Imitatione Chriſti, cap. IV. §. 1. MS. Aronenſis habet: *Et in verbis ſatis labilem ſiue bibilem.* Caietanus pro *bibilem* impreſſit *debilem.* Neutrum huic loco quadrat. MS. Belgicus tantùm habet: *& in verbis ſatis labilem.* atque ita omnes editiones. Nempe quia Aronenſis exſcriptor in exemplari, è quo ſuum deſcribebat, inuenerat *labilem* ſcriptum per compendium *ꝑbilem*, ignorans quid hoc eſſet, expreſſit ipſe *labilem ſiue bibilem*, & loco poſterioris Caietanus *debilem* ſubſtituit.

Cap. v. §. 2. MS. Aronenſis habet: *Si vis profectum ſiue perfectum haurire.* Quis non videt hic hæſitantiam ſcriptoris? Inuenerat in MS. (ſicut & Belgicus MS. repræſentat) *Si vis ꝑfectū haurire.* Non percepit compendiariam ſcriptionem. quare maluit vtrumque ſecundùm ſuum captum

F 5 ponere

ponere *profectum ſiue perfectum*, cùm hæc ſola vera lectio ſit: *Si vis profectum haurire.*

Cap. XXV. §. 2. MS. Aronenſis: *Hæc inter ſe reuoluit dicens.* Rurſus hîc error exſcriptoris ſe prodit, quòd non ſit aſſecutus hanc abbreuiationem MS. ex quo ſua exprimebat, *in* ꝉ, quod *intra* eſt, non *inter*. Nam *inter* antiquarij tunc ita ſcribebant, *in* ꝉ Atque vtraque abbreuiatio hoc §. in Belgico manuſcripto occurrit vbi editio habet, *inter metum*, & *intra ſe*.

Lib. II. cap. IX. §. 2. MS. Aronenſis: *Ita & tu aliquid neceſſarium & dilectum amicum pro amore Dei diſce relinquere.* Scribendum fuerat Aronenſi *aliquem*, vt habet MS. Belgicus. Iterùm deceptus fuit abbreuiaturâ. Nam hîc MS. habet, *aliq̃*, id eſt *aliquem*. Et eodem §. paulò antè, vbi eſt, *libenter habemus aliquid pro ſolatio*, idem MS. Belgicus exhibet *ali* ꝗ, id eſt, *aliquid*.

Lib. III. cap. VI. §. 3. MS. Aronenſis: *Nec eſt illuſio, quòd aliquando in excelſum ſubitò rapiaris ſeu raperis.* Veram lectionem iam paullò antè dedi ex MS. Belgico. Sed nota hîc curioſam peritiam ſcriptoris Aronenſis. Quia in MS. erat compendiosè *rap̃ris*, id eſt, *raperis*, ne ſcriptor ex compendio laberetur, duas lectiones ponit, *rapiaris* ſeu *raperis*.

Tædet pudetque me hiſce minutalibus immorari. Et tamen faciendum fuit, vt ad obruſſam aurum exigeretur, & fonte ſuo pura ſe aqua probaret.

Digitized by Google

CAP. XIX.

De varijs horum librorum editionibus, Henrici Sommalij, Gaſparis Belleri, Conſtantini Caietani, Heriberti Ros-vveydi.

ROS-WEYDVS. Non hîc ago de duabus editionibus, quæ non dignæ ſunt vt nomen Thomæ à Kempis in fronte præferant: quarum vnam Baſileæ anno M. D. LXIII. adornauit Sebaſtianus Caſtalio, homo damnatę memoriæ: qui cùm libros hos Latiniores voluit reddere, barbaricè eos & auctoris mentem & genium defraudando deprauauit: alteram curauit Antuerpiæ anno M. D. LXXV. apud Ioannem Bellerum Fr. Franciſcus Tolenſis, Canonicus Regularis, qui editionem hæretici Caſtalionis, omiſſo nomine iterauit; ſuppletis ijs, quæ alter truncauerat, & quartum, quem alter omiſerat, ſuâ operâ Latiniorem addidit. Vtinam vir pius & religioſus ſuam operam alibi vtiliùs collocaſſet! Non indiget veritas fuco, non pietas ſtibio. Optaſſem Tolenſem memorem fuiſſe Thomæ ipſius Kempenſis, qui omnem ornatum reſpuit, & in Prologo ad Vitam Florentij monet: *Tu qui non apices litterarum, ſed virtutes morum quæris in litteris, propter inopiam dictaminis, non debes aſpernari margaritas in vilibus conchis.*

Omitto quoque hîc editiones omnes veteres, quæ ante primam P. Henrici Sommalij recenſionem paſſim circumlatæ ſunt, nūc D. Bernardi, nunc Ioannis Gerſonis, nunc Thomæ à Kempis no-

nomine. Hę enim omnes ferè eodem modo textum exprimunt; niſi quòd ſubinde typographus aliquis vel corrector quædam verba mutauit & tranſpoſuit, magis pro captu ſuo quàm ex manuſcriptorum codicum fide. De ijs tantùm nunc ago, quæ aliquam curam & recognitionem ex auctoris archetypo adpromittunt.

Et quidem noſter P. Henricus Sommalius codicem manuſcriptum Thomæ à Kempis Louanij apud Martinenſes, & alium Antuerpiæ in Collegio noſtro nactus, animum adiecit ad recenſionem librorum eius quatuor de Imitatione Chriſti, quos typis Plantinianis primùm dedit apud Ioannem Moretum anno M.D.XCIX. inde anno M.DC.I. & M. DC. VII. Ille primus textum per numeros ſeu paragraphos diſtinxit, quod poſteriores poſteà typographi quoque obſeruarunt. Curioſè ſanè Sommalius noſter textum diſtinxit, ſed non vbique ipſa Thomæ verba ex autographo expreſſit, quorumdam, vti videtur, barbarie offenſus.

Succeſſit deinde editio Gaſparis Belleri Antuerpię anno M. DC. XVI. qui propiùs acceſſit ad auctoris autographum, quod Antuerpię nunc in Profeſſa Societatis IESV domo cum cura aſſeruatur. Cùm enim Ioanni Bellero patri eius beneficio Latomi, Capituli VVindeſimenſis tunc Generalis, autographum è ruinis monaſterij ſeruatum, ceſſiſſet, vti ſuprà cap. IX. monui. eo munere affecit ille R.P. Georgium Duras, noſtri tunc Collegij Antuerpienſis Rectorem; qui eidem Bellero apographum (ita eo flagitante) ex autographo deſcriptum redonauit. Ex hoc apographo Gaſpar Bellerus ſuam editionem adornauit.

Digitized by Google

nauit. Et quia exemplar eius tertio loco librum de Sacramento altaris exhibebat, eo quoque ipſe ordine in ſuâ editione dedit. Quod tamẽ non omnibus probatur, qui conſuetum malint librorum ordinem. Si antigrapheus autographum ritè expreſſit, & compendia litterarum bene aſſecutus eſt; eorum erit iudicium, qui hanc noſtram cum eâ contulerint. Mihi curæ fuit, Sommalij textum ad duo autographa reuocaſſe.

Eodẽ ipſo anno Conſtantinus Caietanus, Abbas S. Baronti, libros quatuor de Imitatione Chriſti Romę prælo commiſit, detracto Thomæ à Kẽpis nomine, & Ioannis Geſſen Abbatis ſubſtituto. Quo iure, quáve iniuriâ id fecerit, hactenus Vindicijs hiſce Kempenſibus inquiſiuimus. Nunc tantum de præſtantiâ textus & editionis agimus. Ille de editione ſuâ ita Lectorem affatur.

CAIETANVS. Quid in hoc Opere Ioannis Geſſen Abbatis de Imitatione Chriſti, corrigendo & recognoſcendo, à me pręſtitum fuerit, ex collatione aliarum editionum facile tibi, benigne Lector, vt ſpero, innoteſcet. Neque enim mihi conſilium eſt, labores hoſce qualeſcumque ſint, verbis extollere. *Præfat. ad Lector.*

ROS-WEYDVS. Equidem optaſſem Domino Conſtantino Caietano talem codicem obtigiſſe, qui libros hos de Imitatione Chriſti & emendatiores & commendatiores reddere potuiſſet. Sed imperitum ducem codicem Aronenſem nactus, à viâ plerumque aberrauit. Errores non paucos capite proximè pręcedenti exhibui. Plures, imò centenos exhibere poſſem, ſed prudẽs Lector ex paucis ſuprà poſitis facilè de editione eius, quã minimè correcta ſit, iudicabit.

Ego

Ego verò autographo Antuerpiẽſis noſtri Collegij (nunc Domus Profeſſæ) vſus, in ſubſidium quoque Louanio Martinienſem codicem & ipſum auctoris manu exaratum aduocans, poſtremam Sommalij noſtri editionẽ ad eorum fidem exegi, & pænè centum locis ad auctoris calamum reuocaui. Et quidem liber noſter Antuerpienſis tam accuratè ab auctore ſcriptus eſt, vt ne litterulâ quidem aberrarit. Si quæ inibi tranſpoſitio verborum ſcribenti euenit, ipſe pòſt minio, dum libros relegit (nam Enchiridion eius quotidianum videtur fuiſſe) fugitiuum vocabulum in locum ſuum reuocandum monuit.

Variantes lectiones huius editionis ſcio pleraſque minutulas eſſe, quædam tamen omnino neceſſariæ erant. Quidquid ſit, mihi curæ fuit auctoris manum mentemque exprimere. Quod vt facerem, coëgit me Conſtantinus Caietanus, qui fidem codicis noſtri in dubium reuocauerat, & me nominatim in certamen depoſcebat. Parui, me ſtiti: nec de homine mihi (quem æſtimo, quem colo, quem amicum habeo) ſed de errore profligato triumphare, animus fuit.

VITA

Digitized by Google

VITA
[1] IOANNIS A KEMPIS
THOMÆ FRATRIS
natu maioris,
Canonici Regularis,
Auctore IOANNE BVSCHIO ſynchrono.

[2] TERTIVS *in ordine, inter fratres primitiuos, in VVindeſem primò profeſſos, vir fuit venerabilis frater Ioannes de Kempis, oppido diœceſis Colonienſis. Hic ſtaturâ breuis, viribus corporis fuit imbecillis; aſpectu ſimplex, moribus compoſitus, corde humilis, animo modeſtus, ingenio ſagax, conſilio prudens, mente purus, ſibi internus; Deo deuotus & affectuoſus, fratribus amabilis, & dulciter ſerioſus: numquam audax & clamoſus, ſed quietus & zeloſus, valdè amans diſciplinam & cellæ cuſtodiam; numquam vacans otioſus, ſed vtilibus occupatus diem duxit in veſperum.* Ex lib. MS. de vir. illuſ. VVindeſ. cap. 35. Ioannis ſtatura & indoles.

Diſcipulus hic fuerat magiſtri Gerardi Magni, & Domini Florentij, in quorum ſcholâ doctiſſimâ virtutum nutritiuâ, interiùs & in moribus tantum profecit, [3] *vt cum primis in VVindeſem ad Ordinem ſuſcipiendis à Domino Florentio mitteretur. Vbi deuotis exercitijs, orationibus & laboribus, feriatis inſiſtens diebus, in virum perfectum paulatim ſuccreuit.* Diſcipulus Gerardi & Florentij. Fit Religioſus.

[4] *Qui gratiam ſpecialem ſuſcepit à Deo libros corrigendi & benè ſcribendi; diuerſa quoque exemplaria inter ſe repugnantia ad inuicem cõcordandi, & ea in formam* Inſignis antiquarius.

ſormam propriam aptè componendi. Vnde librorum Eccleſiæ noſtræ & Capituli, Miſſalium, Gradualium, Antiphonariorum, Lectionariorum, Capitularij, Martyrologij, Ordinarij, & Kalendarij ipſe præcipuus vnà cum certis in hac parte collegis, ad id ſibi deputatis factus eſt emendator authenticus: & poſt fratrem Arnoldum Kalker Suppriorem noſtrum, Conſtitutionum noſtrarum editor & compilator præclarus. Et quia ſubtilis erat ingenio, quia

Ingenio pollet, cui vim natura negauit,

ideò pro nouis etiam monaſterijs in Ordine noſtro conſtruendis, & eius ædificijs pro diſciplinâ conſeruandâ aptè collocandis frequenter pro conſilio noſcitur directus. Quem magnus Pater noſter Ioannes de Hueſden plurimùm dilexit, eò quòd pectus ſuum frequenter pulſans, propter expertam eius prudentiam, ipſum virum eſſe conſilij ſæpiùs inueniſſet, ſanis eius conſilijs libenter acquieſcens.

Priori charus.

Vir eſt conſilij.

Conuocatis aliquando fratribus in cellam Prioris, & cauſſâ propoſitâ, ſinguli à Patre interrogati reſponderunt, quod ſecundùm conſcientiam rectius iudicabant. Inde exeuntes, frater Ioannes Kempis quemdam fratrem iuniorem ſatis ſibi familiarem, traxit in partem, dicens: Frater mi chariſſime, in talibus cauſſis ſic mihi propoſitis communiter ad finem reſpicio, & quem exitum tale negotium ſit habiturum, acutè conſidero: & tunc ita reſponſum meum tempero, vt ipſum retractare non habeam neceſſe; ſed aliis meam ſententiam approbantibus ipſa ſortiatur effectum: dans ei intelligere, vt diſceret prudentiam, & eius exemplo in ſimili ſic fieret acutior.

Prudens in reſponſis.

Interrogatus aliquando, an etiam exinde in conſciētiâ grauaretur, quòd tam multis annis fuiſſet Prælatus, & pro nouis Domibus in regulari obſeruantiâ inſti-

Ex obediētiâ inculpatus.

inſtituendis & conſeruandis, ſæpè foras fuiſſet emiſſus; reſpondit: Ex hoc, quod de mandato Prioris mei aut Capituli, ſeu per electionem Canonicam foris fui, omnino iam non doleo: ſed in quibus malè me habui, inde contriſtor & pœniteo.

Sancti Patres & viri virtutum, eamdem non omnes ſemper habent gratiam deuotionis in Scripturis. ſed ſinguli ſecundùm feruorem ſui ſpiritus & animi qualitatem, ſingularem à Domino gratiarum obtinent influentiam. Nam frater Ioannes Hueſden Prior noſter notabile ſatis Excerptum ex B. Bernardi Sermonibus ſuper Cantica pro deuotione ſuâ compilauit, mediam pænè partem Sermonum eorumdem. Frater autem Ioannes Kempis Excerptū pro ſuâ deuotione ex iiſdem volens extrahere, non ea, quæ Pater Ioannes Prior noſter inde ſibi collegerat, ſed ea magis, quæ in ſuo Excerpto ipſe omiſerat vtiliora pro ſuo profectu, & ſibi magis ſapida eſſe iudicans, propriâ edoctus experientiâ in vnum ea collegit. Eius ſcripta.

Iſte frater Ioannes de Kempis colūna fuit monaſterij noſtri & Capituli, in plurimis locis Capituli noſtri Prior & Rector conſtitutus. Nam 4 in Fonte B. Mariæ prope Arnhem primus poſt Priorem de VVindeſem Rector factus, quoſdam ibidē fratres de eius licentia inueſtiuit. 5 In Monte S. Agnetis prope Svvollis in primum Priorem conſtitutus, dictum monaſterium annis nouem in bona diſciplina gubernans, 6 ſeptem fratres clericos, & tres conuerſos ad ordinem ſuſcepit, & ipſum monaſterium ex magna paupertate cum multa familia laicali ad omnium rerum, domorum, & vtenſilium competentiam ſuo tempore promouit, eccleſiæ muros pro parte maiori in altum produxit, plurima ligna pro tecti conſummatione procurauit; refectoria Fratrum, & laicorum coquinam, & cellarium, & ſacri-

Varijs locis Prior.

Varia eius in Monte S. Agnetis opera.

G ſtiam

ſtiam pro diuinis inter eccleſiam & domum Capituli de lignis & lapidibus ipſe conſummauit. Et in his omnibus numquam fuit pretioſus; ſed inter laborantes trullam cæmentarij manu continens frequenter murauit, & arenam fodiens in carrucam cum ſarculo proiecit. Hortum pomiferum in partem Auſtralem plantari fecit; in cuius circuitu arbores ſtatuit ſilueſtres. Temporibus intermediis, ſacris lectionibus, Fratrum eruditionibus, & nouis libris ſcribendis, illuminandis & emendandis operam diligentem impendit. Et quia pauperes tunc erant, Fratribus ſuis pro pretio ſcribere conceſſit. Cœmiterium infra ambitum per Dominum Hubertũ Traiectenſem Suffraganeum conſecrari fecit circa horam Veſperorum, ſecretè propter Svvollenſes, qui impedierant: & ſic obſtructa ſunt ora loquentium iniqua. Pſal. 62.

Poſt horum conſummationem, & Prioratus ſui reſignationem, alius Frater de VVindeſem frater VVilhelmus Vornck en, ibidem electus eſt in Priorem, ipſo in VVindeſem iam reuerſo. Deinde per Capitulum paucis aſſumptis Fratribus, ad monaſterium Stagni S. Petri prope Bommel miſſus eſt inchoandum. Vbi aliquanto tempore demoratus, primus poſtmodum 8 *Sanctimonialium in Bronopiâ in ſuburbio Kampenſi, per Patres Capituli Rector eſt ordinatus. Rurſum à Conuentu monaſterij Viſitationis* 9 *B. Mariæ Ordinis noſtri prope Harlem in Priorem fuit electus. Cui ſeptem annis continuis in temporalibus & ſpiritualibus bonis benè præfuiſſe dignoſcitur. Inde rurſus reuerſus in VVindeſem, circa finem vitæ ſuæ miſſus* 10 *in Bethaniam, cœnobium Monialium Ordinis noſtri prope Arnhem, in primum Rectorem, poſt annum & dimidium, quadraginta annis in Ordine iam expletis, in verâ obedientia & ſenectute bonâ, tertio die poſt Animarum, horâ duodecimâ* Variis locis Prior. Eius obitus

diem

diem clauſit extremum, in eodem monaſterio in ambitu Sororum ſepultus.

Qui dum adhuc eſſet in humanis, ſic ait inter alia in quadam Collatione : Volumus eſſe humiles ſine deſpectione, patientes ſine tribulatione, obedientes ſine coarctatione, pauperes ſine defectu, virtuoſi ſine labore, pœnitentes ſine dolore, laudari ſine virtute, amari ſine bonitate, honorari ſine ſanctitate : ſed Chriſtus Deus noſter ita non fecit & docuit, qui regnum cœlorum vim ſibi facientibus repromiſit ; & iniuriam patientibus gloriam & honorem retribuet, nullumq́ malum relinquet inultum. Spiritualis eius collatio.

Ecce quantis laboribus & fatigis Patrem iſtum reuerendum pro Dei honore, & Fratrum ſalute Capituliq́ dilatatione vſque in ſenium videmus fatigatum: qui imbecillo corpore cum antiquo hoſte viriliter decertans, in verâ obedientiâ, reſignatione propriâ, & veris virtutibus vſque in finem perſeuerauit; donec Spiritus ei diceret, vt à ſuis laboribus in æuũ requieſceret, æternæ gloriæ coronam à Deo recepturus, quam cunctis ſe diligentibus, & ipſi in fide fideliter ſeruientibus in finem vitæ, indubitanter donabit.

NOTATIO.

1. IOANNES *à Kempis.*] Ita aliquoties vocatur à Ioanne Buſch, qui cum eo vixit, tum in libro de Viris illuſtribus Capituli VVindeſimenſis, tum in libro de Origine monaſterij in VVindeſem. Quare cur Trithemius Catalogo illuſtrium virorum Germaniæ hunc etiam Thomam vocatum ſcribat (*nam duo, inquit, feruntur huius nominis fuiſſe, ambo de Kempis, ambo ingenio præſtãtes, & ambo varia cudentes Opuſcula*) diuinare non poſſum : niſi forte pater eius Thomas dictus fuerit, vt inde filius cognomen traxerit *Ioannes Thomæ de Kempis*: quod in iſtis locis ferè ſolemne eſt.

Ita quidem in prima Vindiciarum editione diuinaueram, cùm nondum mihi de patris nomine conſtaret. Poſt nactus ſum Chronicon Montis S. Agnetis, quod Thomas à Kempis ipſe conſcripſit, vbi pater eius Ioannes vocatur. Quare diuinatio ea concidit, nec Trithemij error excuſari poteſt, ſi exiſtimauit duos hos fratres *Thomas* dictos. Quamquam poteſt ipſe non de duobus fratribus germanis intelligi, ſed vti poſt Thomam à Kempis, cui frater fuit Ioannes à Kempis, alius pòſt Thomas à Kempis ibidem vixerit: quod tamen nec Chronicon VVindeſimenſe, nec Montis S. Agnetis prodit.

2. *Tertius in ordine.*] Non ſeruauit igitur ordinē idem Ioannes Buſch, cùm libro de Origine monaſterij in VVindeſē, cap. IX. eum quarto loco enumerat: *Dominus Henricus Clingebile de Huxariā ſacerdos, VVernerus* Keym*camp de Lochem, Henricus VVilſem de Campis, Ioannes de* Kempis, *Henricus VVilde de Buſcoducis, & Bertoldus ten Haue de Svvollis, cuius fuerat monaſterii noſtri fundus.* Vbi *Ioannes de*Kempis ordine quartus eſt.

3. *Vt cum primis in VVindeſem ad Ordinem ſuſcipiendis.*] Chartula profeſsionis eius, manu eiuſdem ſcripta ſeruatur Coloniæ in monaſterio Canonicorum Regularium ad Corpus Chriſti: quâ continetur, fratrem Ioannem Kempenſem Diaconum, feciſſe profeſsionem ſuam anno Domini M.CCC,LXXXVII. in VVindeſem ſub Reuerendiſsimo Domino Huperto, Epiſcopo Yppuſenſi Suffraganeo, cùm Rectorem ſcilicet illo anno elegiſſent, qui incepturi erant illud cœnobium, promittentes obedientiā ſub Prælato conſtituendo. Ioannes Buſch libro de Origine monaſterij in VVindeſem cap. XX. exprimit hanc formulam votorum, quam Religioſi ibidem futuri emittebant: *Ego frater N. Clericus, promitto, Deo auxiliante, perpetuam continentiam, carentiam proprii, & obedientiam tibi, Pater Prior, & ſucceſſoribus tuis canonicè inſtituendis, ſecūdùm Regulam beati Auguſtini, & ſecundùm Conſtitutiones iſtius loci iam conſtitutas, & poſteà conſtituendas.* Porrò Ioannem à Kempis Diaconum quoque fuiſſe, cùm vota emitteret, notat Ioānes Buſch libro de Viris illuſtribus Capituli VVindeſimenſis cap. XXXVI. vbi agit de Henrico VVilde: *Qui licèt iuuenis tunc eſſet ætate, vt ante profeſsionem Diaconus tantùm ſit ordinatus, ſicut & frater Ioannes Kempis iam antè præfatus.*

4. *In Fonte B. Mariæ prope Arnhem.*] Hoc Canonicorum

corum Regularium monaſterium fundatum eſt anno Domini M. CCC. XCII. Ita compendium Priuilegiorum Capituli VVindeſimenſis, & Buſchius de Orig. monaſter. in VVindeſem cap. XXXVII.

5. *In Monte S. Agnetis.*] Fundatum eſt hoc monaſterium virorũ anno Domini M.CCC.XCVIII. Compendium Capituli VVindeſimenſis, & Buſchius ſup. cap.XXXIX. originis huius monaſterij ita meminit: *Anno Domini M.CCC.XCVIII. primi quatuor fratres monaſterii Montis S. Agnetis prope Svvollis inueſtiti ſunt à Domino Ioanne VVael Canonicorum Regularium Priore intra Oppidum Svvollenſe, ipſo die Annuntiationis Dominicæ, eodemq; die profeſſi.* Qui ibidem Prioratus quoque Ioannis noſtri à Kempis meminit, vti & Chronicon Montis S. Agnetis cap.VIII.

6. *Septem fratres Clericos.*] Inter hos omnino numerandus eſt Thomas à Kempis, frater eius germanus. nam cùm monaſteriũ hoc præcipuè fundatum ſit anno Chriſti M. CCC. XCVIII. & Ioannes à Kempis ibi ſequenti anno primus Prior fuerit creatus, & in Prioratu nouem annos egerit; ſequitur, Thomam à Kempis è primis eius monaſterij Religioſis fuiſſe, cùm ipſe Ordini ei ſe addixerit anno M. CCC. XCIX. vt ex Chronico Montis S. Agnetis clarum eſt patebit.

7. *Ad monaſterium Stagni S Petri prope Bommel.*] Fundatum hoc fuit circa annum M.CCCC. VII. Buſchius, libro de Origine monaſterij in VVindeſem cap. XXXIX.

8. *Sanctimonialium in Bronopiâ.*] Eſt D. Ioanni Baptiſtæ ſacrum, vt habet Compendium Priuilegiorum Capituli VVindeſimenſis. Fundatum eſt, ſeu potiùs Capitulo VVindeſimenſi aſſociatum, anno Domini M. CCCC. XII. Buſchius ſuprà cap.XLIV.

9. *B. Mariæ.*] Dicitur hoc monaſterium Viſitationis B.Mariæ, & exſtructum eſt circa annum Domini M. CCCC. VII. Buſchius de Orig. monaſterij in VVindeſem cap.XXXIX.

10. *In Bethaniam.*] Eſt monaſterium Monialium prope Arnhem in Geldriâ, diœceſis olim Traiectenſis, nunc Ruræmundenſis. Hîc obijt Ioannes à Kempis Thoma fratre ſuo præſente, vt ipſe Thomas narrat in Chronico Montis S. Agnetis cap. XXIV.

VITA
THOMAE A KEMPIS
CANONICI REGVLARIS
Auctore incerto penè coæuo.

Ex editione Norimb. 1494.

HIC Thomas, cognomento Hämerlein, *id eſt* Malleus, *qui verè malleus exiſtens in ſuis dictis & tractatibus, deuotis & indeuotis: deuotos per ſuos tractatus excitando & percutiendo corda eorum ad maiorem deuotionem, & profectū virtutum, & gratiarum actiones; ſed indeuotis exiſtens malleus, videlicet corda eorum excitando ad compunctionem & recognitionem propriæ infirmitatis & imperfectionis, & ad emendationem vitæ compellendo, tentatos & tribulatos conſolando & roborando, & in omnibus viam incipiendi, proficiendi, ac perficiendi oſtendendo, vt meritò ſibi adſcribendum ſit iam illud:* Qui erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

Thomas quomodo Malleus.

Dan. 12.

Multùm affabilis & conſolatorius fuit infirmis & tentatis iſte bonus & deuotus Pater, & valdè zeloſus pro ſalute animarum, & omnes cupiebat ſaluos fieri ſicut ſeipſum: ideò ſcriptis & admonitionibus, inſtructionibus, modis quibuſcumque potuit, alios etiam ſecum trahere ad regnum cælorum nitebatur, ſicut S. Gregorius hortatur in quadam Homiliâ, &c.

Prou. 22.

Et quia in iuuentute cœpit congregare diuitias. ſcilicet virtutum, ideò ſortitus eſt nomen bonum: & illud Threnorum tertio impletum eſt in eo, ſcilicet: Beatus vir, qui portauerit iugum Domini ab adoleſcen-

Thr. 3.

leſcentiâ ſuâ: ſedebit ſolitarius & tacebit, quia leuabit ſe ſuper ſe, &c.

Quòd hoc ſit impletum in eo, conſideratur omnino in tractatibus ſuis, & præcipuè in Sololoquio animæ, quod compoſuit: vbi Chriſtus ſponſus eius loquitur cum animâ eius, ſcilicet ſponſâ ſuâ. Vbi conſideratur quomodo ſedebat ſolitarius & lucebat, & leuabat ſe ſuper ſit. Cum Deo familiaris.

Iſte bonus Pater ſolitus erat dicere, quando fuit cum conuentu ſpatiando vel cum alijs, quando ſenſit inſpirationem diuinam, quãdo ſponſus eius, ſcilicet IESVS *Chriſtus voluit cum ſponſâ loqui, tunc humiliter petijt licentiam, dicendo: Dilecti Fratres, oportet me ire; vnus me exſpectat in cellâ. Et Fratres piè annuentes petitioni eius, multùm ædificati fuerunt. Et ſic impletum fuit in eo illud:* Ducam eum in ſolitudinem, & ibi loquar cum eo. *Et ipſe Thomas ad Dominum illud:* Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. *Quid tunc loquebatur Domino, & quid loquebantur ad inuicem, habemus in tractatu eius,* de Internâ Chriſti locutione ad animam fidelẽ: *qui Tractatus habet hoc idem pro themate, in ſecundo capitulo:* Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. *quod Samuel Propheta etiam dixerat ad Dominum, quando Dominus eum vocauerat, &c.* Oſeæ 2. 1.Reg. 3. 1.Reg. 3.

Item adhuc multa alia plura de eius vitâ & conuerſatione audiui à Fratribus illius conuentus, qui adhuc viuunt, quòd vix milleſimam partem enarraui ſcribendo. Sed quid dicam ampliùs? Sicut alios docuit & inſtruxit dictando & ſcribendo, ſic ipſe fecit viuendo; opere impleuit, quod ſermonibus dixit faciendum.

Hic Thomas Kempis, cognomen habens Malleus, *natus fuit de ciuitate, cui nomen Kempis, diœceſis Colonienſis, qui ſtuduit Dauentriæ in domo Fratrum, ſcilicet*

Digitized by Google

Studet Dauentriæ. *licet Clericorum, qui ingenioſus & docilis fuit & tractabilis; & ideò multũ fuit amabilis Domino Florentio & eius Fratribus. qui poſtea vocatus à Deo per inſpirationem diuinam ad ſeruiendum Deo viuenti, acquieuit citò inſpirationibus diuinis, ne ſibi improperaret Dominus illud:* Vocaui, & renuiſtis. *& illud ſibi contingeret:* Vocabis tu me in orationibus, ſed non exaudiam te, quia renuiſti vocem meam audire. *ſed fecit iſte Thomas Kempis ſicut ſcriptum eſt de S. Andreâ, mox vt audiuit vocem Domini vocantis ſe, relictis omnibus quæ huius mundi ſunt, intrauit Ordinem Canonicorum Regularium, qui tunc temporis in breui fuerat reformatus. in Domum ſcilicet in monte S. Agnetis prope Svvollis, anno Domini M. CCCC. & fuit inueſtitus ibidem anno Domini M. CCCC. VI. & ſic fuit per ſex annos probatus, antequam inueſtitus: quia tunc temporis fuit conſuetudinis, quòd ſic probantur priùs antequam inueſtiantur, tamquam aurum in fornace; ideò aurum probatum fuit:* Quia qui non eſt probatus & tentatus, qualia ſcit? *Et quia acceptus erat Deo ideò neceſſe fuit vt multis tentationibus & exercitationibus, & humiliationibus probaretur, vt poſteà ſciret alijs dare remediũ, ſicut in ſe & in alijs fuit expertus ſæpè: ſicut & fecit in ſuis ſermonibus & tractatibus.*

Prou. 1. — Ibidem. — Matth. 4. — Fit Religioſus. — Eccli. 34.

Proficit. *Hic Thomas multùm profecit in virtutibus, de die in diem proficiens, addens ſemper feruorem feruori deuotionem deuotioni, virtutem virtuti; ita vt omnes mirabantur de eius feruore & deuotione. Et quia multùm humilis fuit, ideò à Deo magnam & ſingularem gratiam meruit habere, ſicut patet ex dictis eius.*

Supprior Procurator. *Item bis Supprior fuit, & ſemel Procurator: & quia multùm fuit internus & deuotus, & ideo ſimplex in temporalibus rebus, ideò depoſitus fuit ab officio Procurato-*

curatoris, & in Suppriorem iterùm electus: quia ſic maiorem fructum dictando, contemplando, orationibus inſiſtendo, fecit. Quod fratres conſiderantes fecerũt ſibi miſericordiam eum ſubleuando ab exterioribus.

Anno Domini M CCCC. LXXI. obijt iſte deuotus Pater Thomas Kempis, & ſic ſeruierat Domino in Ordine Canonicorum Regularium LXX. annis in magnâ auſteritate vitæ & feruore ſpiritus.

Et quia multos tractatus ſcripſit & dictauit in vitâ, & pauci ſciunt quomodo intitulantur: ideò tabulam de eius tractatibus & libris hîc intitulare & ſcribere intendo, vt omnes, qui legunt vel audiunt, poſſint ſcire quot ſunt.

NOTATIO.

1 E*T ideò tabulam*] Tabula hæc deeſt in editione Norimbergenſi anni M. cccc. xciv. certè Vitæ eius non ſubijcitur. Si typographi initio libri poſuere, ecce iſtam tabulam inuenio in fronte Norimbergenſis editionis

De Imitatione Chriſti libri 4.
Liber vitæ M. Gerardi Magni.
Liber de Humilitate Chriſti, quam D. Florentius ſtuduit imitari.
Liber de Diſcipulis D. Florentii.
De Diſciplinâ clauſtralium.
Aliqua notabilia de conuerſatione Thomæ de Kempis.
Alphabetum deuoti monachi Thomæ Kempis.
Sermonum ad Nouitios partes tres.
Item Sermones eiuſdem.
Dialogus Nouitiorum.
Canticum de laudibus SS. Virginum.
Epiſtolæ plures.
Libellus de paupertate, humilitate, patientiâ.
Libellus de verâ compunctione.

Libellus

Libellus Hortuli animarum,
Libellus vallis liliorum.
Epitaphium monachorum.
Vita boni monachi.
Manuale monachorum.
Doctrinale iuuenum.
Hoſpitale pauperum.

Ex his poſtremi libri poſt *de conuerſatione Thomæ*, iam olim impreſſi erant, cùm typographia recens inuenta & paucis locis nota erat: fors & priores in alio Tomo.

VITA

Digitized by Google

VITA
THOMAE A KEMPIS
CANONICI REGVLARIS
[1] ex varijs auctoribus
AB HERIBERTO ROS-VVEYDO
concinnata.

THOMAS *à Kempis oriundus eſt* [2] *Kempis, quod permodicum eſt in agro & diœceſi Colonienſi oppidum, vnde cognomen quoque ei adhæſit. Parentes habuit* [3] *Ioannem & Gertrudem, ſi ſeculum ſpectes, nullo quidem generis ſplendore, nullâ diuitiarum opulentiâ conſpicuos, ſed quibus omnis nobilitas in pietate, cenſus in vitæ probitate erat. Manuũ igitur labore vitam ſuã tolerantes, reculâ ſuâ benè contenti viuebant. Quibus gemina proles maſcula obtigit (niſi & Gobelinus eorũ frater fuerit) Ioannes & Thomas: quorum ille natu grandior, ſtudiorum curriculo Dauentriæ confecto, Gerardi Magni familiaritate vſus, ad omnem vitæ honeſtatem efformatus eſt, & in Ordine Canonicorum Regularium, è diſciplinâ Capituli VVindeſimenſis, varijs perfunctus muneribus feliciter obijt.*

Thomæ patria.

Parentes

Fratres.

Thomas igitur noſter natalem habuit circa annum virginei partus M. CCC. LXXX. *Vrbano VI. orbis vniuerſi Pontificium, & Carolo IV. Imperium adminiſtrante. Poſtquam primam ætatem ſub parentum oculis exegerat, & iam capeſſendis litterarum ſtudijs*

Natalis.

idoneus

idoneus videbatur Dauentriā (quæ Tranſ-Iſulanæ ditionis metropolis eſt) ſe contulit; tredecenni, vt colligere licet, non maior. Dauentriam vt peteret, Florentij eum ſacerdotis cum primis pij ac eruditi, & Fratrum Clericorum præfecti fama exciuerat, quam crebra commeātium ſtudioſorum turba celebrabat. Florebant tunc ibi bonarum artium ſtudia, vt Belgicæ Athenæum diceres.

Studium.

Vbi Dauentriam peruenit, prima illi cura fuit de fratre ſuo germano inquirere, vt eius conſilio & operâ (nam tenue illi vel nullum peculium erat) ad ſtudia capeſſenda dirigeretur. Commendatus igitur Domino 4 Florentio (5 nam Gerardus Magnus anno M.CCC. LXXXIV, iam è viuis exceſſerat, cùm Thomas noſter quadriennis tantùm eſſet) ab eo exceptus eſt perhumaniter; qui ei de domo, de libris, de victu proſpexit. Hac occaſione bonæ indolis & honeſtæ frontis adoleſcens, dum inter illuſtres pietate & eruditione viros, qui in Florentij viuentes conſortio, religione, vitæ innocentiâ, morum ſinceritate elucebant, quotidie verſatur, mores eorum expreßit, quorum delectabatur conſuetudine; domi ſedulus, in ſcholis aßiduus, in templo frequens. Vbi paucis annis eos non in ſtudiis magis quàm pietate progreſſus fecit, quos tot conſcripta ab eo numquam ſatis laudata teſtantur volumina. Dum in Collegio 6 Fratrum Clericorum verſatur, quidquid calligraphiâ lucrari potuit (nam antiquarij manu valebat) omne id manupretium in commune ſubſidium conferebat.

Profectus in virtute & litteris.

D. Mariæ deuotus.

Fuit à puero 7 diuæ Virginis cultor eximius, cui ſtatas quotidie preces ſolitus erat perſoluere. Verùm quia inſtabilis & nutabunda eſt puerilis pietas, cœpit & in eo laxioribus velis pia hæc conſuetudo nauigare. Pedetentim igitur ſolitas orationes atque ſuffragia, primò ad vnum diem, dehinc ad duos aut tres, demum ad

quatuor,

quatuor, tandem ad integram ſeptimanam neglexit; & (quod dolendum eſt) poſtremò vniuerſa poſtpoſuit. Quod dum ageret, viſum eſt ſibi in viſione nocturnâ, quaſi ſtaret in atrio magiſtri Florentij: vbi, dum ſimul cum alijs ſcholaribus, qui ſimul confluebant ad audiendum diuinum verbum auidas aures ad ea quæ dicerentur inclinaret, conſpexit in nubibus cæli deſuper venientem Dominam mundi: quæ dum facie decorâ & fulgenti habitu ad prædictum atrium deſcendiſſet, circuiuit Fratres, qui illic verbum Dei audientibus loquebantur: & nunc hunc nunc illum benignè complexata gratias videbatur eis refundere, quòd tam pijs admonitionibus ſatagere viderentur, ne pretium Sanguinis dulciſſimi Filij ſui in illis iuuenibus deperiret. At adoleſcens hæc intuens, & videns Virginem in mulieribus benedictam ruere in amplexus Fratrum dictorum ardens & æſtuans, liqueſcens & ſperans ſtabat; & in ipſam amore plenos oculos firmiùs detorquens, intra ſemetipſum dicebat: Paululùm exſpectabo, & cùm felix Virgo charitatis inſignia ceteris ſufficienter oſtenderit, tum etiam & mihi, qui eam, etſi non digno, ſaltem quoquo poſſum amore proſecutus ſum, amplexum charitatis benignè offeret. Sed heu! quia ſæpè in contrarium vadunt ſpes firmæ mortalium. Thomas oſculum, dulce amoris pignus ſperabat, ſed verbum aſperæ increpationis accepit. Siquidem Virgo beata, poſteaquam ſingulos, qui pijs admonitionibus florentem confluentium ſcholarium ætatem ad meliora prouehebant, dulcibus amplexibus demulſiſſet, venit tandem ad Thomam, & ſeuerioribus luminibus eum adſpiciens, Fruſtrà, inquit, amplexum petis ſancti amoris, hoſtis acerbe, qui exoſâ inimicitiæ negligentiâ, malo conſule fretus, debitam atque ſolitam mihi penſionem flammantium precum non exoluis. Siquidem vbi nunc ſunt conſueta

In Mariæ cultu negligentior viſione monetur.

ſuetæ preces tuæ? quò ſolitæ orationes auolarunt? vbi mixta ſuſpiriis pia ſuffragia? Nónne refrixit in te charitas, torpuit amor, pietas quondam habita vacillauit? Et nunc tu, quaſi nihil peccatum ſit, ſtas, & audaci fronte amplexum manes, qui argui magis meruiſti? Et indignabunda vultum auertens: Abi, inquit; abi à me: quia amplexibus meis indignus cenſeberis, qui tam facilem precem amatæ ſoluere neglexiſti. Atque ſic iuſtis increpationibus laceratum relinquens, cælis refuſa diſparuit. Thomas *poſt viſionem euigilans, diſcutit conſcientiam, agnoſcit culpam, & emendationem adpromittit.* Et *ne de cetero Virginis beatæ fruſtraretur amplexibus, neglecta dimiſſaq; ſuffragia, ita legenda rurſus arripuit, vt vſque in finem vitæ ſuæ, nullo ea die in poſterum auſus fuerit prætermittere. O felix reprehenſio, quæ correxit errorem, quæ amoris fœdera nonnihil dirupta reſarciit, quæ negligentiæ næuum aboleuit!*

Reſumit D. Mariæ cultum.

Religioni ſe addicit

Cùm iam ſeptennio conſuetudine Domini Florentij *reliquorumq;* Fratrum *vſus eſſet, atque omnium virtutum numeris ſe omnibus probaſſet, exarſit in eo* Religionis *ardor, cuius igniculos* D. Florentius *animo eius ſubinde ſubiecerat* [8]. *Anno igitur* M. CCC. XCIX. *antequam* Florentius *è vitâ migraret,* Thomas *noſter ad* Montem S. *Agneti ſacrum, qui proximè* Svvollenſi *imminet ciuitati conceſſit; vbi recèns tunc monaſterium* Canonicorum Regularium, *ſub* D. Auguſtini *habitu* Regulaq; *militantium, ad* Vidrum, *amnem exſtructum erat* Erat *ea* Domus *eâ tempeſtate admodum obſcura, pauciſſimis nota, raroq; (vt ſunt ferè omnium rerum exordia humilia & difficilia) colebatur ciue. Vbi in montem hunc* Florentij *litteris commendatus aduenit, à fratre ſuo germano qui ei tunc monaſterio primùm cum poteſtate* Prioris *præerat*

erat

erat, exceptus eſt ſanè perquàm humaniter, & in cæleſte hoc iubilum ſimul erupêre: Quam bonum & quàm iucundum eſt habitare fratres in vnum. Pſ. 132.

Hic igitur Religionis candidatus, etſi præferuidè Religionem expeteret; ne quid tamen temerè, ne quid præproperè ageret, feruorem ſuum temporis morâ, quæ vna prudentiam parit, omnino temperauit. Poſt quinque annos igitur in tyrocinio poſitos, ſexto demum ſacrum habitum induit, & ſequenti ſacro ſe voto ei vitæ generi obſtrinxit. Hîc in primis egregiâ in Deum pietate, erga Superiores obſeruantiâ, in collegas ſuos charitate & beneuolentiâ valdè emicuit. Otio, malorum omnium fonti, numquam indulſit, ſed vel Sacris libris lectitandis, vel in communem vſum ſcribendis, vel ingenio ſuo procudendis ſe exercebat, quod ille concubia plurimùm nocte à Matutinis Laudibus factitabat, ſe geniúmque defraudans ſuum, læſa etiam corporis valetudine, quò de omnibus pietatē colentibus quàm optimè mereretur. Superſunt etiamnum vniuerſa 9 *Biblia, in quatuor tomos diſpertita, ingens prætereà* 10 *Miſſarum liber, & nonnulla S. Bernardi Opuſcula præcellenti arte & magna induſtria à Thoma conſcripta.*

Sexennio probatur.

Votum emittit.

Religioſa eius domi exercitia

In Oratorio & eccleſiaſticis muneribus, dictu difficile, quàm reuerenti præſentiq́; animo omnia obierit. Dum pſalleret vultu ſemper in cælum ſublato, ſacro enthuſiaſmo afflatus, dulcedine nimirum Pſalmorum incredibili captus, & extra ſe raptus aduertebatur: ſic vt nonnumquam calcibus non terræ hæreret infixus, ſed ſummis dumtaxat pedum digitis ſolum contingens, reliquo corpore in cælum ſubuolare, vbi animo & deſiderio agebat, meditaretur. In pſallendo erecto corpore conſiſtebat perpetuò, numquam

In templo pius.

quam ſedili vel brachio vel tergo innitens. Ingredientiũ Oratorium nocte diéque primus, egredientium ſemper poſtremus erat. Diuinus cultus & eccleſiaſticum decus mirificè illi cordi erat; adeò vt ſemel cuidam ioculariter dicenti, videri ſibi felicem Thomam, nec admiratione dignum magnopere, quòd tantâ vocis alacritate, animi promptitudine, & pietate Pſalmos decantaret; quippe cui Pſalmi Dauidici ſalmones (genus eſt piſcium delicatiſsimum) ſaperent; incunctanter reſponderit: Ita eſt, vt ais; Deo gratiæ: Pſalmi mihi ſalmones, *qui tamen non rarò in nauſeam & mortem, quoties ignauos, rei præſenti non intentos & voci parcentes conſpicio, conuertuntur.*

Diuini cultus ſtudioſus.

Eius ſermo omnis de Deo & ſacrâ Scripturâ. In præſentiâ grauium virorum, ſi ipſo præſente forenſia aut mundana agitarentur, velut mutus ac elinguis ſedebat; nec reſpondebat, ne rogatus quidem, niſi inſigni alicuius rei commoditate illectus: quaſi ignarus rerum, de quibus commentabantur, omnium. Porrò ſi de Deo rebuſq; cæleſtibus haberetur ſermo, mox poſtulatus ſententiam, velut limpidiſsimus fons, perpetuis verborum riuulis ſcaturiens loquebatur, aut potiùs profluebat. Rogatus extempore in quorumdam commodum, numquã abnuit declamare: quod tamen non fecit niſi aliquo ad meditandum capto tempore aut deguſtato paululùm ſomno. Eâ verò dicendi facultate facilitateq; pollebat, vt complures ſæpenumerò ex vrbibus lociſq; remotioribus fama exciret, & certatim ad Montem S. Agnetis confluerent, quos eum audiendi cupido inceſſerat.

Sermo eius omnis de Deo.

Vis dicẽdi.

Non minima ſodales eius cepit admiratio, cùm conſiderarent eius in aduerſis rebus lætè ferendis tolerantiã, patientiam in hominum vitiis non ſolùm æquabiliter tolerandis, ſed & benignè excuſandis, in omni vitâ ſobrietatem, pudicitiam, verecundiam ſedulitatẽ in pro-

Variæ eius virtutes.

Digitized by Google

uehendis Fratrum commodis, in templi procurando cultu & ornatu impenſum ſtudium, in precibus non minùs flagrantiam quàm frequentiam, lacrymarum profuſionem, & reliqua ſolidæ pietatis teſtatiſsima indicia. Tanta verò erat in eo vanitatum illecebrarumq́ꝫ mundi deſpicientia, vt præter diuina, flu xa omnia velut ad ſe nihil pertinentia adeò negligeret, vt illorum appellationes vſúmque addiſcere grauaretur.

Dum animo medetur, corpori quoque curam adhibuit; quod adeò non neglexit, vt certis in ſeptimana diebus pro more habuerit, flagro ſeſe affligere, Hymnum illum, Stetit Ieſus, *decantando.* Corporis caſtigatio.

Sacræ lectionis, cellæq́ꝫ ſuæ ita amans fuit, vt hoc ſymbolum ſæpiùs ore proferret, libriſq́ꝫ ſuis inſcriberet: In omnibus requiem quæſiui, 11 ſed non inueni, niſi in hoexkins ond boexkins, *quod poſtremum Teutonicum Latinè ſonat:* niſi in angellis & libellis; *quietem inueniendam inſinuans in abditis receſsibus & libellulis.* Eius ſymbolum.

Porrò ſic affabilis & manſuetus fuit, vt multùm licet reluctans, communi ſuffragio Supprior, ætate adhuc florente, crearetur. Poſteà œconomiæ præfectus ſeu Procurator, quòd propenſus ad eleëmoſynas videretur, conſtitutus eſt: quam prouinciam etſi obibat diligenter, nihilominùs, quoniam à contemplatione & pijs libellis conſcribendis nimiùm auocabatur, priori muneri reſtitutus eſt. Eius officia.

Sæpè accidit, vt dum inter Fratres verſaretur, & cum illis ſermonem miſceret, intus Deum ſe alloquentem manifeſtè ſentiens, modeſtè petitâ veniâ, quaſi quiſpiam eum conuentum expetens opperiretur, diſcederet in cubiculum: ibi cor ſuum coram Domino effundens, hauriebat illam ſapientiam, quam in eius ſanctiſsimis libellis omnes pij admirantur. Familiaritas cum Deo.

Viſio.

12. *Cæleſti quoque viſione ſeruum ſuum benignus Dominus ſubinde dignatus eſt. Dum enim officij an negotij cauſſa Ioannem de Hueſden Priorem in VVindeſem ægrotantem inuiſeret, & de quibuſdam Religionis negotijs conſuleret, è Monte ſanctæ Agnetis in VVindeſem abijſſet, ibidemq; pernoctaret, vidit ſub matutinum crepuſculum beatorum ſpirituum agmina coruſcare ac concurſare, velut ad magni viri funus properarent, cuius beatam animam cælo eſſent illaturi. Nec feſellit viſio, cùm & aurium iudicium accederet. Nam tabulæ ſonitu excitatus è lecto exilijt. Inde futurorum præſagus, mortem Prioris VVindeſimenſis prædixit.*

Virtus contra dæmonem.

Dæmonum terriculamenta, experientia doctus, flocci fecit. Cùm enim quadam vice 13. *dæmon eum teterrima horrendaq; forma circumſtetiſſet, & lecto appropinquare conaretur, intremuit primùm ad larualem intuitum, & quid contra tam horrendi hoſtis inſidias auxilij ſumeret, ignorauit. Tandem diuino ſpiritu inſtigatus, angelicam cœpit Salutationem tremulâ voce (vt timentibus ferè euenit) quàm optimè potuit, perſonare. Sed diabolus, quaſi nihil ad hanc Salutationem motus, magis magiſq; trepido cœpit proximare: quouſq; in Salutatione prædictâ euſque perueniſſet, vt,* Dominus noſter IESVS CHRISTVS, Amen, *acclamaret. Quod terrificum nomen vbi dæmon audiuit, quaſi horrendo quodam tonitruo pauefactus, vultum vertit, & quàm citiſſimè potuit, ad clamantis vocem aufugit. Videns igitur Thomas ad tanti nominis virtutem dæmonem ſtare non poſſe, audaciùs caput pauidum erexit, & repetitis vicibus benedictum nomen* IESVS CHRISTVS, *poſt fugientem hoſtem inclamauit: & quò ipſe clamat fortiùs, eò vehementiùs teter ſpiritus fugiebat. Quod vbi*

Nominis IESV vis.

animad

Digitized by Google

animaduertit religioſus vir, gratias agens Domino Deo intra ſe dixit: Si hoc ſanctiſſimo nomine IESV, *tam facilè poſſum aduerſæ poteſtatis vires infringere, de cætero nolo, vt hactenus feci, vel dæmonum machinamenta timere, vel ſub eorum quamuis horrendis minis, ſide vacillante trepidare.*

Sed & alia ſigna atque miracula, quæ ipſe paſſim tacito nomine ad incerti preces facta recitat, ipſius precibus oſtenſa creduntur, [14] *vt de libri perditi in cellâ receptione, atque alia* [15] *pluſcula.*

Staturâ corporis fuiſſe dicitur infra mediocritatem, formâ viro conuenienti, colore in vultu viuido, ſed fuſco; acie oculorum perſpicaciſſima (quod etiam Moyſi obtigiſſe legimus) vt numquam, vel capulò proximus, ſit vſus conſpicillo. Corporis forma.

Cùm iam annos LXXI. *(comprehenſo ſimul tirocinio) in monte S. Agnetis religioſam vitam magna cum laude & ſodalium fructu duxiſſet, euocatus eſt à Domino in montem æternitatis, quem toties proſpexerat, ad quem toties anhelarat; & beata anima, teſtaceo corporis relicto hoſpitio, in æterna tabernacula immigrauit, Deo ſuo æternùm fruitura.* [16] *Mortualis illi dies fuit anno ætatis ſuæ.* XCII. *partæ per Chriſtum ſalutis* M.CCCC.LXXI. *octauo Kalendas Auguſti.* LXXI. annis Religioſus. Eius obitus

Digitized by Google

NOTATIO.

1. Ex variis auctoribus.] Operam dedi, vt nihil admodum præterirem, quod quidem vel ex MSS. vel ex impreſſis libris de Thomâ noſtro conſequi potui. Quædam de Vitâ eius primus, quod ſciam, Anonymus quidam attigit, quam hîc præmiſi.

Inde Vitam eius fuſiùs ſcripſit Iodocus Badius Aſcenſius, anno M. D. XXIII. quam ex ipſius Thomæ Opuſculis hinc inde collegit, & Operibus eius à ſe Pariſiis eo anno editis præfixit. ſed multa paraphraſticè & encomiaſticè inſparſit, quæ ingenium magis quàm fidem hiſtoricam ſapiunt, vt quod cap. III. IV. V. VI. VII. de quatuor eulogiis Thomæ ad imitationem Platonis ſibi finxit; quod video aliis etiam errandi occaſionem præbuiſſe. De tribus eum gratias egiſſe (quamquam ex ore potiùs cuiuſque animæ fidelis loquitur) conſtat ex Soliloquio animæ c. XXVI. de *creatione, redemptione, iuſtificatione*. Eamdem contraxit Fr. Gabriel Putherbeus in ſuâ Thomæ à Kempis editione Pariſienſi, anno M. D. XLVIII.

Pôſt Fr. Franciſcus Tolenſis Canonicus Regularis Vitam Thomæ collegit, partim ex priſcorum monumentis, partim ex relictis ſemiroſis chartulis, qui nonnulla quoque encomiaſticè miſcet è Rhetorū lecythis. Eam præfixit editioni ſuę librorum de Imitatione Chriſti, quâ Thomam noſtrum Latiniorem quàm pientiorem neſcio quo zelo maluit, quam Ioannes Bellerus impreſſit Antuerpiæ an. M. D. LXXV.

Nonnulla quoque auctor Speculi exemplorum, quiſquis ille fuerit, qui haud dubiè Thomæ noſtro vicinus & pænè coæuus vixit, in decimâ diſtinctione Speculi attingit.

Ego nunc breuiter ex omnibus his Vitam Thomæ concinnaui, ſeruatis ſubinde auctorum verbis, vbi ita res & ſtylus ferebant; viſionem vnam ex Buſchio manuſcripto toties iam citato interſerui. Nunc quædam præterea in gratiam Lectoris annotabo, quæ & Vitæ huic lucem inferunt, & quorumdam quoque errores cauendos monent.

2. *Kempis*.] Oppidum id eſt diœceſis Colonienſis, poſtremū eius diſtrictus, inter Cliuiam & Iuliacum. Cliuienſiū olim fuiſſe dicitur. Thomam noſtrum inde oriundum eſſe, non Campis Tranſiſulaniæ ciuitate, vt vulgò creditum à multis, qui Badium errantem ſunt ſecuti, multa ſuadent.

Primò

Primò. cognomen *Haemercken* vel Hämerlein, id eſt, Malleolus, quia ſuperiori ſæculo talis ibi familia fuit.

Secundò, fama publica eius loci, quâ vulgò dicitur ac creditur ipſum ex parœciâ ſeu plateâ S. Petri natalem ducere.

Tertiò, quia in antiquis editionibus Germanicis, verbi cauſsâ, Dilinganâ variis annis impreſſâ, in Pręfatione expreſsè additur: *Auſʒ Kempen im Cölniſchen Biſthumb*. Kempis *in Epiſcopatu Colonienſi*.

Quartò, Thomas ipſe affirmat ſe aliquando, veniâ à Superioribus obtentâ, viſitaſſe Reliquias SS. quę Treuiris aſſeruantur, atque in viâ amicos inuiſiſſe. Eunti è monaſterio S. Agnetis, quod dimidio milliari Svvollâ ſitum eſt, Treuiros, occurrunt non *Campi* Tranſiſulanię, ſed ciuitas *Kempis* in Colonienſi ditione.

Quintò, Quia Thomas noſter ſemper ſe ſcribit *Kempis* vel à *Kempis*: cùm tamen aliàs agens de ciuitate Tranſiſulaniæ, eam conſtanter *Campos* ſeu *Campis* vocet, vt cap. IX. & XV. Vitæ Gerardi Magni.

Sextò, Quia Thomas à Kempis in Vitâ Ioannis Gronde cap. I. verbis mox citandis, dicit, famam Florentij, qui Dauentriæ commorabatur, adſcendiſſe *ad partes ſuperiores*, in quibus ipſe habitabat, & ſe famâ eâ illectum Dauentriam contuliſſe. Atqui reſpectu Dauentriæ, pars ſuperior *Kempi* oppidum Colonienſe, non *Campi* oppidum Tranſiſulanum, quę pars inferior eſt.

3. *Ioannem & Gertrudem.*) Ita Thomas à Kempis parentes ſuos in Chronico Montis S. Agnetis cap. X. exprimit.

4. *Florentio*] Quomodo ad Florentij notitiam peruenerit, & ab eo exceptus fuerit, narrat ipſe Thomas à Kempis in Vita Ioannis Gronde cap. I. *Cùm igitur ſtudij cauſſa in annis adoleſcentiæ Dauentriam perueniſſem, quæſiui iter pergendi ad Regulares in VVindeſem. Ibiq; inuentis Fratribus Canonicis Regularibus, cum germano meo, hortatu illius inductus ſum adire ſummæ reuerentiæ virum, magiſtrum Florentium Dauentrienſis Eccleſiæ Vicarium, ſacerdotemq; deuotum, cuius fama dulciſsima ad partes ſuperiores iam adſcenderat, & in amorem ſui mentem meam traxerat, quem frequens turba ſcholariũ in diuinis rebus agentẽ commendare ſolebat. Viſu enim & auditu iuſtus erat, atq; omniũ oculis gratioſus, vtpote verus Dei cultor, & S. matris Eccl. deuotiſs. venerator. Venientẽ ergo ad præſentiã Patris Reu. mox pietate motus aliquan-*

tiſper me ſecum in domo tenuit, & ad ſcholas inſtituit, datis inſuper libris, quibus me egere putauit. Demum hoſpitium cum quadam honeſtâ & deuotâ matrona gratis impetrauit, quæ mihi & aliis multis clericis ſæpiùs benè fecit. Adiunctus igitur tam deuoto viro & Fratribus eius, quotidie deuotam eorum conuerſationẽ attendi & inſpexi: & gauiſus ſum ac delectatus in bonis moribus eorum, & in verbis gratiæ, quæ de ore humilium procedebant. Eiuſdem Florentij beneficentiam etiam in Prologo ad eius Vitam deprædicat: *Denique durum & ingratum mihi indigno videtur, ſi tam dilecti Patris virtutes reticerem, qui mihi & multis aliis benefecit in vitâ, & primò traxit ad Dei ſeruitium, ac tandem direxit ad monaſterij portum.* Particularius quoque, quibuſcum habitauerit, & quorum conſortio in vitâ ſpirituali profecerit, deſcribit ipſe in Vitâ Arnoldi Schoonhouienſis: *Eodem tempore adiuuante D. Florentio & conſulente, domum illam* (antiquam M. Florẽtij) *inhabitare cœpi, & ferè per annum in congregatione illâ cum cum Arnoldo permanſi, ſimul vna camerula, vnoq; lecto ambo contenti. Ibi quippe didici ſcribere, & ſacram Scripturam legere, & quæ ad mores ſpectant, deuotoſq; tractatus audire. Ad ſæculi quoque contemptum ſortiùs animabar, maximè dulci conuerſatione Fratrum, & pia admonitione Arnoldi quotidie adiutus & inſtructus. Quidquid tunc ſcribendo lucrari potui, in ſumptus communes tradidi, & quod mihi defuit, larga pietas dilecti mei Domini Florentii pro me perſoluit, & paternè in omnibus ſubuenit.*

5. *Nam D. Gerardus*] Labitur Tolenſis, cùm ait Gerardum fuiſſe præceptorem Thomæ à Kempis. Ipſe Gerardus iam pridem obierat, antequam Thomas noſter Kempis Dauẽtriam venit ſtudiorum cauſſâ. Siquidem Thomas natus eſt anno M.CCC. LXXX. & Gerardus obijt (vt Thomas ipſe teſtatur in Vita eius cap. XVI.) anno M.CCC. LXXXIV. Eo tempore quadriennis tantùm erat Thomas, domi apud parẽtes verſans. Ipſe Thomas Prologo in Vitam Gerardi Magni: *Quem licèt in carne non viderim, plures tamen diſcipulatui eius adhærentes corporaliter agnoui.*

6. *Fratrum clericorum*) Horum vitæ inſtitutum deſcribit ipſe Thomas noſter, qui inter illos vixit, in Vita Ioannis Gronde, cap I. *Numquam priùs tales homines tam deuotos & feruentes in charitate Dei & proximi, me vidiſſe memini: qui inter ſæculares viuentes, de ſæculari vitâ nihil habebant, nihilq; de terrenis negotiis curare videbantur. Nam domi quietè manentes, libris ſcribendis operam ſollicitè dabant:*

ſa-

Digitized by Google

ſacris lectionibus & deuotis meditationibus frequenter inſiſtentes, ad iaculatorias orationes laboris tempore pro ſolamine recurrebant. Manè etiam dictis Matutinis Horis eccleſiam viſitabant, & inter Miſſarum celebrationem, primitias oris ſui & cordis ſuſpiria Deo libante, puras manus & oculos mentis, corpore proſtrati, leuabant, ad cælum, precibus & lamentis Deum ſibi per Hoſtiam ſalutarem reconciliari quaerentes.

Huius eximiæ Congregationis primus inſtitutor & ſpiritualis Rector extitit Dominus ac M. Florentius, virtutibus ornatus, & diuina ſapientia in agnitione Chriſti refertus. ſacræ Apoſtolicae vitae, cum ſuis presbyteris & clericis, formam humiliter imitando. Iſti ergo cor vnum & animam vnam in Deo habentes, ſinguli quæ ſua erant in commune conferebant; & ſimplicem victum ac veſtitum accipientes, de craſtino cogitare vitabant. Sponte namque ſe Deo dicantes, omnes Rectori ſuo aut eius vicario obedire ſatagebant: & ſanctam obedientiam pro ſumma Regula tenentes, totis viribus ſe ipſos vincere, & paſſionibus reſiſtere, ac motus propriæ voluntatis frangere nitebantur: rogantes inſuper feruenter, vt pro defectibus & negligentiis ſuis ſeriosè corriperentur. Idcircò gratia magna & vera deuotio erat in eis, & multos ædificabant verbis & exemplis: atque patienter deriſiones ſæcularium ferentes, plures etiam ad ſæculi contemptũ perducebant. Et qui anteà illos deſpexerant, vitam eorum ſine honore tamquam ſtultitiam exiſtimantes, poſteà ad Deum conuerſi, & deuotionis gratiam experti, veros Dei ſeruos & amicos, palam illos conſcientia perurgente, fatebantur.

Multi ergo viri ac mulieres, mundana faelicitate contempta, conuerſi ſunt ad Dominum: & conſiliis dilecti Patris Domini Florentii innitentes, præcepta Dominica ſeruare, & miſericordiæ opera Chriſtiana deuotione in pauperes exercere ſtuduerunt. Adiuuabant autem eum omnes Fratres ſui, verbum vitæ retinentes, qui tamquam luminaria cæli in medio turbarum lucebãt mundo ſeneſcenti. Quidam etiam ſacerdotes, ſcientia diuinæ legis illuſtrati, ſtrenuè in eccleſia prædicabant: quorum ex prædicatione fideles populi, in actibus piis exercendis & ſermonibus ſacras audiendis, ſalubriter ſunt inſtructi.

7. *Diuæ Virginis*] Exemplum hoc narrat auctor Speculi exemplorum, diſt. x. §. 7. qui etſi nomen ſuum ex humilitate ſubticuit, teſtatiſsima tamẽ narrat. Ita enim de hac diſtinctione præfatur: *Incipit decima & vltima diſtinctio Speculi exemplorum, in qua habentur exempla, quæ aut veriſsima relatione didici, aut in libris Teutonicis ſcripta inueni, aut ipſe facta cognoui.*

8. *Anno igitur M. CCC. XCIX.* Eo anno ſe in

monte S. Agnetis ſuſceptum teſtatur ipſe Thomas cap. VIII. Chronici Montis S. Agnetis.

9. *Biblia*] Ea in folio quatuor Tomis, compacta aſſeruantur Coloniæ apud Canonicos Regulares in monaſterio ad Corpus Chriſti, vbi in fine primi Voluminis, quo continetur Pentateuchus vſque ad finem libri Ruth, ſic ſcribitur: *Finitus & completus anno Domini M. CCCC. XXXIX. in Vigilia S. Iacobi Apoſt. per manus fratris Thomæ Kempis, ad laudẽ Dei in Monte S. Agnetis.* Et in tertio ad extremum libri Machabæorum additur: *Scriptum per manus Fr. Thomæ à Kempis,* &c.

10. *Miſſarum liber,*] Is ſeruatur in folio, apud Canonicos Regulares ad S. Martinum Louanij, in cuius vltimâ paginâ rubris litteris eſt notatum: *Anno Domini M. CCCC. XVII. per Fratrem Thomam de Kempen.* ✠

11. *Sed non.*] Effigies ex tabulâ & picturâ Svvollenſi edita, hoc ſymbolon Thomæ verbulo mutato, & magis ad linguam Flandricam, ita exprimit: *In omnibus requiem quæſiui, & nuſquam inueni, niſi* in een hoeckſken met een boeckſken/ id eſt, *niſi in angello cum libello.* Prout in Vita habetur, ex Franciſco Tolenſi ſumpſi, qui ſcribit ſe vidiſſe eius effigiem admodum deformatam, valdéque oblitteratam cum ſymbolo, vt expreſsi.

Lubet hîc Thomę noſtri apophthegma adſcribere ex vita Arnoldi Schoonhouienſis. Nam cùm Arnoldo ſpes admiſsionis in Domum Fratrenſium à D. Florẽtio facta eſſet, modò antè benè diſceret ſcribere: ſolebat hoc ipſe frequenter iterare, & Thomæ auribus, quicũ in eodẽ viuebat cubiculo, ingeminare, vt ipſe Thomas refert: *O ſi ſcirem benè ſcribere, vt poſsim citiùs cum Domino Florentio habitare. Spero quòd benè per gratiam Dei vellem paſſiones meas vincere, ſi tantummodò ſcribere ſcirem. Et cùm hæc audiſſem, miratus ſum probitatem eius & feruorem, qui omni conamine ſatagebat agere, quæ Dominus Florentius dixerat. Et ego verſa vice cogitaui mecum dicens: Benè vellem addiſcere ſcribere, ſi ſcirem me benè emendare.*

12. *Cæleſti quoq; viſione.*] Viſio hæc ita narratur à Ioanne Buſch libro de Viris illuſtribus Patrum & Fratrum antiquorum in VVindeſem, vbi agit de morte Ioannis Heuſden Prioris cap. XXI. *Contigit ante paucos dies ſui obitus, vt duo Fratres notabiles de Monte S. Agnetis prope Svvollis Ordinis noſtri, dictum Priorem noſtrum ſuper certis rebus conſulturi in VVindeſem aduenirent: quorum vnus frater Thomas de Kempis vir probatæ vitæ, qui plures deuotos libros compoſuit,*

ſuit, videlicet. Qui ſequitur me, de Imitatione Chriſti, *cum aliis, nocte inſecutâ ſomnium vidit præſagum futurorum. Adſpexit namque in viſu noctis concurſum ſpirituum beatorum fieri in cæleſtibus quaſi pro alicuius obitu celeriter feſtinantium, ſtatimq; tabulam tamquam pro morientis exitu in ſomnis audiuit pulſari, vt exinde experrectus euigilaret. Surgens ergo de lecto, & quidnam eſſet factum volens ire viſum, neminem percepit. erat autem manè ante horam quintam, & Fratres adhuc dormiebant. In ſe itaque reuerſus cœpit tacitè cogitare, quòd Prior de VVindeſem in breui eſſet migraturus: nemini tamen de VVindeſem tunc retulit viſionem, ſed clerico de Brabantiâ ſecum inde pergenti dixit in ſecreto: Dicatis Domino Hermanno Scutken in Theniſ monte commoranti, ſi Priori velit loqui in VVindeſem, quòd citò veniat, quia diu hic non erit, ſi vera fuit viſio, quam hac nocte vidi. Qui non longè poſt præmiſſa, viam vniuerſæ terræ eſt ingreſſus.*

13. *Dæmon.*] Hoc exemplum narrat auctor Speculi diſt. 10. §. 8. Sed & idem Thomas eius meminit parte 3. Serm. ad Nouitios, Serm. 11. exemplo 1111. quamuis nomine ſuo ſuppreſſo.

14. *Vt de libri perditi.*] Ipſe narrat loco proximè citato, exemplo 1.

15. *Pluſcula.*] Quæ illa ſint nolo diuinare, nec ſine teſte quidquam proferre. Hoc vnum addo ad commẽdationem horum libellorũ, quod habet Georgius Pirckamerus Prior Carthuſianorum Norimbergæ epiſtolâ ad M. Petrum Danhauſſer, quæ præfigitur ante Opera eius Norimbergæ impreſſa: *Fuit reuerà Thomas de Kempis profeſſus monachus fratrum Ordinis Canonicorum Regularium, vir ſanctitate & doctrinâ eximius, parentibus mediocris fortunæ, matre humili genere, patre verò opifice, qui hiſce libellis Plutonem Furiaſq; infernales ſæpenumerò fugauit.*

16. *Mortualis dies eius.*] Chronicon Bethleëmiticum: *Thomas à Kempis tranſiit ex hac vitâ anno M CCCC. LXXI. ætatis XCII. VIII. Kal. Sextiles.* Quod etiam confirmat carmen tabulæ inſcriptum, quæ Svvollis ſeruatur:

Montaneq; domus, vicinorumq; locorum
Effigiem Thomæ Kempiſiiq; vides.
Qui ſacri quondam primaria gloria dictus
Ordinis, & phœnix deliciúmque gregis.
Iſula quas vrbes, quas præterlabitur arces,
Quos ſaltus Vechtis, picta tabella refert.
BIs denis LVſtris annos ſi dempſeris oCto,

oCCV·

CCVbVit ThoMas ſVnCtus, & aſtra petit.
Hoc tibi, Diue, domus præſes Cuperinus alumno
Mnemoſynon poſuit, quem prece iunge Deo.

Hanc tabulam, quæ cœnobium montis ſanctæ Agnetis vnà cum effigie Thomæ à Kempis repræſentat, fieri curauit vltimus cœnobij illius Prior R. P. Cuperinus anno M.D.LXIX. In penultimo diſticho ætatem Thomę diſertè expreſſit, & ſimul obitum eius chronographico verſu, prout illa ætas ferebat, litteris eminentioribus indicauit M.CCCC.LVVVVI. Cœnobium autem in Monte S. Agnetis vulgò dicitur **Bergh-clooſter van mirakelen**/ id eſt, Montiſ monaſterium miraculorum: quod nomen obtinuit ex miraculorum frequentiâ, quę Deus ibi exhibere ſolet. hodieque multi Catholici, antiquæ retinentes pietatis, nudis id pedibus adeunt ob ſignorum ibi editorum & ipſius Thomæ memoriam: cuius me ſuffragio enixè commendo.

VITA

[library stamp: BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE]

Digitized by Google

VITA
GOBELINI DE KEMPIS FRATRIS THOMÆ A KEMPIS
Primi Clerici Domus S. Hieronymi in Hullſbergen prope Hattem in Velauia.

HIC *Coloniẽſis natione, vt Ioſias adhuc puer, cœpit quærere Deum patrum ſuorum; Nam vt frater Thomas Kempis Regularis narrare conſueuerat, qui cum eo in patriâ ſcholas viſitauerat, cùm ſemel ipſe Thomas viſitaret parentes ſuos, interrogauit eum mater ſua, qualiter eſt cum illo bono iuuene Gobelino? & ipſi reſpondit, Peroptimè; & mater inquit, ſi vixerit iuuenis ille creſcet indubiè in virum ſanctum. Cui Thomas, vnde hoc habes ô mater mea dilecta? At illa reſpondit, vobis cum coæuulis in cœmiterio more ſcholarum ludentibus, ille ſe abſtrahebat intrans Eccleſiam, & altaria circumiens, ibidem valdè feruenter ſuas orationes & Domino Deo ſuo ſuas affectiones aperuit, petens informari ad placendum ei. Cumq; poſteà Dei nutu veniſſet Zvvollis, gaudebat in Domino ſe inueniſſe, quorum conuictu & informatione ad ſeruitium Dei poſſet promoueri; fratrum, & præcipuè Domini Gerardi Kalker Rectoris eorum, conſilijs ſe ſubmittens. A quibus tandem acceptatus in fratrem, cùm adhuc clericus eſſet, poſitus eſt ad regendum & informandum deuotos laicos Iohannẽ VVitte, & Ioannem Bode, & cæteros cum illis commorantibus. Et*

ipſe

ipſe quidquid boni hauſerat ex fonte pietatis, illis infudit. Sicque factum eſt, vt per iſtum aquæductum prima inſtitutio deuotionis, amor virtutum, odium vitiorum, patientia in aduerſis, radix omnis boni totius 2. Montis S. Hieronymi vſque in hodiernũ diem ſumeret initium & incrementum. Nam ipſe cum illis deuotis laicis ad captandum locum primitus miſſus eſt. Fuit iſte parua ſtatura, ſed cum Abbate Ioanne Breui, magnæ deuotionis & humilitatis, & Deum valdè amans, & multum de eo confidens. Quod ex hoc liquidò patet, quòd cum dictis pauperculis nouam domum in extrema paupertate incipere non pertimuerit. Verecundus inſuper erat & timoratus, & ita animum ſuum ad ſpiritualia exercitia vſitauerat, vt ſemper inueniretur in ſpiritualibus occupari in choro, in agro, in otio ſancto, & labore. Et cunctis ſuis geſtibus ſe ſemper meliorans, & alios ædificans, ita vt omnes loquentes aut ei collaborantes ſentirent ardorẽ æſtus diuini, quo iugiter æſtuabat & dicerent; Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum cum eo conuerſaremur? Numquam verbum otioſum iocoſum vel leue proceſſit ex ore eius; ſed aut legebat aliquid boni in via cum aliјs, cùm ad labores exirent, aut aliquid boni conferebat. Similiter & inter labores per Pſalmos aut Antiphonas Deum magnificabat. Maturus erat in moribus, in ſenſibus cuſtoditus, & in verbis circumſpectus: ita vt inhabitans in eo Spiritus ſanctus per motus membrorum eius, & oris apertionem liquidò poſſet agnoſci. nam & oculos in cælum leuare, manus extendere ſæpè viſus eſt, & per ignita verba plena dilectione, quæ in collocutionibus & aliàs proferebat, quo ardore ferueret intus, manifeſtabatur. Factus poſteà ſacerdos deuotiſſimè & penè cõtinuè celebrabat. A primo ſuo feruore & deuotione numquã receſſit, ſed ſemper pius, deuotus, corde compunctus, opere timora-

Digitized by Google

tus, affabiliter ſerioſus, cunctis gratioſus indefeſſè permanſit quoad vixit: ita vt tam interiora eius, quàm exteriora dulcedine plena per apparatum ſuæ phyſiognomiæ cognoſcerentur. 3 *Tempore Interdicti quoniã ita neceſſe erat, ſæpè in teriſtro, ſicut laicus, Zvvollis intrauit in periculum corporis ſui, vel maximæ confuſionis, ſi compertum fuiſſet, & audire confeſſiones deuotarũ ſororum. Erat etiã valdè fidelis laborator in omni labore, inuitiſſimè ſe abſentans: nam in communibus & etiam humilibus operibus ſolebat teriſtrum induere, & iunioribus etiã fratribus adiutorium exhibere, præbens in hoc præſentibus, & etiam poſteris, humilitatis & charitatis præclarum ac ſemper recolendum exemplum. Vnde & per hoc à fratribus plurimùm amabatur. Cùm poma tempore quodam congregarentur, ipſe iam ſenior illi operi, ſicut & cæteris inſiſtens, rogatus eſt à iuniore quodam Fratre, vt pomum edere ſibi conſentiret. Cui ille valdè charitatiuè reſpondit, Habeatis licentiam & meũ conſenſum reſiſtere tentationibus veſtris. Fuit autem ſtrictiſſimus obſeruator conſuetudinũ Domus, & in tantum erant ei cordi, quòd in naturam eas vertiſſe videretur, & in extrema etiam infirmitate, iamq; moriturus relaxari ſe non patiebatur ab illis. Vbi etiam quemquam è Fratribus negligenter quidpiã prætermittere conſpexiſſet ex illis, non omittebat quin continuò eum admoneret. Habebat tamen modum admonendi valdè humilẽ, paucis vtens verbis: & admonitione facta in inſtanti ſic faciem ſeruans, tanquam ſi nihil egiſſet. Tam verecundus erat in ſenectute, ac ſi vnius anni eſſet nouitius. Intrans camerã alterius, cum grauitate matura acceſſit, negotium dixit & abijt, nequaquam vt quidam circumuoluens oculos ad conſiderandum ſingula, quæ erant in cella. Artificioſus erat ſcriptor & diligens, & communiter ſcripſit ſcribenda*

pro

pro pretio ad ſubueniendum inopiæ domus. Scripſit & quædam pro domino, & maximè extra horam communis laboris. Tam diligenter à manè vſque ad veſperam ſcripſit, vt Dominus Martinus, ſecundus Rector Domus de eo narraret, Quòd vix credere poſſet manum illam debere corrumpi, quæ tam multas legibiles litteras pro roboratione Orthodoxæ fidei, & inſtructione fideliū cum tanta deuotione & piâ intentione ſcripſiſſet. Tantæ etiam fuit compaſsionis ergà increpatos à patre & correptos, vt, tanquam mater eorum effectus, quos Pater virga oris ſui cæderet, ille lingua ſua leniret atque ſanaret: oſtendens eis non grauiter eſſe ferenda vulnera, quæ peccatorum ſordes abluerent, animæ eſſent medicamina. Inſuper & non eſt inuentus ibidem aliquis ſimilis illi & moribus & virtutibus, præter Bernardum de Benthem, de quo infrà dicetur. Et quia acceptus erat Deo, neceſſe fuit vt tentatio eum probaret, qua Deo acceptior redditus copioſiùs ab eo remuneraretur. Per annū igitur duris vexatus languoribus deficiebat virtus eius in membris, non tamen memoria eius aut intellectus, caput verò illius deprimebatur, per vſque ad pectus, ita vt collum erigere non poſſet: & tandem vſum linguæ penitus amiſit. In iſta tamen infirmitate poſitus, indutus ſuperpellicio, ſæpius cōmunicauit. Vnctionē verò extremā magno deſiderio ſuſcepit, Et perueniens ad extrema, plenus intellectu, ſerenaq; facie dilecti exſpectauit aduentum: legentibus itaque fratribus ex more Litanias, cum ipſis legebat, quibus finitis legerunt ſeptem Pſalmos: & cùm perueniſſent ad vltimum pſalmum, & legerent verſum, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, ipſe eleuatis & complicatis manibus, ſuum omnibus deſiderium patefecit, & inclinato capite emiſit ſpiritum

anno

anno Domini M.CCCC.XLIII. in die S.Cyriaci & ſociorum eius.

Sepultus eſt autem præter conſuetudinem & gementibus fratribus in Eccleſia, propter ſanctam ſuam & exemplarem conuerſationem, & cecidit tunc prima & principalis columna domus ſancti Hieronymi.

NOTATIO.

1. G*Erardi Kalker.* Huius meminit Chronicon VVindeſimenſe lib.I.cap.XVIII. aitque fuiſſe primum Rectorem congregationis Zvvollenſis. Meminit & Chronicon Montis ſanctæ Agnetis cap. XVI. vbi obitus eius ponitur anno M. CCCC IX.

2. *Montis S. Hieronymi.* Huius mentio in Chronico VVindeſimenſi lib. 1. cap. XXXII.

3. *Tempore interdicti.* Vide huiuſce rei Hiſtoriam lib. 1. Chronici VVindeſimenſis cap. XXXIV.

Vitā hanc ex ipſa Velauiā ad me miſit Boecopius noſter ſedulus antiquitatis Belgicæ inueſtigator, Quia verò nec in Chronico VVindeſimienſi, nec Montis S. Agnetis huiuſce mentionem inuenio, dubius hæreo, an Gobelinus hîc Thomę noſtri frater certò ſtatui poſſit, an verò alterius Thomæ à Kempis frater fuerit.

FINIS.

Digitized by Google

APPROBATIO.

CHRONICA hæc duo, Windeſemenſe & Montis S. Agnetis, vnà cum Vindiciis Kempenſibus Heriberti Roſ-weydi aduerſus Abbatem Conſtantinum Caietanum, quibus egregiè Thomæ à Kempis libros quatuor de Imitatione Christi ſolidiſſimis rationibus vindicat, digniſſima iudico, quę Typographiæ beneficio ad manus plurium perueniant. Datum XXIII. Martij, anno M. DC. XVII.

Egbertus Spitholdius S. T. L. Canonicus & Plebanus Antuerpienſis, librorum Cenſor.

Cum gratia & priuilegio.

Signat

De Witte.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google